


US
IOIS
RI

5540

Moneno
8
80

LS
276



CATECHISMVS,

HE X DECRETO
CONCILII TRI-
DENTINI.

AD PAROCHOS.

PII Quinti Pont. Max. iussu editus.




H.

SALMANTICÆ,

Ex officina Ildefonsi à Terranoua y Neyla.

M. D. LXXX.



L I C E N C I A.

DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias de Hierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, Duque de Milan, Conde de Flades, y de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos Pedro de Madrigal impresor de libros, vezino de la ciudad de Salamanca, nos fue hecha Relacion que por nos se auia dado licencia para imprimir un libro intitulado Catechismus ad Parochos, y al presente tenia des necessidad de que se imprimiese otra vez, atento que era muy importante y de grande apropuechamiento, suplicando nos mandassemos dar licencia para le tornar a imprimir, o como la nra merced fuese, lo qual visto por

L I C E N C I A.



ON Phelippe por la gra-
cia de Dios Rey de Casti-
lla, de Leon, de Aragon, de
las dos Sicilias de Hierusa-
lem, de Navarra, de Granada de To-



los del nřo cōsejo, y como por su mā-
dado se hizieron las diligencias en el
dicho libro que la Pragmatica agora
nueuan tē por nos hecha dispone,
fue acordado q̄ deuiamos mādar dar
esta nřa carta para vos en la dicha ra-
zon, y nos tuuimos lo por bien, por la
qual vos damos licencia y facultad, o
a qualquier impressor delos nřos rey
nos q̄ vřo poder huuiere, para q̄ por
esta vez podays imprimir, è impri-
mays el dicho libro q̄ de suso se haze
mēciō, sin q̄ por ello cayays ni incur-
rays en pena alguna : y mandamos q̄
despues de impresso no se pueda ven-
der ni venda, sin q̄ primero se trayga
al nřo consejo juntamēte con el ori-
ginal, q̄ enel fue visto, q̄ varubricado
y firmado al fin del, de Gōçalo Puma
rejo nřo escriuano de camara q̄ fue
del nuestro consejo, para q̄ se vea si la
dicha impression esta cōforme al ori-
ginal, y se tasse el precio porq̄ se hu-
uiere

uiere de vender cada volumen, so pena de caer, è incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmática, y leyes de nros reynos, y no fagádes ende al, so pena de la nuestra merced y de diez mil maraudis para la nuestra camara. Dada en la villa de Madrid à diez y siete dias del mes de Enero, de mil y quinientos y setenta y nueve años.

Antonius Epus. El Doctor francisco de Auedillo.

El Doctor don Iugo de Cardenas capata. El Licenciado do Lope de Guzman.

El Licenciado Ximenez Ortiz.

Yo Miguel de Ondarça caualafecre
tario de camara de su Magestad la
hize escriuir por su mandado con
acuerdo delos del su consejo.

ADILLVSTRISSIMVM ATQVE REVERENDISS. D. DIDACUM COUARRUIIAS A LEYUA,
CONCHENSEM ANTISTITEM, & SUPREMI REGIJ SENATUS PRESIDEM MERITISS.

Benedictus Boyerius.

S. P. D.



VLLVM HOMINUM GENUS ACERBIORE ODO DIGNUM SEMPER IUDICAVI (PRÆSES ILLISTRIS.) QUAM EOS, QUI DE REFERENDA BENE MERITIS GRATIA, MINIME COGITANT: QORUM Ē NUMERO NE IPSE VNUS HABERET, QUOD MIHI LICUIT, SEDULÒ ELABORAUI. PLURIMIS IGITUR, AC MAXIMIS TUIS IN ME OFICIJS, QUIBUS ME IMMERENTEM ASSIDUE HONESTANDI FINEM NULLUM FACIS, CUM NULLA RE ALIA SATISFACERE MEA ME TENUITAS PATERETUR, HOC SALTEM PERTENUI MUNUSCULO EGREGIAM IN TE MEAM OBSERVANTIAM, AC STUDIUM TIBI DEFERRE VOLUI. ENIM VERO COGITANTI MIHI, QUI POTISSIMUM HUNC LIBRUM INSCRIBEREM, OCCURRISTI TU OMNIUM DIGNISSIMUS, CUIUS IN NOMINE APPARERET. VT ENIM

PON-

EPISTOLA

Pontifici Max. & patribus propositum
fuit, hoc Chatechismo, damnatis opinio-
nibus in dies aduersus religionem nostram
erumpentibus, & latè serpentibus sum-
ma vigilantia obsistere: quæque ad vitam
piè, sancteque traducendam homini Chri-
stiano necessaria plane sunt, quæ innume-
rabilibus prope libris dispersa, nec inter-
dum satis dilucidè traduntur, in unum
ita colligere, ut confusis ordinem, obscu-
ris lumen, dubijs certam notitiam redde-
rent: ita nihil tibi vel est, vel unquam fuit
Sedis Apostolicæ dignitate charius, ni-
hilque animorum communi salute anti-
quius: quò tua omnia præclara spectant
studia, & omnes dirigis curas. Patent
multis, ac minimè dubijs argumentis e-
ximia tua in Christi rempub. merita: te
omnes colunt ob insignem doctrinam,
imitantur multi ob integritatem vitæ, di-
ligunt ob humanitatem, maximèque ob
suauissimos mores, & rectam, ac simili-
cem naturam ab omni fastu, & fuso lon-
gissime remotam. Hæc atque alia quæ
plurima virtutum ornamenta, quæ in te
vno in isto editissimo dignitatis gradu,

D E I primum Optim. Max. munere, ac

EPISTOLA.

de in PHILIPPI, Catholici Regis, libe-
ralitate, prudentiaque locato, eluent, om-
nium tibi benevolentiam, & amorem mirifi-
ce conciliant. Accipe igitur (Illustriss. Præ-
ses) eodem, quo tibi à me dicatur animo, be-
neuolo, scilicet, atque hilari, non obscurum
amoris in te mei argumentum, & munuscu-
lum tua pietate, doctrinaq; dignissimum. In
dustriæ autem meæ id non vulgare præmiū
fuerit, meis sumptibus utilissimum hunc li-
brum in multa transfusum exemplaria, tuo
quæ dicatum nomini, per hominum manus
circunferri: vnde ad bene, beatèque viuen-
dum, & ad optimis sanctissimisque insti-
tutis corruptissimos hoc seculo
mores hominum confirman-
dos præcepta hau-
riuntur.

PII. V. PONT. MAX.
PRIVILEGIUM.

NO T V proprio, &c. Pastorali officio cupientes quā diligentissimē possumus, diuina adiuuante gratia fungi, & ea, quæ sacro Tridentino Concilio statuta, & decreta fuerunt, exequi, curauimus, ut à delectis aliquot Theologis in hac alma Vrbe componeretur. Catechismus, quo Christi fideles de eis rebus, quas eos nosse, profiteri: & seruare oportet, Parochorū suorum diligentia edoceretur. Qui liber cum, Deo iuuante, perfectus, in lucem edendus sit, prouidendum duximus, ut quam diligentissime, & fidelissime imprimatur. Itaque in hac alma Vrbe eum potissimum imprimere voluimus dilecti filij Pauli Manutij diligentia, qui alios ecclesiasticos libros hic imprimere solet. Quia vero, si alibi imprimere-
tur, euenire posset, ut non parifide, ac diligen-
tia talis argumēti liber imprimeretur: ob hāc
causam, & quia etiam in demnitati, ut æquum

§ 5 est,

est cōsultū volumus ipsius Manutij, qui in eo
imprimendo magnos sumptus fecit, & mu-
tum laboris suscepit, vniuersis, & singulis li-
brorum impressoribus, & bibliopolis tam ex-
tra, quam intra Italiam, sub excommunicati-
onis latæ sententiæ pœna nostris vero, &
Sanctæ Romanae Ecclesie, temporali ditioni
immediate, mediateue subiectis, etiam sub pœ-
na Quingentorum ducatorum auri, Fisco no-
stro applicandorum, & amissionis librorum,
ipso facto etiam sine declaratione cuiusquam
Iudicis incurrenda, inhibemus, & interdici-
mus ne quis prædictum Catechismum latinū,
aut in vulgarem sermonem translatum, in-
tra quinquennium proximum possit impri-
mere, vel ab alijs impressum vendere, ac ne
post quinquennium quidem absque licentia
nostra, & Sedis Apostolicæ. Mandantes dile-
ctis filijs nostris Camerario, & Vicario Vrbis,
nec non Gubernatori Senatori, Cameræ Apo-
stolice, caſtarum Auditori, & alijs Vrbis or-
dinarijs Iudicibus, Legatisque, Vicelegatis,
Gubernatoribus, & potestatibus terrarum

Sanctæ

Sanctæ Romanae Ecclesiæ, Baricelisque earum-
dem, ac venerabilibus fratribus singularum
extra terras prædictas ciuitatum Archiepi-
scopis, & Episcopis, eorumque Vicarijs, ut, quo-
tiens ipsius Pauli nomine requisiti fuerint, ei
efficacis defensionis praesidio assistentes, præ-
missa omnia & singula contra inobedientes,
& contravenientes ad executionem censura-
rum, & poenarum prædictarum, omni, & qua-
cumque appellatione remota, procedant, &
quilibet eorum procedat, inuocato etiam si
opus fuerit auxilio brachij secularis. Quid ve-
ro difficile esset hanc nostram cedulam origi-
nalem ad singula loca deferri: volumus quod
de eius tenore, quod ad prohibitionem nostram
huiusmodi attinet, credi debeat exemplis in
ipsis libris imprimèdis, quodque presentis no-
stri Motus proprij, etiam absque illius registra-
tura, sola signatura sufficiat, & ubique fidem
faciat in iudicio & extra, quacunque regula,
sive constitutione Apostolica contraria non
obstante. Non obstantibus constitutionibus,
& ordinationibus Apostolicis, privilegijs
q[uo]d

*quoque indultis quibuscunque alijs in con-
trario fortasse facientibus.*

Placet Motu proprio M.

Dat. Romæ, apud Sāctum Marcum,
septimo Kalend. Octob.
anno primo.

n. PHILIPPVS DEI
GRATIA· REX CASTEL-
læ, Aragonum, vtriusque Siciliæ,
Hierusalem, Vngariæ, Dal-
matiæ, Croatiæq;,
&c.



ON Perafanus de Ri-
bera Dux de Alcala, &
in hoc regno prædictæ
Maiestatis Vicerex, Lo-
cum tenens & capita-
neus generalis. &c. Ma-
gnifico viro Paulo Ma-
nutio regio fidelis dilecto gratiam regiā, &c.
bonam voluntatem. Quum per suam Sancti-
tatem, vt fuit nobis expositum, tibi commis-
sum & iniunctum fuerit, vt expensis populi
Romani Catechismum, nouum Breuiarium,
seu Missale, & alios libros nouos imprimi cu-
res, supplicatumque propterea nobis fuerit
pro tui parte, quatenus regiæ & catholicæ
Maiestatis nimine tibi concederemus per
aliquid temporis spatium, videlicet per an-
nos quindecim, libros prædictos, & quos
cunque alios nouos necnon complures

in

in melius redactos, aut cum nouis commen-
tarijs, declarationibus, seu postillis, vel tra-
ductos in latinum seu vulgare eloquium,
seu in quamcunque linguam, impressos
tamen in Vrbe sub nomine Populi Roma-
ni, in præsenti Regno imprimi non posse,
nec extra Vrbem impressos in regnum im-
mitti, nec alio modo exemplari, & quouis
modo imprimi facere, & in regno prædi-
cto vendi, vel quouis modo contractari, nisi
tantummodo per te vel tuos hæredes & suc-
cessores, ac alios tui, vel tuorum hæredum
prædictorum parte, dicto tempore anno-
rum quindecim perdurante. Nos autem at-
tentata causa prædicta, & quod super hac con-
cessionem suæ sanctitatis nomine re-
quisiti, ea propter tenore præsentium de-
certa nostra sciencia, deliberate, & consul-
to, ac ex gratia, speciali prædictæ Maiesta-
tis nomine, cum deliberatione & assisten-
tia regij Collateralis Concilij, statuimus, &
decernimus, quod per annos quindecim,
à die datæ præsentium in antea numeran-
dos nemini licet in hoc Regno libros iam
dictos imprimere, aut exemplari, & impri-
mi facere, nec extra dictam Vrbem im-
pressos in hoc prædictum Regnum immit-
tere,

tere , aut aliquo pacto contractare absque
speciali permissione prædicti Pauli Ma-
nutij, vel dictorum suorum hæredum , &
successorum dicto tempore annorum quin
decim perdurante . Volentes & decernen-
tes expresse , quod si quis contra prædi-
ctam nostram ordinationem attentare
præsumperit, ipso facto incurrat in pœ-
nam ducatorum trecentorum tibi , & tuis
prædictis hæredibus & successoribus pro
tertia parte applicandorum , & pro alia
tertia parte Regio fisco , & pro reliqua a-
lia accusatori : ac libri operum prædicto-
rum in hoc Regno , aut per exemplum in
quouis alio loco extra dictam Vrbem im-
pressi , & in Regnum ipsum immisi , deuol-
uantur , & fint tui , vel dictorum tuorum
hæredum , & successorum . Mandantes pro-
pterea per has easdem omnibus & singu-
lis officialibus , & subditis Regijs maio-
ribus & minoribus , quocunque nomine
nuncupatis, titulo , officio , auctoritate , po-
testate , & iurisdictione fungentibus , præ-
sentibus & futuris , ad quos , seu quem spe-
ctabit , & presentes peruererint , seu fuerint
quomodolibet præsentatae vnicuique in
sua iurisdictione , quatenus tibi seu alteri le-
gitimi-

gitimæ personæ pro tua parte, præstent, &
præstari faciant omne auxilium, consilium,
& fauorem, opportunum, & necessarium, su-
per confiscatione dictæ poenæ, & executio-
ne dictorū librorum, in casibus præmissis ti-
bi deuolutorum, adeo quod pro prædictis
ad nos recursum habere tibi necesse non sit:
& si secus factum fuerit, statim incurvant irā
& indignationem Regiam, & poenam duca-
torum auti mille, præsentibus Regio si-
gillo à tergo impressis præsentan-
ti singulis vicibus re-
mansuris.

Datum Neapoli, die ultimo mensis Maij.

M. D. L X V I.

C A T E-

CATECHISMVS
EX DECRETO
Concilij Tridentini.

AD PAROCHOS,

Sanctiss. D. N. Pij V. iussu editus.



A est humane mentis, & intelligentiae ratio, ut cum alia multa, quae ad diuinam rerum cognitionem pertinent ipsa per se, magna adhibito labore, & diligenter, inuestigauerit, ac cognoverit, maximam tamen illorum partem, quibus aeterna salus comparatur, cuius rei in primis causa homo conditus, atque ad imaginem & similitudinem Dei creatus est, naturae lumine illustrata cognoscere, aut cerner, nunquam potuerit. Inuisibilia quidem Dei, ut docet Apostolus, a creatura mundi per ea, quae facta sunt intellecta conspiciuntur: semper eterna quoque eius virtus & diuinitas, verum mysterium illud, quod absconditum est a seculis, & generationibus, ita humana intelligentia superat, ut, nisi manifestum fuisset sanctis quibus voluit Deus fidei munere notas facere diuinitas gloriae sacramenti huius in getibus, quod est Christus, nullo studio homini ad eam sapientia affi-

Fidei praecenes quae sine necessarijs

ratē licuisset. Cūm autem fides ex auditu concipiatur, per spicuum est, quam necessaria semper fuerit

Rom. 10.

ad aeternam salutem consequendam, doctoris legitimi fidelis opera, ac ministerium: siquidem dictum est. Quomodo audient sine predicante? quo modo vero predicabunt, nisi mittantur? & quidem ab

Rom. 10.

ipsis mundi origine, clementissimus ac benignissimus Deus suis nunquam defuit, sed multifarie multisq; modis locatus est Patribus in prophetis, eisq; pro temporum conditione ad caelestem beatitudinem certum ac directum iter monstrauit. Sed quoniam

Hebr. 1.

predixerat, daturum se doctorem iustitie in lucem gentium, ut esset salus eius usque ad extremum ter- rae, nouissime locutus est nobis in Filio, quem etiam

Ioc. 2.

pro temporum conditione ad caelestem beatitudinem certum ac directum iter monstrauit. Sed quoniam

Etai. 49.

predixerat, daturum se doctorem iustitie in lucem gentium, ut esset salus eius usque ad extremum ter-

Hebræ. 1.

rae, nouissime locutus est nobis in Filio, quem etiam voce e caelo delapsa a magnifica gloria, insit ut omnes audirent, eiusque precepsis obtemperarent. De

z. Petri. 1.

inde verò Filius alios dedit Apostolos, alios Prophe-

Ephes. 4.

tas, alios Pastores, & doctores, qui verbum vitæ an-

Ephes. 2.

nuncarent, ne circumferremur tanquam parvuli, fluctuantes omni vento doctrine, sed firmo fidei fun-

damento adharentes, coedificaremur in habitacu-

lum Dei, in Spiritu sancto.

Verba pa-
storū Eccle-
siæ tanquā
Dei verba
recipienda.
1. Thes. 2.
† Luc. 10.

Ac ne quis verbum auditus Dei ab Ecclesiæ mi-
nistris, tanquam verbum hominum, sed, sicut verè
est verbum C H R I S T I, acciperet, ille ipse Salua-
tor noster tantam auctoritatem eorum magisterio
tribuendam esse statuit, ut diceret: *Qui vos audit,*
me audit: & qui vos spernit, me spernit: quod quidē
non

non Deus tantum, quibus cum sermo habebatur, intelligi voluit: verum de omnibus etiam, qui legitima successione docendi munus obiret, quibus se omnibus diebus usque ad consummationem saeculi affuturum esse pollicitus est. At vero cum hec diuini verbi predicatione nunquam intermitti in Ecclesia debeat, tum certe hoc tempore maiori studio, & pietate elaborandum est, ut sana & incorrupta doctrina, tanquam pabulo vite fideles nutriantur, & confirmentur. Exierunt enim falsi prophetae in mundum, de quibus dixit D O M I N U S : Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant, ut varijs doctrinis & peregrinis, Christianorum animos deprauarent. Quia in re illorum impietas, omnibus Satane artibus instructa, tam longe progressa est, ut nullis fere certis finibus contineri posse videatur, ac nisi Salvatoris nostri preclara illa promissione niteremur qui se adeo stabile Ecclesiae sue fundamentum posuisse affirmavit, ut portae inferi aduersus eam proualere nunquam possint: maxime verendum esset, ne hoc tempore, tot undique hostibus obsessa, tot machinis tentata, & oppugnata concideret.

Nam, ut omittamus nobilissimas provincias, quæ olim veram, & catholicam religionem, quam à maioribus acceperant, pie, & sancte retinebant, tunc autem derelinquentes viam rectam, errauerunt, atq; in eo se maxime pietatem colere palam profi-

1. Ioan. 4.
Hiere. 23.

Matth. 16.

Quo astu
hereticis in-
vt ad impiæ
dogmata in-
fundenda.

tentur, quod à Patrum suorum doctrina quam longissime recesserūt: nulla tam remota regio, aut tam munitus locus, nullus Christianæ Reipublicæ angulus inueniri potest, quo haec pestis occulte irrepere non tentarit. Qui enim fidelium metes corrumpere sibi proposuerunt, cum fieri nullo modo posse inteligerent, ut cum omnibus coram colloquerentur, & in eorum aures venenatas voces infunderent, idem alia ratione aggressi, multo facilius, ac latius impietatis errores disseminarunt. Nam præter illa ingentia volumina, quibus catholicam fidem cuertere conati sunt, à quibus tamen cauere, cum apertam heresim continerent non magni fortasse laboris, ac diligētie fuit, infinitos etiam libellos conscripserunt, qui cum

Quid Tri- pietatis speciem præse ferrent, incredibile est, quam détinæ Sy- facile incautos simplicium animos deceperint. Quā nodi Patres obrem Oecumenicæ Tridentinæ Synodi, cum ad edēdum tanto & tam perniciose huic malo salutarem ali- catechismū quam medicinam adhibere maxime cuperent, non permouerit satis esse putarunt grauiora catholicæ doctrinæ capi ta contra nostri temporis hereses decernere, sed illud præterea sibi faciendum censuerunt, ut certam aliquā formulam & rationem Christiani populi ab ipsis fidei rudimentis instituendi traderent, quam in omnibus Ecclesijs illi sequerentur, quibus legitimi Pastoris, & doctoris munus obeūdum esset. Multi quidem adhuc in hoc scriptio[n]is genere cum magna pietatis & doctrinalaude versati sunt, sed ta-

A D P A R O C H O S.

men. Patribus visum est maxime referre, si liber san-
ctæ Synodi auctoritate ederetur, ex quo Parochi, vel
omnes alij, quibus docendi munus impositum est, cer-
ta precepta petere, atq; depromere ad fidelium adifi-
cationem possint, vt quemadmodum unus est Domi-
nus, una fides, ita etiam una sit tradendæ fidei, ad Ephes. 4:
omniaq; pietatis officia populum Christianum eru-
diendi, communis regula atq; prescriptio.

Ergo cum multa sint, que ad hanc rationem per-
tinere videantur, nemo existimet, illud sanctæ Sy-
nodo propositum fuisse, vt omnia Christianæ fidei
dogmata uno libro comprehensa, subtiliter expli-
carentur: quod ab ijs fieri solet, qui se profitentur
uniuersæ religionis institutionem, & doctrinam tra-
dere: id enim & infiniti pene operis fuisset, & insti-
tuto minus conuenire perspicuum est: sed quoniam
Parochos, sacerdotesq;, animarum curatores, cat-
rum rerum cognitione instruendos suscepit, quæ pa-
storalis muneris maxime propriae sunt, & ad fide-
lium captum accommodatae, ea tantum in medium
afferri voluit, que hac in re piu Pastorum studium
si in difficilioribus diuinarum rerum disputationi-
bus non ita versati fuerint, adiuuare possent. Que
cum ita sint, antequam ad ea sigillatim tractan-
da accedamus, quibus huius doctrinae summa conti-
netur, institutæ rei ordo postulat, vt pauca quedam
exponantur, que Pastores considerare, sibiq; an-
te oculos proponere in primis debent: vt sciant, quo-

6 CATECHISMVS

niam, veluti ad finem, omnia eorum consilia, labores, studia referenda sint: quoque pacto id, quod volunt, facilius consequi, & efficere possint. Illud igitur primum videtur esse, ut semper meminerint, omnem Christiani hominis scientiam hoc capite comprehendendi, vel potius, quemadmodum Saluator no-

Ioh. 17. stet ait, Hec est vita eterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti, I E S V M

CHRISTVM. Quamobrem in eo praecepit ecclesiastici doctoris opera versabitur, ut fideles scire ex animo cupiant I E S V M C H R I S T V M, & hunc crucifixum: sibiq[ue], certo persuadeant, atque intima cordis pietate, & religione credant, aliud nomen non esse datum hominibus sub calo, in quo oporteat nos saluos fieri, si quidem ipse propiciatio est pro peccatis nostris. At vero quia in hoc scimus, quoniam cognovimus eum, si mandata eius obseruemus proximum est, & cum eo, quod diximus, maxime conciunctum, ut simul etiam ostendat, vitam a fideli-

z. Ioh. 2. bus non in otio & desidia degendam esse, verum oportere, ut, quemadmodum ipse ambulauit, ita & nos ambulemus, sectemurq[ue], omni studio iustitiam pietatem, fidem, charitatem, mansuetudinem: de-
dit enim semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab

x. Ioh. 1. omni iniquitate, & mundaret sibi populum ac-

1. Tim. 2. ceptabilem, sectatorem bonorum operum, qui
Tim. 3. Apostolus Pastoribus praecepit, ut loquantur, &

Matth. 22. exhortentur. Cum autem Dominus, ac Saluator nosse

noster non solum dixerit, sed etiam exemplo suo demonstrarit, legem, & prophetas ex dilectione pendere: Apostolus deinde confirmarit, charitatem esse finem praecepti, ac legis plenitudinem: dubitare Rom. 13. nemo potest, hoc, tanquam principium munus omni diligentia curandum esse, ut fidelis populus ad immensam Dei erga nos bonitatem amandam excitetur, ac diuino quodam ardore incensus, ad summum illud & perfectissimum bonum rapiatur: cui adherere, solidam, & veram felicitatem esse is plane sentiet, qui illud propheta dicere poterit: Quid Psalm. 72. enim mihi est in celo, & a te quid volui super terram? Hec nimirum est via illa excellentior, quam idem Apostolus demonstrauit, cum omnem doctrinam, & institutionis sue rationem ad charitatem, que nunquam excidit, dirigeret. Siue enim credendum, siue sperandum, siue agendum aliquid proprie natura, ita in eo semper charitas Domini nostri commendari debet, ut quisquis perspiciat, omnia perfecte CHRISTIANAE virtutis opera non aliunde, quam a dilectione, ortum habere, neque ad alium finem, quam ad dilectionem, referenda esse.

Cum autem in omni re tradenda plurimum interstet Catechissimi utrum hoc, an illo modo aliquid doccas: tum vero hoc doctrina ad in Christiani populi institutione maximi momenti captum cu existimandum est. Observanda est enim audiendi etas iusq; acco ingenuum, mores, conditio, ut qui docendi munus exercet, omnia omnibus officiatur: & omnes Christo modata. 1. Cor. 6.

- 1. Cor. 4.** lucrificiat, & se ipsum fidelē ministrū, & dispensatōrē probare possit, ac veluti seruus bonus, & fidelis dignus sit, qui super multa constituatur à Domī no. Neque verò vnius tantū generis homines fidei suā cōmissos esse arbitretur, vt præscripta quadam, & certa docendi formula erudire, atque adverā pietatē instituere & que oēs fideles possit: sed cū alijs, veluti modo geniti infantes sint, alijs in Christo adolescere incipiunt, nōnulli verò quodāmodo cōfirmata sint etate: necesse est diligenter cōsiderare, quibus lacte, quibus solidiore cibo opus sit, ac singulis ea doctrinæ alimēta præbere, quæ spiritū augeant, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virū perfectū, in mensurā etatis plenitudinis Christi. Id verò Apostolus in se ipso omnibus obseruandū indicauit, cū dixit, se Græcis & barbaris, sapiētibus, & insapiētibus debitore eſe: vt videlicet intelligeret qui ad hoc ministeriū vocati sunt ita in tradendis fidei ministerijs, ac vita præceptis, doctrinam ad audientiū sensum, atq; intelligētiā ac cōmodari oportere: vt, cū eorū animos exercitatos
- Roma. 1.**
- Hebr. 8.** sensus habent, spirituali cibo expleuerint, ne interīm paruulos fame perire patiātur, vt qui panē peuant, & non sit qui frangat eis. Neque vero cuiusquam studiū in docēdo retardari debet, propterea quod interdū necesse sit auditorē earū rerū præceptis instrui, quæ leuiores, & humiliores videntur, nec sine molesta ab ijs potissimum tractari solēt, quo-
- Thren. 4.** rum

rum animus in sublimiū rerum cōtemplatione versatur ac cōquiescit. Nā si ipsa ēterni patris sapientia in terras descendit, vt in carnis nostra humilitate cōfessis vitæ p̄cepta nobis traderet: quē non cōpellat 1. Thes. 2. charitas Christi, vt parvul⁹ fiat in medio fratrū suorum tanq; nutrix fouēs filios suos ita cupide proximorū salutē desideret, vt q̄ de se ipso Apostol⁹ testatur eis velit nō solū euāgeliū dei, sed etiā animā tradere

Omnis autem doctrine ratio, quæ fidelibus tradenda sit, verbo Dei continetur, quod in scripturā, traditionesq; distributum est. Itaq; in harum rerū meditatione Pastores dies, noctesq; versabuntur, me- Doctrina fi
mores illius Diui Pauli admonitionis, quā ad Timo- del Catholi-
thēū scriptam, omnes quicunq; animarū curæ pre- cæ contine-
positi sunt, ad se pertinere existimabunt. Est autem taurā & tradi-
hac admonitio in hunc modum: ^a Attende lectioni, tionibus.
exhortationi, & doctrine: ^b est enim omnis scriptura diuinitus inspirata utilis ad docendū, ad arguen- ^a Tim. 14.
dū, ad corripiendū, ad erudiendū in iustitia, vt per- ^b 2. Tim. 3.
fectus sit homo Dei, ad omne opus bonū instructus. Sed quoniam quæ diuinitus tradita fuerūt, multa sunt
& varia, vt nec ita facile aut animo cōprehēdi, aut
etiā mente, cōprehensa, memoria teneri possint, vt,
cum se obtulerit docendi occasio, eorn̄ parata sit
& p̄cepta explicatio, sapientissimè maiores nostri to-
tā hanc vim, & rationē salutaris doctrinæ in qua-
tuor hæc capita redactā, distribuerunt, Apostolorū
Symbolū, Sacramēta, Decalogū, Dominicam oratio-

nem. Nam omnia, quæ Christianæ fidei disciplina te-
nenda sunt, sive ad Dei cognitionem, sive ad mundi
creationē & gubernationē sive ad humani generis
redēptionē spectent, sive ad bonorū præmia, & ma-
lorū paenæ pertineat, Symboli doctrina cominen-
tur. Quæ autē signa sunt, & tanquā instrumēta ad
diuinam gratiā consequendā, hæc septē sacramento
rū doctrina cōpleteūt. Iam vero, quæ ad leges re-
feruntur, quorū finis est charitas, Decalogo descri-
pta sunt. Quidquid denique ab hominibus optari,
sperari, ac salutariter peti possit, id Dominica pre-
catione comprehenditur. Quare sequitur, ut expla-
natis quatuor his quasi communib[us] sacrae scriptu-
rae locis, nihil fere ad eorū intelligentiā, quæ Chri-
stiano homini discenda sunt, desiderari possit. Itaq;
visum est monere Parochos, vt, quoties vsu venerit,
ut aliquem interpretentur Euangeliū, vel quemuis
alium diuinæ scripturae locum, intelligent, eius lo-
ci, quicunq;
is fuerit, sententiam cadere sub vnu ali
quod quatuor illorū capitum, quæ diximus, quo tan
quam ad eius doctrinæ fontē, quod explicatum sit,
confugient, exēpli causa, si explanandū sit illud euā

† luxea vsū
Romanum
Luc. 2. 1.

gelium, † prime dominice Aduentus. Erunt signa
in sole & luna, & stellis & in terris, &c. quæ ad cæ-
rationem pertinent, tradita sunt illo Symboli arti-
culo, Venturus est iudicare viuos, & mortuos: qui-
bus inde assumptis. Pastor vna eademq;
opera fide-
lem populum & Symbolum, & Euāgelium docebit.

Qua-

Quare in omni docendi, & interpretandi munere,
hanc consuetudinem tenebit dirigēdi omnia ad pri-
ma illa quatuor genera, ad quæ referri vniuersam
diuinæ scripture vim, atque doctrinam diximus.

Docendi autem ordinem eum adhibebit, qui &
personis, & temporis accommodatus videbitur: nos Pa-
trum auctoritatem secuti, qui initiandis Christo do-
mino, & in eius disciplina instituendis hominibus,
à fidei doctrina initium fecerunt, operæ pretium duxi-
mus, que ad fidem pertinet, prius explicare. Sed quo-
niam in diuinis literis multiplex est fidei significatio
hic de ea loquimur, cuius vi omnino assentimur ihs,
que tradita sunt diuinitus. Hac autem ad salutem co-
sequenda esse necessariam, nemo iure dubitauit, præ-
fertim cù scriptū sit: sine fide impossibile est placere
Deo, cum enim finis, qui ad beatitudinem homini pro- Hebræ. 1.
positus est, altior sit, quā vt humana metis acie per-
spici posuit, necesse ei erat, ipsius à Deo cognitionem
accipere. Hec vero cognitio nihil aliud est, nisi fi-
des, cuius virtus efficit, ut id ratū habeamus, quod à
Deo traditū esse sanctissimæ matris Ecclesie aucto-
ritas cōprobatur: nulla enim fidelibus potest accidere
dubitatio in ihs, quorū Deus auctor est, qui est ipsa ve-
ritas. Ex quo intelligimus, quantum inter hanc fidem
quam Deo habemus intersit, & illā, quā humanae hi-
storiae scriptoribus adhibemus. Fides autem, quamquā
late pateat, & magnitudine, ac dignitate differat,
(est enim sic in sacris literis. Modicæ fidei: quare du- Matt. 14. 8.
bita

- Lucæ. 17. *bit asti? & Magna est fides tua: & Adauge nobis si-*
 Iacob. 2. *dem: item, Fides sine operibus mortua: &, Fides, quæ*
 Galat. 5. *per charitatem operatur) tamen est idem genere,*
 & diuersis fidei gradibus eadem definitionis vis, &
 ratio conuenit. Quam vero fructuosa sit, & quantâ
 ex ea utilitatem capiamus, in articulorum explicati-
 one dicetur. Que igitur primum Christiani homi-
 nes tenere debent, illa sunt, quæ fidei duces doctores
 2. Cor. 5. *que sancti Apostoli, diuino spiritu afflati, duodecim*
 Marc. 16. *symboli articulis distinxerunt. Nam cum manda-*
 tum à Domino accepissent, ut pro ipso legatione fun-
 gentes, in yniuersum mundum proficeretur, atq[ue]z
 2. Cor. 1. *omni creatura Euangelium prædicarent, Christia-*
 Simbolū vn de dictum. *næ fidei formulam componendam censuerunt, ut sci-*
 licet id ipsum omnes sentirent, ac dicerent, neque ul-
 la essent inter eos schismata, quos ad fidei unitatem
 vocassent: sed essent perfecti in eodem sensu, & in
 eadem sententia. Hanc autem Christianæ fidei, &
 spiri professionem à se compositam, Apostoli Sym-
 bolum appellaron, siue quia ex varijs sententijs
 quas singuli in commune contulerunt, conflata est,
 siue quia ea veluti nota, & tessera quadam veteren-
 tur, qua desertos, & subintroductos falsos fratres
 Galat. 2. *qui euangelium adulterabant, ab ijs, qui vere Chri-*
 2. Cor. 4. *sti militiae sacramento se obligarent, facile possent*
 internoscere.

Credo in Deum. Cum multa in Christiana
religione fidelibus proponantur, quorum sigilla-
 tim

rim, vel vniuerso certam & firmam fidem habere oportet, tum vero illud primo, ac necessario omnibus credendum est, quod veluti veritatis fundamen tum ac summa de diuinae essentiae unitate, & trium personarum distinctione, earumq[ue] actionibus, que praecipua quadam ratione illis attribuuntur, D E V S ipse nos docuit. Huius mysterij doctrinam breuiter in Symbolo oportolorum comprehensam esse, Parochus docebit. Nam vt Maiores nostri qui in hoc argumento pie & accurate versati sunt, obseruauerunt, in tres potissimum partes ita distributum videtur, vt in una diuinæ naturæ prima persona, & mirum creationis opus describatur: in altera, secunda persona & humanæ redemptionis mysterium: in ter tia, tertia item persona, caput, & fons sanctitatis nostra, varijs & aptissimis sententijs concludatur. Eas autem sententias similitudine quadam à Patribus nostris frequenter usurpata, articulos appellamus. Ut enim corporis membra articulis distinguntur, ita etiam in hac fidei confessione quidquid distincte, & separatim ab alio nobis credendum est, recte, & apposite articulum dicimus.

Credo in Deum patrem omnipotentem
creatorem cœli, & terræ.

His verbis ea sententia subiecta est: Credo credo,
ac sineulla dubitatione profiteor Deum patrem, pri Primi arti-
mam scilicet Trinitatis personam, qui sua omnipre- culti explica-
tenti virtute cœlū ipsum, & terram, & omnia, que tio.
cœli

cæli, & terre ambitu continentur, ex nihilo condidit: & condita tuerit, ac regit: neque solum cum corde credo, & ore confiteor, verum summo studio ac pietate ad illum, veluti summum, & perfectissimum bonum, contendō. Hac igitur sit breuis quedam primi huius articuli comprehensio. Sed quoniam magna mysteria in singulis fere verbis latent, ea nunc diligētius Parochio perpendenda sunt: ut quam tam Dominus permiserit, ad eius maiestatis gloriam contemplantiam cum timore, & tremore fidelis populus accedat.

Verbi huius. Igitur credendi vox hoc loco putare, existimat credo in mā re, opinari, non significat, sed, ut docent sacræ literæ fidei re, certissimæ assensionis vim habet, qua mens Deo euangelicæ sua mysteria aperienti firmiter, cōstanterq; assentitur. Quamobrem is credit, (quod ad huius loci explicationem attinet) cui aliquid sine vila & habitatione certum, & persuasum est. Neque vero existimare quisquam debet, fidei notitiam minus certam esse, quod ea non cernantur, quæ nobis credenda fidès proponit: etenim diuinum lumen, quo ea percipimus, tametsi rebus perspicuitatem non afferat, nos tamen de his dubitare non sinit. Deus enim, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ut non sit nobis opertum euangeliū sicut ijs, qui pereunt. Iam vero ex ijs que dicta sunt cōsequitur eum, qui cœlesti hac fidei cognitione præditus est, inquirendi curiositate liberum esse. Deus enim

Hebræ. 11. 1. et Roma. 4. 1. Igitur credendi vox hoc loco putare, existimat credo in mā re, opinari, non significat, sed, ut docent sacræ literæ fidei re, certissimæ assensionis vim habet, qua mens Deo euangelicæ sua mysteria aperienti firmiter, cōstanterq; assentitur. Quamobrem is credit, (quod ad huius loci explicationem attinet) cui aliquid sine vila & habitatione certum, & persuasum est. Neque vero existimare quisquam debet, fidei notitiam minus certam esse, quod ea non cernantur, quæ nobis credenda fidès proponit: etenim diuinum lumen, quo ea percipimus, tametsi rebus perspicuitatem non afferat, nos tamen de his dubitare non sinit. Deus enim, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ut non sit nobis opertum euangeliū sicut ijs, qui pereunt. Iam vero ex ijs que dicta sunt cōsequitur eum, qui cœlesti hac fidei cognitione præditus est, inquirendi curiositate liberum esse. Deus enim

1. Cor. 2. 1. Igitur credendi vox hoc loco putare, existimat credo in mā re, opinari, non significat, sed, ut docent sacræ literæ fidei re, certissimæ assensionis vim habet, qua mens Deo euangelicæ sua mysteria aperienti firmiter, cōstanterq; assentitur. Quamobrem is credit, (quod ad huius loci explicationem attinet) cui aliquid sine vila & habitatione certum, & persuasum est. Neque vero existimare quisquam debet, fidei notitiam minus certam esse, quod ea non cernantur, quæ nobis credenda fidès proponit: etenim diuinum lumen, quo ea percipimus, tametsi rebus perspicuitatem non afferat, nos tamen de his dubitare non sinit. Deus enim, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ut non sit nobis opertum euangeliū sicut ijs, qui pereunt. Iam vero ex ijs que dicta sunt cōsequitur eum, qui cœlesti hac fidei cognitione præditus est, inquirendi curiositate liberum esse. Deus enim

enim cum ius sit nos credere, non diuina iudicia scruta-
tanda, eorumq; rationem, & causam perquiren-
dam nobis proposuit, sed immutabilem fidem pre-
cepit, quae efficit, ut animus in aeternæ veritatis no-
titia conquietat. Ac profecto cum Apostolus teste-
tur, Deus verax est, omnis autem homo mendax, si
arrogantis & impudentis hominis est graui ac sa-
pienti viro aliquid affirmanti fidem non habere, sed
præterea vrgere, ut quod dixerit, rationibus, aut te-
stibus probetur: cuius temeritatis, atque adeo stu-
titiae fuerit, Dei voces audientem, cœlestis ac salu-
taris doctrinæ rationes requirere? fides itaque se-
clusa omni non solum ambiguitate, sed etiam de-
monstrandis studio, teneda est. Verum illud præter-
eadoceat Parochus, eum, qui dicit Credo, præter
quam quod intimū mentis suæ assensum declarat,
qui interior fidei actus est, debere id, quod animo in-
clusum habet, aperta fidei professione præse ferre,
summaque alacritate palam saceri, ac prædicare.
Oportet enim fideles eum spiritum habere, quo fre-
tus propheta dixit: Credidi propter quod locutus
sum: imitari Apostolos, qui ad principes populi re-
sponderunt: Non possumus, que vidimus & audiui-
mus, non loqui: divi Pauli præclara illa voce exci-
tari: Non erubesco Euangelium. Virtus enim Dei
est in salutem omni credenti. Item quo maximè hu-
ius sententia veritas confirmatur: Corde creditur
ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Rom. 3.

Fideipro-
fessio.Psal. 115.
Acto. 4.

Rom. 10.

IN

Credere in
Deum, quā
sit eximū.

In Deum. Hinc iam Christianæ sapientiae digni-
tatem & præstantiam, ex eaque, quantum diuini-
næ bonitati debeamus, cognoscere licet, quibus da-
tum est, statim ad rei præstantissimæ, maximeq;
expetendæ cognitionem quasi fidei gradibus ascen-
dere. In hoc enim multum inter se differunt Chri-
stiana philosophia, & huius saeculi sapientia, quod
haec quidem naturalistantum luminis ductu ab ef-
fectibus, & ab ijs, quæ sensibus percipiuntur, paula-
tim progreſſa, nō nisi post longos labores vix tandem
inuisibilia Dei contemplatur, primamque omnium
rerum causam & auctorem agnoscit, atque intelli-
git: contra vero illa humanae metis aciem ita ex-
auit, vt in cælū nullo labore penetrare possit, atque
diuino splendore collustrata, primum quidem ater-
num ipsum luminis fontem, deinde quæ infra ipsum
posita sunt, intueri, vt nos vocatos esse de tenebris
in admirabile lumen, quod est apud Apostolorū Prin-
cipem, cum summa animi iucunditate experiamur,
& credētes exultemus letitia inenarrabili. Rectè
igitur fideles primo se in Deum credere profiten-
tur, cuius maiestatem ex Hieremiac sententia in co-
prehensibilem esse dicimus: lucem enim, vt ait

2. Petr. 1.

3. Petr. 1.

Hierem. 3.

1. Tim. 6.

1. Ioan. 4.

Exod. 33.

Apostolus, in habitat inaccessibilem, quem nullus ho-
minum vidit, sed nec videre potest, cū enim ad Moy-
sen loqueretur: Nō videbit me, inquit, homo, & vi-
uet. Nam vt mens nostra ad Deū, quo nihil est sub-
limius, perueniat, necesse est eam omnino à sensibus
abstrahere.

abstractam esse: cuius rei facultatē in hac vita naturaliter non habemus. Sed quanvis hęc ita sint, nō reliquit tamē Deus, vt inquit Apostolus, semet- ipsum sine testimonio benefaciens, de cęlo dans plu-rias, & tempora fructifera, implexus cibo & lati-tia corda hominum. Quę causa fuit philosophis ni-hil abiectū de Deo sentiendi, & quidquid corporeū quidquid concretum & admistum est, ab eo longis-finie remouendi: cui etiam bonorum omnium per-fectam vim, & copiam tribuerunt, vt ab eo tan-quam à perpetuo quodam, & inexhausto fonte bo-nitatis ac benignitatis, omnia ad omnes creatas res atque naturas, perfecta bona dimanet, quem sapiē-tem, veritatis auctorem & amantem, iustum bene-ficentissimū, & alijs nominibus appellauerunt, qui bus summa & absoluta perfectio continetur: cuius immensam & infinitam virtutem, omnem com-plentem locum, & per omnia pertinentem esse di-xerunt. Hoc ex diuinis literis longe melius con- stat & illustrius, vt illo loco, Spiritus est Deus: item, Estote vos perfecti, sicut & pater vester cęlestis perfectus est: tu, Omnia nuda & aperta sunt oculis eius: & illud. O altitudo diuinitarū sapientis & scię tie Dei: deinde, Deus verax est: &, Ego sum Psal. 47. via, & veritas, & vita: præterea, Iustitia plena est Psal. 144. dexter tua: denique, Aperis tu manū tuam, & im-ples omne animal benedictione: postremo. Quo ibo Psal. 138. à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? &, Si

Ioan. 4.

Matth. 5.

Hebre. 4.

Rom. 11.

Rom. 3.

Ioan. 14.

Psal. 47.

Psal. 144.

Psal. 138.

ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sum psero pennas meas diluculo, & habitauero in extremitate maris, &c. & Nunquid non cælum, & terram ego impleo, dicit Dominus?

Hierem. 23. Magna & præclara hec sunt, quæ de Dei natura sacrorum librorum autoritate, consentanea & consequentia ex rerum effectarum investigatione philosophi cognoverunt. Quanquam in eo etiam cœlestis doctrina necessitatem cognoscimus, si animaduertamus, fidem non solum hoc præstare, quemadmodum supra dictum est ut, quæ viri tantum sapientes longo studio consecuti sunt, eæ ruditibus quoque & imperitis hominibus statim pateant, atque in promptu sint, verum ut rerum notitia, quæ fidei disciplina comparatur, multo certior, atque ab omni errore purior in mentibus nostris insidieat, quam si eas ipsas res, humanae scientiae rationibus comprehensas, animus intelligeret. Sed quanto præstantior diuini numinis cognitio cœsenda est, ad quam non communiter omnibus naturæ contemplatio, sed proprie credentibus fidei lumen aditum patefecit? hæc autem Symboli articulis continetur, qui nobis diuinæ essentiæ unitatē, & trium personarum distinctionem, tum vero ipsum Deum esse ultimum hominis finem aperiunt, à quo cœlestis aternæq; beatitudinis possessio expectanda sit: si quidem a Diuo Paulo dicimus. Deū inquit in rebus se remuneratorem esse. Hac quanta sint,

Hebr. 11.

8

& an eius generis sint bona, ad que humana cognitio aspirare potuerit, multo ante eumdem Apostolum Esaias propheta his verbis ostendit. A seculo non Esa. 64. audierunt: neque auribus percepérunt: oculus non vidit, Deus, absq; te, quæ preparasti expectantibus te.

Sed ex ijs, quæ diximus, vnum etiam Deum esse, non plures Deos, confitendum est, nam cum Deo summa bonitatem & perfectionem tribuamus, fieri non potest, ut id, quod summum atque absolutissimum est, inueniatur in pluribus. Quod si cui aliquid ad summum deest, eo ipso imperfectus est: quare nec Dei natura illi conuenit. Hoc autem multis sacrarum literarum locis cōprobatur, scriptū est enim: Audi Israël, Dominus Deus noster, Deus unus est. Præterea est Domini iussum: Non habebis Deos alienos coram me. Deinde per Prophetam sepe admonet: Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus. Apostolus etiam palam testatur: Vnus Dominus, una fides, vnum baptisma. Neque vero nos moueat, quod interdum sacre literæ Dei nomen creatis, etiam naturis imponunt. Nam quod prophetas & iudices deos appellarunt, non gentium more factum est, quæ sibi plures deos stulte & impie fixerunt, sed quādam loquendi consuetudine significare voluerunt excellentem aliquam virtutem, vel functionem, quæ Dei munere illis concessa sit. Deum igitur natura, substantia, essentia, vnum, quemadmodum ad confirmandam veritatem, in Symbolo Niceni Concilij

Deut. 6.

Exo. 20.

Esa. 41. 44.

48.

Ephes. 4.

Psal. 81.

Exodi, 23.

1. Cor. 8.

dictum est, Christiana fides credit, & profitetur sed altius etiam ascendens ita vnum intelligit, vi unitatem in trinitate, & trinitatem in unitate veneretur: de quo nobis mysterio nunc dicere incipendum est. Sequitur enim in Symbolo.

Patrem. Sed quoniam Patris vox non una ra-

Prima cau- tione Deo tribuitur, illud prius declarandum erit, **sacra** Deus que sit magis propria huius loci significatio. Deum nonnulli etiam, quorum tenebris fides lucem non

appelletur

pater.

attulit, aeternam substantiam esse intellexerunt, a qua res ortae essent, & cuius prouidentia omnia gubernarentur, suumq; ordinem & statum conseruant. Ex humanis igitur rebus ducta similitudine quemadmodum eum, a quo familia propagata est, cuiusque consilio & imperio regitur, patrem vocabant: ita hac ratione factum est, ut Deum, quem omnium rerum opificem & rectorem agnoscebant,

Patrem appellari voluerint: eodem nomine sacra etiam litera vse sunt, cum de Deo loquentes, universorum creationem potestatem, admirabilemq;

prudentiam ei tribuendam indicarent, legimus enim:

Nunquid non ipse est pater tuus, qui posse

Deut. 32.

ditte, & fecit, & creauit te? & alibi:

Mala. 2.

Nunquid non pater unus omnium nostrum? Nunquid non

Secunda cau-

Deus unus creauit nos? At vero multò frequentius

Roma. 8.

& peculiari quodam nomine præsertim in noui testamento libris, Deus pater Christianorum dicitur,

qui nō acceperunt spiritum seruitutis in timore sed

acce-

aceperunt spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo
 clamant Abba pater. Eam enim charitatem dedit ⁱⁿ I oān. 3.
 nobis pater, ut filii D E I nominemur, et simus: quod R o m. 8.
 si filii, & heredes, heredes quidem Dei, cohæredes
 autem Christi, qui est primogenitus in multis fra-
 tribus, nec confunditur vocare nos fratres. Siue
 igitur communem creationis & prouidentie, siue H e b. 2.
 præcipuam spiritualis adoptionis causam spectes;
 merito fideles D E V M patrem se credere profiten-
 tur. Verum præter eas p̄nationes, quas explicauim-
 us, Patris nomine auditio, ad altiora mysteria ni-
 tem erigendam esse Parochus docebit. Quod enim Tertia cau-
 in luce illa inaccessibili, quā inhabitat D E V S ma-
 gis reconditum & abstrusum est, quodque humana
 ratio & intelligentia non consequi, aut ne suspica-
 ri quidem poterat, id Patris vocabulo diuina ora-
 cula nobis aperire incipiunt. Indicat autem hoc no-
 men, in vna diuinitatis essentia non vnam tantum
 personam, sed personarum distinctionem creden-
 dam esse. Tres enim sunt in vna diuinitate persona
 Patris, qui à nullo genitus est. Filii, qui ante omnia
 facula à patre genitus est. Spiritus sancti, qui iti-
 dem ab eterno ex patre & filio procedit. Atqui
 pater est in vna diuinitatis substantia, prima perso-
 na, qui cum unigenito filio suo, & Spiritu sancto
 unus est D E V S, unus est D O M I N V S, non
 in vnius singularitate persona, sed in vnius trinitate
 substantie.

D e proprie- *Iam vero haec tres personae, cum in ipsis quidem
tati bus per quam dissimile aut dispar cogitare nefas sit, suis tan-
sonarū san- tummodo proprietatibus distincte intelliguntur,
dissimē Tri pater siquidem ingenitus est. Filius à patre geni-
tatis.*

*Spiritus sanctus ab utroque procedit. Atque ita trium personarum eandem essentiam eandem substantiam confitemur, ut in confessione verae semper
pieternaque deitatis, & in personis proprietatem & in essentia unitatem, & in trinitate aequalitatem pie & sancte collendam credamus. Nam quod patris primam esse personam dicimus, hoc non ita accipiendum est, perinde ac si aliquid in Trinitate Athanasius in Symbolo prius aut posterius, maius aut minus cogitemus: absit enim haec à fidelium mentibus impietas, cum eandem aeternitatem, eandem gloriam maiestatem in tribus personis Christiana religio praedicet. Sed patrem propterea, quod ipse sit principium sine principio, primam esse personam, vere, & sineulla dubitatione affirmamus: quae quidem uti patris proprietate distincta est: ita in unam illam praecepue hoc conuenit, quod filium ab aeterno genuerit. Semper enim Deum simul & patrem fuisse nobis significatur, cu Dei & patris nomina coniuncta in hac confessione pronunciamus.*

P ericulosa *Verum quoniam in nullius rei, quam huius omnium disputatio[n]um altissima ac difficillima notitia atque ex-S. Trinitate plicatione, aut periculosius versari, aut grauius errare possumus, doceat Parochus, religiose retinenda.*

nenda esse essentia & personæ propria vocabula,
quibus hoc mysterium significatur, & scient si-
deles unitatem esse in essentia distinctionem autem
in personis. Sed hec subtilius exquirere nihil
oportet, cum meminerimus illius vocis : Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria : sa-
Prouer. 25.
tis enim videri debet, quod fide certum & explo-
tatum habeamus, nos à Deo (cuius oraculis non
assentiri, extreme stultitia atque miseria est) Matth. 28.
ita edocetos esse . Docete, inquit, omnes gentes, ba-
ptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus
sancti. Rursus tres sunt, qui testimonium dant in cœ
lo, pater, verbū, & spiritus sanctus, & hi tres vnum
sunt. Oret ramen assidue, ac precetur Deum, & pa-
1. Ioan. 5.
trem, qui vniuersa ex nihilo condidit, disponitq;
Sap. 8.
omnia suauiter, qui dedit nobis potestatem filios
1. Ioan. 1.
Dei fieri, qui Trinitatis mysterium humanae men-
ti patefecit, oret, inquam, sine intermissione, qui
diuino beneficio, hac credit, vt aliquando in eter-
na tabernacula receptus dignus sit, qui videat, que
tanta sit Dei patris fecunditas, vt se ipsum intuens
atque intelligens, parem & equalem sibi filium gi-
gnat: quoque modo duorum idem plane & par che-
ritatis amor, qui spiritus sanctus est, à patre & fi-
lio procedens, genitorem & genitum aeterno, atque
indissolubili vinculo inter se connectat: atq; ita di-
uinae Trinitatis una sit essentia, & trium persona-
rum perfecta distinctio.

Omnipotentem. Solent sacræ literæ multis nominibus Dei summā vim, & immēsam maiestatem explicare, ut ostendant, quanta religione & pietate illius sanctissimum numen colendum sit: sed in primis doceat Parochus, illi omnipotentem vim

Gen. 17. frequentissimè tribui. Ipse enim de se dicit: Ego Dominus omnipotens, & rursus Jacob, cum filios ad Ioseph mitteret, ita illis precatus est: Deus autem

Gen. 43. meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: deinde verò in Apocalypsi scriptū est, dominus Deus qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens

Apoc. 1. & alibi, Dies magnus Dei omnipotētis appellatur. Non unquā etiam pluribus verbis illud idem significari solet. Atque huc pertinet, quod dicitur, Non

Lucæ. 1. erit impossibile apud Deum omne verbū. Nunquid manus Domini inualida est? item, Subest tibi, cum

Sap. 12. volueris, posse, & alia generis eiusdem. Ex quibus

Iob. 42. varijs dicendi formis id percipitur, quod uno omnipotentis verbo comprehendēti perspicuum est. Intelligimus autem hoc nomine, nihil esse, nihil animo & cogitatione fingi posse, quod Deus efficere nequeat. Etenim non solum hæc, quæ tametsi maxima sunt, aliquo tamen modo in cognitionem nostram cadunt, efficiendi potestatem habet: nimirum, ut omnia ad nihilum recidant, atque ut plures mundi ex nihilo repente existant: verum etiam multa maiora in illius potestate sita sunt, quæ humanae menti & intelligentiae suspicari non licet. Neque vero

Cum

cum omnia Deus possit, mentiri tamen, aut fallere,
aut falli, aut peccare, aut interire, aut ignorare ali-
quid potest. Hæc enim in eam naturam cadunt,
cuius imperfecta actio est: Deus vero, cuius perfe-
ctissima semper est actio, ideo hæc non posse dicitur
quia posse ea, infirmitatis est, non summa & infini-
tae omnium rerum potestatis, quam ille habet. Ita
igitur Deum omnipotentem esse credimus, ut ab eo
tamen longe omnia abesse cogitemus, quæ perfectæ
eius essentie maximè coniuncta & conuenientia
non sunt.

Recte autem sapienterq; factum Parochus ostēdat, vt, pretermisis alijs nominibus quæ de Deo di-
cuntur, hoc vnum uobis credendum in Symbolo
proponeretur. Nam cum Deum omnipotentem ag-
noscimus, simul etiam fateamur necesse est, cū om-
nium rerum scientiam habere, omnia item eius di-
tioni & imperio subiecta esse. Cum verò omnia ab
eo fieri posse non dubitemus, consequens omnino
est, vt cetera etiam explorata de illo habeamus,
quæ si desint, quomodo omnipotens sit, prorsus
intelligere non possumus. Præterea nulla restam
ad fidem, & spem nostram confirmandam valet,
quam si fixum in animis nostris teneamus, nihil nō
fieri à Deo posse. Quidquid enim deinceps crede-
re oporteat, quamvis magnum & admirabile sit,
rerumque ordinem, ac modum superet, illi tamen
facile humana ratio, postquam Dei omnipotentis

Fides de o-
mni potētia
Dei, quā ne
cessaria &
utilis.

Secunda vñ
litas.

notitiā perceperit, sine vlla hæstitione assentitur: quin potius, quo maiora sint, quæ diuina oracula doceant, eò libentius fidem eis habendam esse existimat. Quod si boni etiam aliquid expectandum sit, nunquam animus rei magnitudine, quam exoptat, frangitur, sed erigit sese, atque confirmat, sapè illud cogitans, nihil esse, quod ab omnipotenti Deo effici non possit. Quare hac fide præcipue munitos nos esse oportet, vel cū admiranda aliqua opera ad proximorum usum & utilitatem edere cogimur, vel cum à Deo precibus impetrare aliquid volumus. Alterum enim ipse Dominus docuit, cum

Matth. 17. Apostolis incredulitatem obijcens diceret: Si habueritis fidem sicut granum simapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. De altero autem sanctus Iacobus ita

Iacob. 1. testatus est. Postulet in fide nihil hæstans, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, quia vento mouetur, & circumfertur: non ergo aestimet homo ille,

Tertia. quod accipiat aliquid à Domino. Multa præterea hæc fides commoda atque utilitates nobis præbet: in primis vero ad omnem animi modestiam & humilitatem nos instituit: sic enim inquit Princeps Apostolorum. Humiliamini sub potenti manu Dei. Monet etiam non esse trepidandum, vbi non sit timor, sed unum Deum timendum esse, in cuius potestate nos ipsi, nostraque omnia posita sint. Inquit enim

1. Petr. 5.

Quarta.

Psal. 25.

Sap. 7.

saluator noster: Offendam vobis, quem timeatis.

tis. Timete eum, qui postquam occiderit, habet Quinta.
potestatem mittere in gehennam. Utimur dein-
de hac fide ad immensa erga nos Dei beneficia cog-
noscenda & celebranda. Nam qui Deum omnipo-
tentem cogitat, tam ingrato animo esse non potest,
quin saepius exclamat: Fecit mihi magna qui po- Lucæ. i.
tens est.

Sed quod patrem omnipotentem in hoc articu- Non solus
lo vocamus, neminem eo errore duci oportet, ut arbi pater omnis
tretur, ita illi hoc nomen tributum esse, ut filio etiā, potens.
& Spiritui sancto commune non sit. Nam quemad-
modum Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiriti-
tum sanctum, neque tamen tres Deos, sed unum
Deum esse dicimus: ita &que Patrem ac Filium, &
Spiritum sanctum omnipotentem, neque tamē tres
omnipotentes, sed unum omnipotentem esse confi-
temur. At vero, præcipua quadam ratione, Patrem
quia omnis originis fons est, hoc nomine vocamus
uti etiam filio, qui aeternum patris verbum est, sa-
pientiam, & Spiritui sancto, quia atriusque amor
est, bonitatem tribuimus: quamvis hæc, & alia hu-
ijsmodi nomina communiter in tribus personis, ex
catholice fidei regula dicantur.

Creatorem cœli & terræ.

Quam necessarium fuerit, omnipotentis Dei cog-
nitionem paulo ante fidelibus tradi, ex ijs, que
nunc de vniuersorum creatione explicanda erunt,
perspici potest. Tanti enim operis miraculum fa-
cilius

cilius creditur, quod nullus de immensa creatoris potestate dubitandi locus relinquitur. Deus enim non ex materia aliqua mundum fabricatus est, sed ex nihilo creauit, idq; nullavi, aut necessitate coactus, sed sua sponte & voluntate instituit. Neque vero vlla alia fuit causa, que illum ad opus creationis impelleret, nisi vt rebus, que ab ipso effectae essent, bonitatem suam impertiretur. Nam Dei natura ipsa per se beatissima, nullius rei indigens est, vt inquit David: *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Quemadmodum autem sua bonitate adductus, quæcunque voluit fecit, ita non exemplum aliquod, aut formam, que extra se posita esset, cum vniuersa conderet, secutus est verum quia rerum omnium exemplar diuina intelligentia continetur, id summus artifex in se ipso intuens ac veluti imitatus, summa sapientia, & infinita virtute, quæ ipsius propria est, rerum vniuersitatem initio procreauit. Ipse enim dixit, & facta sunt & ipse mandauit, & creatas sunt.

Verū celi & terre nomine, quidquid cēlum & terra cōplectitur, intelligēdum est. Nā preter cēlos quos opera digitorum eius propheta appellauit solis etiam splendorem, lunęq; & ceterorum siderū ornatum addidit, atq; vt essent in signa, & tempora, & dies, & annos, ita cēlorum orbes certo & constanti cursu tēperauit, vt nihil perpetua eorū conuersione mobilius, nihil mobilitate illa certius videri posset.

† Præ-

Psal. 15.

Psal. 148.

Psal. 8.

Genes. 1.

† Præterea spiritualem naturam, innumerabilis
lesq; Angelos, qui Deo ministrarent, atquæ assiste-
rent, ipse ex nihilo creauit, quos deinde admirabili
gratia sue & potestatis munere auxit atquæ orna-
uit. Nam cum illud sit in diuinis literis, † Diabolum
in veritate non stetisse, perspicuum est, eum, reli-
quoque desertores Angelos ab ortus sui initio gra-
tia preditos fuisse, de quo ita est apud sanctum Au-
gustinum: Cum bona voluntate, id est, cum amore
casto, quo illi adhaerent, Angelos creauit simul in eis
& condens naturam, & largiens gratiam. Vnde si-
ne bona voluntate, hoc est, Dei amore, nunquam san-
ctos Angelos fuisse credendum est. Quod autem
ad scientiam attinet, extat illud sacrarum literarum
testimonium. Tu Domine mi rex sapiens es, sicut ha-
bet sapientiam Angelus Dei, ut intelligas omnia su-
per terram. Potestatem denique eis tribuit diuinus
Dauid illis verbis: Potentes virtute, facientes ver- Psal. 102.
bum illius, atq; ob eam rem sepe in sacris literis vir-
tutes, & exercitus Domini appellantur. Sed quam-
uis omnes i; cœlestibus donis ornati fuerint, plurimi
tamen, qui à Deo parente & creatore suo defece-
runt, ex altissimis illis sedibus deturbati, atquæ in
obscuriſſimum terræ carcerem inclusi, æternas super
biæ sue penas luunt: de quibus princeps Apostolo-
rum scribit in hunc modum: Angelis peccantibus z. Pet. 1.
non pepercit, sed rudētibus inferni detractos in Tar-
tarum tradidit cruciandos, in iudicium reseruari.

† De creatio-
ne Angelo-
rū mundi vi-
sibilis & in-
visibilis, &
ipsius homi-
nis.

Ioan. 8.
Aug. lib. 12.
de Clivitate
Dei cap. 9.

z. Reg. 14.

Psal. 102.

z. Pet. 1.

Terræ crea- At vero terram etiam super stabilitatem suam
 río fundatam Deus verbo suo iussit in media mundi
 Psalm. 103. parte consistere, effecitq; vt ascenderent montes,
 & Genes. 1. & descenderent campi in locum, quem fundauit
 eis: ac ne aquarum vis illam inundaret, terminum
 posuit, quem non transgredientur, neque conuer-
 tentur operire terram. Deinde non solum arbori-
 bus, omnique herbarum & florum varietate con-
 uestiuit atque ornauit, sed innumerabilibus etiam
 animantium generibus, quæ admodum antea aquas,
Hominis
creatio. & aëra, ita etiam terras complenit. Postremo, ex
 limo terræ hominem sic corpore affectum & con-
 stitutum effingit, vt non quidem naturæ ipsius vi,
 sed diuino beneficio immortalis esset & impassibi-
 lis. Quod autem ad animalia pertinet, eum ad ima-
 ginem & similitudinem suam formauit, liberum-
 que ei arbitrium tribuit: omnes præterea motus ani-
 mi, atque appetitiones ita in eo temperauit, vt ra-
 tionis imperio nunquam non parerent. Tum origi-
 nalis iustitiae admirabile donum addidit, ac dein-
 de ceteris animantibus præesse voluit, que quidem
 facile erit Parochis ad fidelium institutionem ex sa-
 cra Genesis historia cognoscere. Hæc igitur de uni-
Gen. 1. &c. 2 uersorum creatione, celi, & terræ, verbis intelli-
 genda sunt, que omnia breuiter quidem Prophe-
Ps. 1. 88. ta complexus est illis verbis: Tui sunt cali, & tua
 est terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fun-
 dasi: sed multo etiam breuius patres Niceni con-
 cilij

cilijs, additis in Symbole duobus illis verbis, visibilium & inuisibilium, significauerunt. Quaecunque enim rerum vniuersitate comprehenduntur, atque à Deo creata esse confitemur, ea vel sub sensum cadunt, & visibilia dicuntur: vel mente, & intelligentia percipi à nobis possunt, quae inuisibilium nomine significantur.

Nec verò ita Deum creatorem, atque effectore omnium credere oportet, ut existimemus, perfecto absolutoque opere, ea, quae ab ipso effecta sunt, deinceps sine infinita eius virtute constare potuisse. Nam quemadmodū omnia ut essent, creatoris summa potestate, sapientia, & bonitate effectum est: ita etiam, nisi cōditis rebus perpetua eius prouidētia adesset, atque eadem vi, qua ab initio cōstitutæ sunt, illas conseruaret, statim ad nihilum recideret.

Atque id scriptura declarat, cum inquit: *Quomodo posset aliquid permanere, nisi tu voluisses, aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur?* Non solum autem Deum vniuersa, quæ sunt, prouidentia sua tuetur, atque administrat, verum etiam, quæ mouentur, & agunt aliquid intima virtute, ad motum atque actionem ita impellit, ut quamvis secundarum causarum efficientiam non impe-
diat, præueniat tamen, cum eius occultissima vis ad singula pertineat, & quemadmodum Sapienstestatur: Attingat à fine usque ad finem fortiter, & disponat omnia suaniter. *Quare ab Apostolo dictum*

Sap. 11.

Sap. 8.

Act. 17. est, cum apud Athenienses annūciaret Deum, quem ignorantes colebant: Non longe est ab uno quoque nostrum, in ipso enim vivimus, & mouemur, & sumus. AT Q V E hæc de primi articuli explicazione satis fuerint, si tamen illud etiā admonuerimus, creationis opus omnibus sanctæ & individua Trinitatis personis commune esse. Nam hoc loco ex Apostolorum doctrina patrem creatorem cœli & terræ confitemur: in scripturis sacris legimus de filiorum Omnia per ipsum facta sunt, & de Spiritu sancto: Genes. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas, & alibi Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu eius omnis virtus eorum.

Ioann. 1. Psal. 32. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum Dominum nostrum.

Filiū Dei Mirificam & uberrimam esse utilitatem, que profiteri q̄ ex huius articuli fide & confessione confluxit, ad sit utile. humanum genus, & illud sancti Ioannis testimonium ostendit: Quisquis confessus fuerit, quoniam Ies

1. Ioan. 4. sus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo & beatitudinis præconium declarat, quod à Christo Domino tributum est principi Apostolorum, Beatus es Simon Bariona, qui a caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est.

Matth. 16. Hoc enim fundamentum firmissimum est nostræ salutis ac redemptionis. SED quoniam admirabilis huius utilitatis fructus maximè ex felicissimi illius status ruina intelligitur, in quo Deus primos homines

nes collocabat, incumbat in hanc curā Parochus, ut
fideles communium misericordiarum, & aerumnarum
causam cognoscant. Cum enim à Dei obediētia def- Humanī ge-
ciuisset Adam, interdictumq; violasset illud: ^a Ex neris lapsus
omni ligno paradisi comedere, de ligno autem scien- a Gen. 2.
tie boni, & mali, ne comedas: in quocunque enim
die comederis ex eo, morte morieris: in summam
illam incidit calamitatem, ut sanctitatem & iusti-
tiam, in qua constitutus fuerat, amitteret, & re-
liqua subiret mala, que sancta Tridentina ^b Syno- b Concliu
dus uberior explicauit. Propterea verò peccatum, Tri. sess. 5.
& peccati pœnam in uno Adam non constitisse com ca. 1. & 2. &
memorabunt, sed ex eo tanquam ex semine & cau- sel. 6. ca. 1.
sa ad omnem posteritatem iure permanasse. Cùm
igitur ex altissimo dignitatis gradu concidisset, no-
strum genus subleuari inde, & in pristinum locum
restitui nullo modo poterat hominum aut angelo-
rum viribus. Quare reliquum erat illud ruinæ, Ioan. 1.
& malorum subsidium, ut Dei filij infinita virtus,
assumpta carnis nostræ imbecillitate, infinitam tol-
leret peccati vim, & nos reconciliaret Deo in san-
guine suo. Huius autem redemptionis fides, & con-
fessio hominibus ad salutem consequendam necessa-
ria est, semperq; fuit, quam Deus initio premon-
strauit nam in illa damnatione humani generis, quæ
statim peccatū cōsecuta est, ostensa etiā fuit spes re- Gen. 2.
dēptionis illis verbis, quibus proprium diabolo dām
nū quod ex liberatione hominū facturus erat denū

ciavit: Inimicitias ponam inter te & mulierem semem tuum & semem illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius, & deinceps eandem promissionem saepè confirmauit maioremque sui consilij significationē ius praesertim hominibus dedit, quibus voluit singulare benevolētiam præstare: inter ceteros vero, cum patriarcha Abrahæ saepè numero hoc mysterium significasset, tū eo tempore apertius declarauit, cū ille Dei iussis obediens, filium suum unicum Isaac immolare voluit: inquit enim. Quia fecisti

Gen. 22. hanc rem, & nō pepercisti filio tuo unigenito, benedicā tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas caeli, & velut arenæ, quæ est in litore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedictur in semine tuo omnes gētes terre, quia obediisti voci meæ. Ex quibus verbis facile colligi poterat ex progenie Abrahæ futurū, qui omnibus ab innissima Satanae tyrānide libertatis salutē afferret, illū autē Dei filium, natū ex semine Abrahæ secundum carnē fore necesse erat. Non ita multo post Dñs, vt eiusdem promissionis memoria conservaretur, idem fæ

Gen. 28. dus cū Iacob Abrahæ nepote sanciuit. Nam cum ille in somnis vidi scalā stantē super terram, & cakumen illius tangens calos, angelos quoque Dei ascendentēs & descendentes per eam, vt testatur scriptura, audiuit etiam Dominum innixum scalæ, dicen-

Gen. 28. tem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui & Deus Isaac: terrā, in qua dormis, tibi dabo,

bo, & semini tuo, eritque semen tuum quasi puluis terræ. Dilataberis ad orientem, & occidentem, & septentrionem, & meridiem, & benedicentur in te, & in semine tuo cuncte tribus terra. Neque postea destitit Deus, eadem sui promissi memoria reno-
uanda, & generi Abraham, & multis præterea ho- Genes. 49.
minibus Saluatoris expectationem commouere, si Num. 24.
quidem Iudeorum Republica & religione constitu- Deut. 18.
ta, notior populo suo fieri cœpit: nam & mutæ res
significarunt, & homines prædixerunt, quæ, &
quæ nobis bona Saluator ille, & redemptor noster
CHRISTVS IESVS allatus esset. Ac pro-
phetæ quidem, quorum mens celesti lumine illu-
strata fuit, filij Dei ortum, admirabilia opera, que
homo natus efficit, doctrinam mores, consuetudi-
nem, mortem, resurrectionem, ceteraq; eius myste-
ria, hæc omnia, quasi tum adessent, palam docentes,
populo pronunciarunt: ita ut si futuri, & præteriti
temporis tollatur diuersitas, nihil iam inter Prophe Isa. 11:79.
tarum prædicta & Apostolorum prædicationem, ni-
hil inter veterum patriarcharum fidem & nostram
interesse videamus. Sed iam de singulis articuli par-
tibus dicendum videtur.

I E S V S, Proprium est nomen eius, qui Deus & homo est, quod Salvatorem significat, non quidem fortuito, aut hominum iudicio, & voluntate, sed Dei consilio, & præcepto illi impositum. Ange- Lucæ. 1.
lus enim Mariæ matri ita annunciauit, Ecce conci-

pies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius I E S V M. Ac deinde Ioseph virginis sponsus non solum, ut eo nomine puerum appellaret, precepit, sed etiam, cur ita nominandus esset, declarauit: inquit enim, Ioseph, fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium, & vocabis nomen eius I E S V M: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Ac multi quidem hoc nomine fuerunt in diuinis literis. Nam idem nomen Nave filio fuit, qui Moysis successit, & popu-

Eccles. 46. lum a Moyse ex Aegypto liberatum, in terram promissionis, quod illi negatum fuerat, deduxit. Eodem etiam nomine Iosedec, sacerdotis filius appellatus

Aggxi. i. est. Sed tamen quanto verius Saluatorem nostrum hoc nomine appellandum existimabimus? qui non vni alicui populo, sed vniuersis omnium etatum hominibus, non quidem fame, aut Aegyptiaco, vel Babylonico dominatu oppressis, sed in umbra mortis sedentibus, & durissimis peccati, & Diaboli vinculis obstrictis lucem libertatem, & salutem dederit, qui eis celestis regni ius, & hereditatem acquisuerit qui eos Deo patri reconciliauerit, in illis Christum Dominum adumbratum videmus, a quo ipsis beneficiis, quae diximus, cumulatum est genus huma-

Esa. 7. 8. 9. num. Quae præterea nomina prædicta sunt Dei Hier. 2. 3. filio dininitus imponenda ad unum hoc I E S V S nomen referuntur: cum enim cetera salutem, quam nobis

Zach. 3. 6.

nobis datus erat, aliqua ex parte attingerent, hoc ipsum vniuersæ salutis humanae vim, rationemq; complexum est.

I E S V S nomini Christi etiam nomen additum Iesu Christus est, quod vnitum significat, & honoris & officij nomen est, nec vnius rei proprium, sed commune mulitorum: nam veteres illi Patres nostri Christos appellabant sacerdotes, & reges, quos Deus propter muneric dignitatem vngi præceperat. Sacerdotes enim ijsunt, qui populum assiduis precibus Deo commendant, qui sacrificia Deo faciunt, qui pro populo deprecantur. Regibus autem populorum gubernatio commissa est, ad eosque pertinet maxime legum auctoritatem, innocentium vitam tueri, & nocentium audaciam vlcisci. Quoniam igitur vtragi, harum functionum Dei maiestatem referre in terris videtur, ideo qui vel ad regium vel ad sacerdotalē munus obeundum delecti erant, vnguento vngabantur. Prophetas etiam vngendi mos fuit, qui Dei immortalis intepretes, & internuncij cœlestia arcana nobis aperuerunt, atque ad emendandos mores salutaribus preceptis, & futurorum predicatione hortati sunt. At vero cū I E S V S C H R I S T V S Christus in saluator noster in mundum venit, trium personarum partes, & officia suscepit, prophetæ, sacerdotis, ac regis: atque ob eas causas Christus dictus est, & unctus ad illorum munerum functionem, nō quidem alicuius mortalis opera, sed cœlestis patris vir-

stus rex, sacerdos, & propheta sumus.

3. Reg. 19.

tute, non terreno vnguento, sed spirituali oleo, quippe cum in sanctissimam eius animam Spiritus sancti plenitudo gratia que, & omnium donorum vberior copia effusa sit, quam vlla alia creata natura capere potuerit, atque id praeclare Propheta ostendit, cum redemptorem ipsum affatus dixerit: Dillexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit Deus, Deus tuus oleo letitiae prae consortibus tuis. Idem etiam ac multo apertius Esaias illis verbis demonstravit: Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit Dominus me, ad annunciatum mansuetis misit me. Itaque IESVS CHRISTVS summus propheta & magister fuit, qui nos Dei voluntatem docuit, & a cuius doctrina orbis terrarum patris celestis cognitionem accepit: quod ei nomen praeclarus, ac praestantius conuenit, quod omnes, quicunque prophete nomine dignati sunt, eius discipuli fuerunt, atque ob illam precipue causam missi ut prophetam hunc, qui ad saluandos omnes venturus erat, prænuntiarent. Christus item sacerdos fuit, non quidem ex ordine, ex quo in veteri legi Leuitica tribus sacerdotes extiterunt, verum ex illo de quo David Propheta cecinit: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Cuius rei argumentum Apostolus ad Hebreos scribens accurate persecutus est. Sed Christum, non solum ut Deus, verum ut homo, ac nostræ naturæ particeps est, regē etiā agnoscimus: de quo angelus testatus est

Psal. 44.

Esai. 61.

Christus
qualis pro-
pheta.

Deut. 18.

Qualis sa-
cerdos.

Psal. 109.

Heb. 5-7.

Quomodo
rex.

Regnabit

Regnabit in domo Jacob in eternum, & regni eius Lucæ. 1.
 non erit finis. Quod quidem Christi regnum spiri-
 tuale est, atque eternum, in terrisque inchoatur, in
 calo perficitur. Ac regis quidem officia admirabili Psal. 71.
 prouidentia sue prestat Ecclesia: ipse eam regit,
 ipse ab hostium impetu, atque infidylstuetur: ipse ei
 leges prescribit: ipse non solum sanctitatē, & iusti-
 tiam largitur, verum etiam ad persecrandum fa-
 cultatem & vires præbet. Quanquam autem hu-
 ius regni finibus tam boni, quam mali contineuntur,
 atque adeo omnes homines iure ad illud pertinet,
 ij tamen præ ceteris summam regis nostri bonitatem
 & beneficentiam experintur, qui ex eius præce-
 ptis integrā, atque innocentem vitam degunt:
 Neque vero hoc illi regnum hereditario, aut huma-
 no iure obtigit, tametsi genus à clarissimis regibus
 duceret, sed rex fuit, propterea quod Deus in illum
 hominem contulit ^a quidquid potestatis, amplitudi-
 nis, dignitatis hominis natura capere posset. Illi igi-
 tur totius mundi regnum tradidit, eique omnia,
 quod iam fieri coepit est, plene perfecteque in die
 iudicij subiicientur.

Filiū eius unicum. His verbis altiora my-
 steria de Iesu credenda & contemplanda, fidelibus
 proponuntur, nimis filium Dei esse, & verum
 Deum sicuti pater est, qui eum ab eterno genuit.
 Præterea illum diuine Trinitatis secundam perso-
 nam, alijs duabus omnino aqualem confitentur.

^a Matth. 1.
 Matth. 28.
 Ioan. 7.
 1. Cor. 15.

Nihil enim impar, & dissimile in diuinis personis aut esse, aut singi animo debet, cū vnam omnium essentiam, voluntatem, potestatem, agnoscamus.

c Ioan. 5. Quod cum multis pateat diuinæ scripture oraculis, tū præclarissime illud ostendit, S. Ioannis testi-
† Ioan. 10. monium: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Sed cum Iesum filium Dei esse audimus, nihil terrenum, aut mortale de eius ortu cogitandum est: verum ortum illum, quo ab omni æternitate pater filium genuit, quem ratione percipere, atque perfecte intelligere nullo modo possumus, constanter credere, & summa animi pietate colere debemus, ac veluti mysterij admiratione obstupefacti, illud cum Propheta dicere,

Esaï. 53: Generationem eius quis enarrabit? Hoc igitur credendum est, filium eiusdem esse naturæ, eiusdem potestatis & sapientie cum patre, ut in Symbolo Nicæno explicatius confitemur: inquit enim. Et in Iesum Christum, filium eius unigenitum & ex patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Ex omnibus autem, quæ ad indicandum modum, rationemque æternae generationis similitudines afferuntur, illa propius ad rem videtur accedere, quæ ab animi nostri cogitatione sumitur.

Ioan. 1. Quamobrem sanctus Joannes filium eius verbum appellat. Ut enim mens nostra se ipsam quodammodo

modo intelligens, sui effingit imaginem, quam verbum Theologi dixerunt: ita Deus (quantum tamē diuinis humana cōferri possunt) seipsum intelligēs Verbum aeternum generat, et si p̄st̄at contemplari quod fides proponit, & sincera mente Iesum Christum verum Deum & verum hominem credere & confiteri genitum quidem, ut Deū ante omnium sc̄ulorum atates, ex patre, ut hominem vero natum in tempore ex matre Maria virgine. ET quanquā Athanas. dupl̄cem eius natuitatem agnoscamus, vnum tamen filium esse credimus: Vna enim persona est, in quam diuina & humana natura conuenit. Et quod ad diuinam generationem attinet, nullos aut fratres, aut cohæredes habet, cum ipse patris unicus filius, nos vero homines, figmentum & opus manuum eius simus. At si humanum ortum consideremus, Hebræ. 2. multos ille non solum fratribus nomine appellat, sed fratribus etiam loco habet, vt vnam cum eo paternæ hereditatis gloriam adipiscantur, ȳ sunt, qui fide Rom. 8. Christum Dominum receperunt, & fidem quam nomine profitentur, re ipsa, & charitatis officijs p̄stant. Quare primogenitus in multis fratribus ab Apostolo vocatur.

Dominum nostrum, Multa sunt, quæ de Saluatore nostro in sacris literis dicūtur: quorum alia, vt Deus est, alia vt homo, ipsi conuenire perspicuum est, quoniam à diuersis naturis diuersas earū proprietates accepit. Igitur verè dicimus Christum

stum esse omnipotentem, eternum, immensum,
quod à diuina habet. Rursus de illo dicimus, passum
mortuum esse, resurrexisse, quæ naturæ hominum
conuenire nemo dubitat. Verum præter hec quæ-
dam alia utriusque naturæ congruunt, ut hoc loco, cù
Dominum nostrum dicimus. Igitur si ad utramq;
naturam hoc nomen referatur, merito Dominus
noster prædicandus est. Nam quemadmodum ipse
eternus Deus est, ut pater, ita etiam omnium re-
rum eque Dominus est, ac pater. Et quemadmo-
dum ipse & pater non est aliis, atque aliis Deus
sed idem plane Deus: ita etiam ipse & pater non est
aliis atque aliis Dominus. Sed recte etiam multis
rationibus, ut homo est. Dominus noster appella-
tur. Ac primum quidem, quoniam ipse redemptor
noster fuit, atque à peccatis nos liberavit, iure hanc
potestatē accepit, ut verè Dominus noster esset, ac
diceretur, ita enim Apostolus docet: Humiliauit
semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mor-
tem autem crucis: propter quod & Deus exalta-
uit illum, & donauit illi nomē, quod est super om-
ne nomen, ut in nomine Iesu omne genuflectatur
cœlestium, terrestrium, & inferorum, & omnis
lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in

Athanaf. in
symb.

Philip. 2.

Math. 28.

gloria est Dei patris. Atque ipse de se post resurre-
ctionē, Data est, inquit, mihi omnis potestas in cœ-
lo, & in terra. Ob eam quoque rē Dominus dicitur,
quod in una persona, due naturæ, diuina & huma-

va coniunctæ sint. Hac enim admirabili coniunctio
ne meruit, ut quamvis pro nobis mortuus non esset,
tamen Dominus constitueretur communiter qui-
dem omnium rerum, que conditæ sunt, præcipue au-
tem fidelium qui illi parent, atque summo animi
studio inferuiunt.

Quod igitur reliquum est Parochus fidelem po-
pulum ad eam rationē cohortabitur, ut sciat & quis-
simum esse præ ceteris hominibus nos, qui ab eo
nomen inuenimus, Christiani, vocamur, & quan-
ta ille in nos beneficia contulerit, ignorare non pos-
simus, ob id maxime, quod eius munere hæc omnia
fide intelligimus: equum esse, inquam, nos ipsos, non
secus ac mancipia redemptori nostro, & Domino in
perpetuum addicere, & consecrare. Et quidem, cum
baptismo initiaremur ante Ecclesie fores id ^a pro-
fessi sumus. Declarauimus enim nos Satana & mun-
do renunciare, & Iesu Christo totos nos tradere.

Quod si ut Christianæ militiae adscriberemur cum
sancta, & solenni professione nos ipsos Domino no-
stro deuouimus: quo suppicio digni erimus, si post-
quam ecclesiam ingressi sumus, Dei voluntatem, &
leges cognouimus: postquam sacramentorum gra-
tiam percepimus, ex mundi & Diaboli preceptis, ac
legibus vixerimus: perinde ac si cum baptismo ablui-
ti sumus mundo & diabolo, non Christo Domino,
ac Redemptori nomen dedissimus? sed cuius animæ
amoris facibus non incendas, tanti Domini tam be-
nigna

Quantū ho-
mo Christia-
nus Christo
debeat.

a Ori. ho. 12
In Numeros
Ciri. Hiero-
so. Cateche-
si. 1. mistag.

nigna, & propensa in nos voluntas, qui tametsi nos in potestate sua, & dominatu veluti seruos sanguine suo redemptos habeat, ea tamen charitate complectitur, vt non seruos vocet, sed amicos, sed fratres? Hæc profecto iustissima causa est, atque haud scio, an non omnium sit maxima, cur eum perpetuo debeamus Dominum nostrum agnoscere, venerari, & colere.

Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.

Maximo quidem, & singulari beneficio humum genus à Deo affectum esse, qui nos è durissimi tyranni seruitute in libertatem vindicarit, ex ijs, quæ superiori articulo declarata sunt, intelligere fideles possunt.

At vero si consilium etiam & rationem, quæ potissimum id efficere voluit, nobis ante oculos ponamus, profecto nihil diuina in nos beneficentia ac bonitate illustrius, nihil magnificentius esse videbitur. Eius igitur mysterij magnitudinem, quod nobis tanquam salutis nostræ præcipuum caput, sacræ literæ considerandum sèpissime proponunt: Parochus à tertij articuli explicatione ostendere incipiet: cuius hanc esse sententiam docebit, nos credere, Articuliter & confiteri, eum ipsum Iesum Christum vnicum Do-
tij sententia minum nostrum, Dei filium, cum pro nobis humanam
Concil. 2. earnem suscepit in utero virginis, non ex virili semi
ne vt alij homines, sed supra omnem naturæ ordinem
spiritus

Spiritus sancti virtute conceptum esse, ita ut eadem persona Deus permanens, quod ex aeternitate erat homo fieret quod ante non erat. Ea autem verba ita accipienda esse ex sacri Concilij Constantinopolitana confessione plane perspicitur: inquit enim. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de celis: & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Atque id etiam sanctus Ioannes Euagelista explicauit, ut qui ex ipsis Domini Saluatoris pectore, altissimi huius mysterij cognitione hausisset. Nam cum diuini verbi naturam declarasset illis verbis: In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum, & Deus erat Ioan. 1. verbum ad extremum conclusit: Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Verbum enim quod diuina natura hypostasis est, ita humanam natu- ram assumpsit, ut una & eadem esset diuina & humana natura hypostasis, ac persona: quo factum est, ut tam admirabilis coniunctio utriusque naturae actiones & proprietates conseruaret, atque, ut est apud sanctum Leonem magnum illum Pontificem: Nec inferiorem consumeret glorificatio, nec superiorem minueret assumptio.

S. Leo. pp.
ser. pri. de-
nati. Domi-
nt.

Incarnatio-
nis opus cui
tribuendum
fit ex perso-
nis.

Sed quoniam pretermittenda non est verborum explanatio, doceat Parochus, cum dicimus, Dei filium Spiritus sancti virtute conceptum esse, unam hanc diuinae Trinitatis personam incarnationis mystérii non confecisse. Quamuis enim unus filius

humanam

SS. Trinita humanam naturam assumpserit, tamen omnes diuitias.
 ne Trinitatis persona, Pater, Filius, & Spiritus sanctus huius mysterij autores fuerunt: si quidem illa Christiane fidei regula tenenda est: Omnia quae Deus extra se in rebus creatis agit, tribus personis communia esse, neque unam magis, quam nullam, aut unam sine alia agere. Quod autem una persona ab alia procedat, hoc unum omnibus commune esse non potest, nam filius a patre tantum generatur spiritus sanctus a patre, & filio procedit. Quidquid vero extra illas ab ipsis proficiuntur, tres personae sine ullo discrimine agunt: atque ex hoc genere filij Dei incarnatione censenda est. Quanquam vero haec ita se habeant, solent tamen sacra literae earum rerum: quae omnibus personis communes sunt, alias alijs tribuere: quemadmodum summam omnium rerum potestatem patri sapientiam filio, spiritu sancto amorem adscribunt. Et quoniam diuinæ incarnationis mysterium singularem, atque immensam Dei erga nos benignitatem declarat, ob eam rem peculiari quædam ratione hoc opus spiritui sancto tribuitur. In hoc mysterio quedam supra naturæ ordinem, quædam naturæ vi effecta esse animaduertimus. Nam, orth. fid. c. 2 quod ex purissimo virginis matris sanguine Christi corpus formatum credimus, in eo naturam humanan: nonoscimus: cum illud omnium hominum corporibus commune sit, ut ex matris sanguine formetur. Quodvero & naturæ ordinem, & humanam

intelli-

intelligentiam superat, illud est, simul atque beata virgo Angeli verbis assentiens dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum: statim sanctissimum Christi corpus formatum, eique anima rationis compos coiuncta est, atque ita in ipso temporis articulo perfectus Deus, & perfectus homo fuit. Hoc autem nouum fuisse, atque admirable spiritus sancti opus nemo dubitare potest, cum seruato naturae ordine, nullum corpus, nisi intra prescriptum temporis spatium, hominis anima informari queat. Deinde vero illud accedit: maxima admiratione dignum, quod, ut primum cum corpore anima coniuncta fuit, ipsa etiam diuinitas cum corpore & anima copulata est: quare simul corpus formatum, atque animatum est, corpori & anima diuinitas coniuncta. Ex quo sit, ut eodem tempore puncto perfectus Deus, & perfectus homo esset, & virgo sanctissima vere, & propriè mater Dei, & hominis diceretur, quod eodem momento Deum & hominem conceperisset. Hoc autem ab Angelo ei significatum est, cum ait: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et eventum comprobatum est, quod Isaías predixit: Ecce virgo concipiet: & pariet filium. Idem quoque Elizabeth, cum Spiritu sancto repleta, filij Dei conceptionem intellexisset, his verbis declarauit: Vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Sed quemadmodum

a Dama.li. modum Christi corpus ex^a purissimis integerrime
 3. orth. fid. virginis sanguinibus, sine vlla viri opera, vt antea
 cap. 2. diximus, verū sola Spiritus sancti virtute formatū
 est, ita etiam vt primum conceptus est, illius anima
 uberrimam spiritus Dei copiam, atque omnem cha-
 rismatum abundantiam accepit: neque enim, vt
 alijs hominibus, qui sanctitate, & gratia ornantur,
 Ioan. 8. ipsi ad mensuram (vt testatur sanctus Ioannes) dat
 Ioan. 1. Deus spiritum, sed omnem gratiam tam affluenter
 in eius animam infudit, vt de plenitudine eius nos
 omnes acceperimus. Neque tamē filiū Dei adoptiuū
 appellare licet, quamuis spiritū illum habuerit, quo
 sancti homines filiorū Dei adoptionē consequuntur
 Nā cū natura filius Dei sit, adoptionis gratiam aut
 nomē in eū cōuenire nullo modo existimandum est.
 Hec sunt, quæ de admirabili conceptionis mysterio
 explicanda visa sunt, ex quibus vt salutaris fructus,
 ad nos redūdere possit, illa in primis fideles memo-
 ria repetere, ac sèpius cogitare cum animis suis de-
 bēt, Deū esse, qui humanam carnē assumpit: ea verò
 ratione hominē factū, quā mēte nobis assequi nō li-
 cit, nedū verbis explicare: ob eū denique finē homi-
 nem fieri voluisse, vt nos homines filij Dei renascere
 mur. Hac cum attente cōsiderauerint tum verò om-
 nia mysteria, quæ hoc articulo continentur, humili-
 li, ac fideli animo credant, & adorent, nec curiose
 quod sine periculo vix unquam fieri potest, illa inue-
 stigare ac perscrutari velint.

Natus ex Maria virgine. Hec altera est De læto & huius articuli pars, in qua explicanda Parochus iucudo chri-
diligenter versabitur, cum fidelibus credendum sit, sti ortu.
I E S V M D O M I N V M non solum con-
ceptum spiritus sancti virtute, sed etiam ex Ma-
ria Virgine natum, & in lucem editum esse, cu-
ius mysterij fides quanta cum latitia & iucundita-
te animi meditanda sit, angeli vox, qui primus
fælicissimum nuncium mundo attulit, declarat:
inquit enim, Ecce Euangelizo vobis gaudium ma-
gnum, quod erit omni populo. Tum ex illius cœle- Lucæ. 2.
His militia cantico: Gloria in altissimis Deo, & Ibidem.
in terra pax hominibus bona voluntati, quod ange-
li cecinerunt, facile est intelligere. Hinc etiam am-
plissimum illud Dei promissum ad Abraham imple- Genes. 22.
ri incepit, cui dictum est: Fore aliquando, ut in eius
semine omnes gentes benedicerentur. Maria enim
quæ vere matrè Dei esse predicamus, & colimus,
quod eam personam, quæ simul Deus & homo erat
peperit, à Davide rege originem duxit. Sed quem-
admodum conceptio ipsæ nature ordinem prorsus
vicit: ita in ortu nihil non diuinum licet contem-
plari. Præterea quo nihil admirabilius dici omnino
aut cogitari potest, nascitur ex matre sineulla ma-
ternæ virginitatis diminutione, & quo modo po-
ster ex sepulchro clauso & obsignato egressus est,
atque ad Discipulos & clausis ianuis introiuit: vel,
ne à rebus etiā, quæ natura quotidie fieri videmus, a Ioan. 10.

Aug. tract. discedatur, quo modo solis radij concretā vitri sub-
121 in Ioā. stantiam penetrant, neque frangunt tamen, aut
Grego, ho- aliqua ex parte ledunt: simili inquam, & altiori
mil. 16. in modo IESVS CHRISTVS ex materna al-
Euang. uo, sine ullo maternae virginitatis detrimento edi-
 tus est: ipius enim incorruptam & perpetuam vir-
 ginitatem verissimis laudibus celebramus. Quod
 quidem Spiritus sancti virtute effectum est, qui in
 filii conceptione & partu, matri ita affuit, ut ei &
 fecunditatem dederit, & perpetuam virginitatem
 conseruarit, Solet interdum b Apostolus Christum

b 1. Cor. 15 IESVM nouissimum Adam appellare, cumque
 primo Adam conferre. Nam ut in primo omnes ho-
 mines moriuntur, ita in secundo, omnes ad vitam
 reuocantur: atque ut Adam, quod ad naturalem cō-
 ditionem pertinet, humani generis parens fuit ita
 Christus gratiae, & gloriae auctor est. Ad eum
 modum nobis etiam licet virginem matrem cum

EVA ita cōferre, ut priori Euæ secunda Eua, que
 est Maria, respondeat^c quemadmodum secundum
 Adam, hoc est CHRISTVM, primo Adam re-
 homil. 1. su bspondere ostendimus. Eua enim, quia serpenti fidem
 per Missus habuit, maledictum, & mortem in humanū genus
 est.

d inuenit: & Maria postquam Angelo credidit,
d Genes. 3 Dei bonitate effectum est, ut benedictio & vita ad
Eccles. 15. homines perueniret, propter Euam nascimur filij
 ire: à M A R I A IESVM CHRISTVM
 accepimus, per quem filij gratiae regeneramur.

Ene dictum est: In dolore paries filios. Maria hac Gen. 3: lege soluta est, ut quæ salua virginalis pudicitia integrata, sine ullo doloris sensu, ut antea dictum est, Iesum filium Dei peperit.

Cum igitur tanta, & tam multa sint admiranda huius conceptionis & nativitatis sacramenta, diuine prouidentie consentaneum fuit: ut ea multis figuris & oraculis significarentur. Quare hoc pertinere sancti doctores intellexerunt multa, quæ in varijs sacrae scripturae locis legimus, præcipue vero Portam illam sanctuarij, quam Ezechiel clausam Eze. 44: vidit: item lapidem de mote sine manibus abscissum ut est apud Danielem: qui factus est magnus mons, Dan. 2: & implevit universim terram: deinde Aaron vir- Num. 17: gam, quæ vna inter virgas principum Israelis germinauit: & rubum, quem Moyses vidit ardere, & Exod. 3: non comburi. Multis verbis sanctus Evangelista Lucæ. 2: Christi nativitatis historiam descripsit. Qua de re nihil est, quod plura à nobis dicantur, cum ea lectio Parocho in promptu sit.

Dæda autem illi est opera ut hæc mysteria, † quæ † Roma. 2: 5: ad doctrinam nostram scripta sunt, infixa animo & mentibus fidelium hereant, primum quidem, ut tantum beneficij commemoratione aliquam gratiam eius. Incarnatio auctori Deo referant: deinde, ut eximium hoc & nis filii, De singulari humilitatis exemplum eis ante oculos ad mysterium: imitandum proponat. Quid enim nobis utilius, quanto pie- atque ad animorum nostrorum superbiam & elati- tatis studio recolendū.

Documētū tionem comprimendam accommodatius esse potest, humilitatis quam sepius cogitare, Deum ita sese humiliare, ut cum hominibus gloriam suam communicet, & hominum infirmitatem, fragilitatemque assimat. Deum hominem fieri, summamque illam, & infinitam maiestatem homini ministrare, ad cuius nutum columnæ cali (ut inquit scriptura) contremiscunt & paudent, eumque in terra nasci,

Matth. 10. quem in calis angeli adorant. Quid igitur, cum **Iob. 36.** hac Deus nostra causa faciat, quid, inquam, nos, ut illi obsequiamur, facere oportet? quam libenti, atque alacri animo debemus omnia humilitatis officia amare, amplecti, prestare? Videant fideles quam salutari doctrina Christus nascens nos instituat, antequam vocem aliquam emittere incipiatur. Nascitur egenus: nascitur ut peregrinus in diuersorio, nascitur in vili præsepio: nascitur media hie-

Documētū me: ita enim scribit sanctus Lucas, Factum est, cum paupertatis essent ibi: impleti sunt dies, ut pareret, & peperit humilitatis filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinavit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Potuit ne Euangelista humilibris verbis omnem cali & terræ maiestatem, & gloriam includere? Neque vero scribit, non fuisse locum in diuersorio, sed ei non fuisse, qui dicit: *Meus est orbis terra, & plenitudo eius.* Quod etiam aliis Euangelista testatus est. In propria venit, & sui eum non receperunt.

Lucæ. 2.

Psal. 49.

Ioan. 1.

Hec cum fideles sibi ante oculos proposuerint, tum vero cogitent, D E V M carnis nostrae humilitatem & fragilitatem subire voluisse, vt humum genus in altissimo dignitatis gradu collocaretur. Nam illud unum satis declarat excellentem hominis dignitatem & præstantiam, quæ illi diuino beneficio tributa est, quod homo fuerit, qui idem verus, & perfectus D E V S sit vt iam gloriari nobis liceat filium Dei, os nostrum & carnem nostram esse: quod beatissimis illis spiritibus non licet.

Nusquam enim, vt est apud Apostolum, Angelos Heb. 2.

apprehendit. Præterea cauendum est, ne maximo nostro malo eueniat, vt quemadmodum illi in di-

uersorio Bethlehem locus, vbi nascetur, defuit, ita etiam, quando iam in carne non nascitur, locum in cordibus nostris inuenire non possit, vbi in spi-

ritu nascatur: Hoc enim, cum salutis nostræ cu-

pidissimus sit, vehementer optat. Nam vt ille

Spiritus sancti virtute supra naturæ ordinem ho- Ioan. 2.

mo factus, & natus est, sanctusque, atque adeo san- Rom. 6. 7.

ctitas ipsa fuit: ita nos oportet, non ex sanguini-

bus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nasci, ac deinde veluti nouam creaturam in nouitate spiri-

tus ambulare, sanctitatem illam, ac mentis integri-

tatem custodire, quæ homines spiritu Dei regene-

ratos maxime decet. Hac enim ratione sanctæ huic

filiij Dei conceptionis & nativitatis imaginem aliquam in nobis ipsis exprimemus, quam fidelia-

Humanæ
naturæ dīg-
nitas hinc
perspicitur.

54 CATECHISMVS
mo credimus, & credentes Dei sapientiam in
mysterio, que abscondita est, suspicimus & ado-
ramus.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mor-
tuus, & sepultus.

Quanta habeat necessitatem huius articuli
cognitio, & quam diligenter Parochus curare de-
beat, ut fideles dominice passionis memoriam se-
pissime animo repetant, docet Apostolus, qui nihil
aliud se scire testatus est, nisi Iesum Christum &
hunc crucifixum. Quare in hoc argumento om-
ne studium & opera adhibenda est, ut quam maxi-
me illustretur, fidelesq; tanti beneficij cōmemoratio
ne excitati, totos se ad D E I erga nos amorem &
bonitatem suspiciendam conuertant. Fides itaque
priore articuli parte (nam de altera postea dicetur)
illud nobis credendum proponit, Christum Domi-
num, cum Pontius Pilatus Tyberij Cesaris iussu Iu-
deam prouinciam administraret, cruci affixum esse,
nam captus, irrisus, varijs iniuriarum & cruciatuū
generibus affectus, demum in crucem sublatus est.
Nec vero cuiquam dubitandum est, eius animā, quod
ad inferiorem partem attinet, ab ijs cruciatibus li-
beram non fuisse. Nam quod humanam naturam ve-
re assumpsit, necesse est fateri, animo etiam grauis-
simum dolorem sensisse, quare inquit: Tristis est ani-
ma mea vsque ad mortem. Nam etsi persona diui-

Quarta ar-
ticulo cog-
nitio quam
necessaria.

E. Cor. 2.

ne humana natura coniuncta fuit, tamen propter eam coniunctionem nihilominus passionis acerbitudinem sensit, quam si ea coniunctio facta non fuisset, cum in una Iesu Christi persona, utriusque naturae diuina & humana proprietates seruatae sint, atque idcirco, quod erat passibile & mortale, passibile & mortale permanxit: rursus vero quod impassibile & immortale erat, qualem esse diuinam naturam intelligimus, suam proprietatem retinuit. Quod autem hoc loco tam diligenter obseruari videmus, Iesum Christum eo tempore passum esse, quo Pontius Pilatus Iudeam provinciam procuraret, id ea re factum esse docebit Parochus, quia tanta rei, tam necessaria cognitio exploratior omnibus esse poterat, si rei gestae certum (quod & ab Apostolo Paulo factum legimus) tempus describeretur: tum etiam, quia iis verbis declaratur, illam Saluatoris predictionem exitu comprobatam esse: Trident, inquit, cum gentibus ad illudendum, & flagellandum & crucifigendum.

Sed quod potissimum in ligno crucis mortem per tulit, hoc etiam diuino consilio tribuendum est, ut scilicet, unde mors oriebatur, inde vita resurgeret. Serpens enim, qui in ligno primos parentes vicebat virtus est a Christo in ligno crucis. Plures eius rei afferri rationes possunt, quas sancti Patres quæst. 25. laius persecuti sunt, ut ostendamus consentaneū

Cur temporis & præsidis apertafiat mentio.

1. Tim. 6.

Math. 20.

Cur Christus in ligno morte perpetius.

D 4 fuisse,

Chrysost. in homilia 1. de cruce & latrone. *fuisse, redemptorem nostrum mortem crucis potissimum subire. Verum satis esse Parochus admoneat, si fideles credant illud genus mortis à Salvatore delectum esse, quod quidem ad humani generis redemtionem aptius, atque accommodatius videatur, quemadmodum certe nullum turpius atque indignus esse potuit. Non solum enim apud Gentiles crucis supplicium execrandum, & dedecoris, ignominiaeque plenissimum semper existimatum est, verum etiam in lege Moysis, maledictus homo appellatur, qui pendet in ligno. Neque vero Parochus huius articuli historiam prætermittet, quæ diligentissime à sanctis Euangelistis exposita est, ut saltem summa eius mysterij capita, quæ ad confirmandam fidei nostræ veritatem magis necessaria videntur, fideles cognita habeant. Hoc enim articulo, veluti fundamento quodam, Christiana religio, & fides nititur: eoque posito reliqua omnia recte constituta sunt. Nam si quid aliud humanae menti & intelligentiae difficultatem affert: certe crucis mysterium omnium difficillimum existimandum est, vixque percipi à nobis potest, salutem nostram ex cruce ipsa, & ex eo, qui pro nobis ligno illi affixus est, pendere. Sed in hoc, ut docet Apostolus, summam Dei prouidentiam licet admirari. Nā quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quare mirandum*

y. Cor. 1.

Deut. 12.
Gala. 3.

y. Cor. 1.

non est, si propheta ante Christi aduentum, Apostoli post eius mortem, & resurrectionem tantopere laborarunt, ut hominibus persuaderent, hunc esse misericordiam redemptorem, eosque in crucifixi potestatem, atque obedientiam redigerent. Quare Dominus, cum nihil tam ab humana ratione remotum esset, quam crucis mysterium, statim post peccatum nunquam destituit tum figuris, tum prophetarum oraculis filij sui mortem significare. Atque ut de figuris pauca quedam attingamus, Abel primum, qui fratribus inuidia occisus est: deinde Isaac sacrificium: preterea agnus, quem Iudei cum e terra Aegypti egredieruntur, immolarunt: tum serpens aeneus, quem Moyses in deserto exaltavit, Christi Domini passionis, ac mortis figuram premonstrabant. Quod autem ad prophetas pertinet, quam multi exiterint, qui de ea vaticinati sunt, id vero multo notius est, quam ut explicari hoc loco oporteat. Sed praeceteris, ut Davidem omittamus, qui omnia precipua redemptionis nostrae mysteria in psalmis complexus est, Isaiae oracula tam aperta & clara sunt, ut recte dici queat, eum a potius rem gestam exposuisse, quam futuram predixisse.

Mortuus & sepultus. His verbis Parochus credendum explicabit, Iesum Christum, postquam crucifixus est, vere mortuum ac sepultum esse. Neque vero sine causa hoc separatim fidelibus credendum proponitur, cum non defuerint, qui cum in

Genes. 4.
Gene. 22.
Exod. 12.
Num. 21.

Psalm. 22.
16. 26. 30.
40. 54. 63.
Isai. 50.
a B. Hiero.
in epis. 103
ad Paulinum.

cruce mortuum negarent. Illi igitur errori hanc fiduci doctrinam sancti Apostoli merito opponendam censuerunt: de cuius articuli veritate dubitandi nullus nobis locus relinquitur: nam omnes Euangelistæ cōsentiant, Iesum spiritum emisisse. Præterea cum Christus, verus & perfectus homo fuerit: vere etiam mori potuit: moritur autem homo, cum anima separatur à corpore. Quare cum Iesum mortuum esse dicimus, id significamus, eius animam à corpore diuisam esse: neque tamen concedimus diuinitatem sciunctam à corpore: quin potius constanter credimus & confitemur, anima eius à corpore diuisa, a diuinitatem tum corpori in sepulchro tum animæ apud inferos coniunctam semper fuisse.

- Matt. 27.** Debat autem filiū Dei mori: ut per mortē destrueret eum, qui habebat mortis imperium id est, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Sed illud in Christo Dominus singulare fuit, quod tunc mortuus est, cum ipse mori decreuit, & mortem non tam alienavi illatam, quam voluntariam obiit. Nec vero mortem solum, sed locum etiam & tempus: in quo moreretur, ipse sibi constituit. Ita enim Iсаias scripsit: Oblatus est: quia ipse voluit. Atq; idē Dominus de se ante passionem dixit: Ego pono animam meā, ut iterum sumam eam: nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso, potestatē habeo ponendi eam & potestatē habeo iterū sumēdi eam. Quod autē ad
- Marc. 15.**
- Lucæ. 23.**
- Ioan. 19.**
- In morte qualis facta separatio.**
- a Damæ. II.**
- 3. orth. fi. c.**
- 27.**
- b Hebr. 2.**
- Quare mortuus.**
- Isal. 53.**
- Ioan. 10.**

ad tempus & locum attinet, cum Herodes eius vi-
te insidiaretur, ipse inquit: Dicite vulpi illi, ecce
eijcio damonia, & sanitates perficio hodie, & cras, Lucæ. 13.
& tertia die consumor: veruntamen oportet me
hodie, & cras, & sequenti die ambulare: quia non
capit Prophetam perire extra Hierusalem. Ille
igitur nihil inuitus, aut coactus fecit, sed ipse sese vo-
lens obtulit, atque inimicis suis obuiam procedens,
dixit: Ego sum, & sponte sua ea omnia supplicia Ioan. 18.
pertulit, quibus illum iniuste, & crudeliter affe-
cerunt. Quo quidem nihil ad commouendos animi
nostrí sensus maiorem vim habere potest, cum pœ-
nas tormentaque eius omnia cogitatione perpendi-
mus. Nam si quispiam nostra causa omnes dolo-
res patiatur, non quos ipse sua voluntate suscipiat,
sed quos vitare nequeat, hoc vero haud magni be-
neficij loco à nobis ponetur: verum si nostro tantum
nomine mortem, quam defugere poterat, libenter
occumbat, profecto hoc beneficij genus tantum est,
ut omnem non solum referenda, sed etiam haben-
dae gratiae facultatem vel gratissimo cuique eripiat.
Ex quo I E S V C H R I S T I summa & eximia
charitas, eiusq; diuinum, & immensum in nos meri-
tum perspici potest.

Iam vero quod sepultum fuisse confitemur, Sepulturæ
Christi: cur
exp̄sa men-
tio, & quid.
hoc quidem veluti articuli pars non constituitur
quod nouam aliquam difficultatem habeat, præter-
ea, quæ iam de morte dicta sunt. Nam si Christum
mortuum

de illius post mortuum credimus, facile etiam nobis persuaderi
fione medi potest, eum sepultum esse. Verum hoc additum est,
tandem. primum, ut minus dubitare de morte liceat, cum
maximum argumentum sit, aliquem mortuum es-
se, si eius corpus sepultum probemus, deinde, ut
resurrectionis miraculum magis declaretur, atque
eluceat. Neque vero hoc solum credimus, Chri-
sti corpus sepultum esse, sed illud precipue his
verbis credendum proponitur, Deum sepultum esse,
quemadmodum ex fidei catholicae regula verissime
etiam dicimus Deum mortuum, & ex virginine na-
tum esse. Nam cum diuinitas nuncquam diuisa fue-
rit a corpore, quod in sepulchro conditum est, re-
cte confitemur Deum sepultum esse. Ac de genere
quidem, & loco sepultus illa Parochio satis erunt,
quaes a sanctis Euangelistis dictasunt. Duo vero in
primis obseruanda sunt, alterum, Christi corpus,
in sepulchro nulla ex parte corruptum esse: de quo

- Matth. 27. Propheta ita vaticinatus erat. Non dabis sanctum
Mare. 15. tuum videre corruptionem. Alterum est, quod ad
Lucæ. 23. omnes huius articuli partes attinet, sepulturam sci-
Ioan. 19. licet passionem etiam, & mortem CHRISTO
Psalm. 15. I E S V, ut homini, non ut Deo conuenire: nam pa-
Actor. 2. ti & mori, in humanam tantum naturam cadunt:
quamvis Deo etiam hec omnia tribuantur: quo-
niam de illa persona, que simul perfectus Deus, per-
fectus homo fuit, recte dici perspicuum est.

His cognitis, ea de Christi passione & morte Pa-
rochus

rockus explicabit, ex quibus tanti mysterij immensitatem si non comprehendere, contemplari saltem fideles possint. Ac primum quidem considerandum est, quis ille sit, qui haec omnia patitur. Et quidem nullis verbis eius dignitatem explicare, aut mente comprehendere possumus. Sanctus Ioannes verbum esse dicit, quod erat apud Deum. Apostolus magnificis verbis describit in hunc modum: Esse eum, quem Deus constituit heredem universorum, per quem fecit & secula; qui est splendor gloriae, & figura substantie eius, qui portat omnia verbo virtutis sua. Hic igitur purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelso. Atque ut uno verbo complectamur, patitur IESVS CHRISTVS Deus & homo: patitur creator pro ijs, quos ipse condidit, patitur Dominus pro seruis, patitur is, per quem angeli, homines, caeli, elementa facta sunt, ille inquam, in quo, per quem, & ex quo sunt omnia. Quare mirandum nō est, si e tot passionum tormentis commoto, totum etiam edificium concussum est. Nam ut inquit scrip-
tura. Terra mota est, & petra scisse sunt, tenebre etiam factae per vniuersam terram, & sol obscuratus est. Quod si mutae etiam res, & sensu carentes, creatoris sui passionem luxerunt, cogitent fideles quibus lachrymis ipsi, tanquam viui lapides huius edificij dolorem suum declarare debeant. Nam ve-
ro cause etiam passionis exponenda sunt, ut eo sus.

Circa' Chri-
sti passione
& mortem
quæ conté-
planda.
i. Quis pa-
tiatur.

Ioan. 1.
Hebr. 1.

Matth. 27.
Lucæ. 23.

magis

magis diuine erga nos charitatis magnitudo & vie
appareat. Si quis igitur querat, quæ causa fuerit,
cur filius Dei acerbissimam passionem subierit, hanc
potissimum fuisse inueniet, preter hereditariam la-
bem primorum parentum, vitia, & peccata, quæ ho-
mines à mundi origine usque ad hanc diem admise-
runt, ac deinceps usque ad consummationem seculi
admissuri sunt. Hoc enim in passione & morte filius
Dei saluator noster spectauit, ut omnium etatum
peccata redimeret ac deleret, & pro eis patri abun-
de, cumulateque satisfaceret. Illud etiam accedit
ad augendam rei dignitatem, quod non solum Christus
pro peccatoribus passus est, sed etiam penar-
rum omnium, quas pertulit: peccatores, & au-
ctores, & ministri fuerunt: de quo Apostolus ad-
monet: ita ad Hebreos scribens: Recogitate eum
qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semet-
ipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis
vestris deficientes. Atque hac culpa omnes tene-
ri iudicandum est, qui in peccata saepius prolabun-
tur. Nam cum peccata nostra Christum dominum
impulerint, ut crucis supplicium subiret: profe-
cto qui in flagitijs & sceleribus voluntantur, rar-
sus, quod in ipsis est, crucifigunt in semetipsis fi-
lium Dei, & ostentui habent. Quod quidem sce-
lus eo grauius in nobis videri potest, quam fuerit in
Iudeis, quod illi, eodem Apostolo teste, si cogno-
uissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent.

3. A quibus

Heb. 12.

Heb. 6.

1. Cor. 2.

nos autem & nosse eum profitemur: tamen, ^{ad} factis d *Timo. 10.*
negantes, quodammodo violentas ei manus vide-
mur inferre. Sed à patre etiam, & à semetipso
Christum Dominum traditum esse sacrae literæ
testantur: inquit enim apud *Isaiam*: Propter *Isal. 53:*
scelus populi percussi eum, & paulo ante idem pro-
pheta, cum Dominum plagis, & vulneribus affe-
ctum, spiritu Dei plenus videret, dixit: Omnes *Ibidem*
nos quasi oves errauimus, vnnusquisque in viam
suam declinavit, & posuit Dominus in eo iniquita-
tem omnium nostrum. De filio autem scriptum est,
Si posuerit pro peccato animam suam, videbit se-
men longeum. Sæde eandem rem *Apostolus gratio-* *Isai. 53:*
ribus etiam verbis expressit, cum tamen ex altera
parte vellet ostendere, quantum nobis de immensa *Rom. 8:*
Dei misericordia & bonitate sperare liceat: inquit
enim: Qui etiam proprio filio suo nō pepercit, sed
pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non *4. Quā acer-*
etiam cum illo omnia nobis donauit? Sequitur nūc, *ba passus*
vt quanta fuerit passionis acerbitas, Parochus do- *Lucæ 12.*
ceat. Quanquam si memoria teneamus, sudorem *Matth. 27.*
Domini factum, vt guttas sanguinis decurrentis in
terram, cum ille tormenta & cruciatus animo per-
ciperet, quibus paulo post afficiendus erat: faci-
le ex eo vnuquisq; intelliget, nihil ad illum dolore
addi potuisse. Nam si malorum imminetum cogita-
tio tam acerba fuit, id quod sanguinis sudor declarat-
ur: quid ipsam per passionem fuisse existimandum
est?

est? Sed tamen Christum Dominum, summum
animi, tum corporis doloribus affectum esse constat.
Ac primum quidem nulla fuit eius corporis pars,
qua graviissimas pœnas non senserit. Nam & pedes
& manus clavis crucis affixa, caput spinis compun-
ctum, & arundine percussum, facies spiritus foeda, a-
lapiscæsa, totum corpus flagellis verberatum est.
Præterea omnium & generum, & ordinum homi-
nes conuenerunt in unum aduersus Dominum, &
aduersus Christum eius. Gentes enim & Iudei pas-
sionis suæores, auctores, ministri fuerunt, Iudas en-
prodidit, Petrus negavit, ceteri omnes deseruerunt.

Psalm. 2.

Matth. 26.

Marc. 14.

Lucæ. 21.

Iam vero in cruce ipsæ acerbitatem ne an ignomi-
niam, an utrumque simul queremur? Ac profecto
nullū aut turpius genus mortis, aut acerbius exco-
gitari eo potuit, quo affici non nisi nocetissimi, & sce-
leratisimi homines consueuerunt, & in quo summi
doloris & cruciatus sensum mortis diuturnitas ve-
bementiorem efficiebat. Augebat autem pœnarum
magnitudinem ipsa Christi Iesu corporis constitu-
tio & habitus: quod quidem cum spiritus sancti
virtute formatum esset, multo perfectius, & tem-
peratus fuit, quam aliorum hominum corpora esse
possunt: atque ideo acriorem quoque sentiendi vim
habuit, & gravius tormenta illa omnia perpessu est.
Quod vero ad intimum animi dolorem pertinet, ne
mo dubitare potest, quin summus in Christo fuerit:
sanctis enim hominibus quicunque supplicia &

cru-

eruciatus pertulerunt, non defuit animæ solatium diuinitus datum, quo recreati, tormentorum vim &quo animo ferre possent: imo verò in cruciatis plerique intima letitia efferebantur: inquit enim Apostolus: Gaudeo in passionibus, pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Et alibi: Repletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Verum Christus Dominus amarissimæ passionis calicem, quem babit nulla suavitate permixta temperavit. Humanæ enim naturæ, quam assumpserat, sentire omnia tormenta permisit, non secus, ac si homo, non etiam Deus fuisset. Reliquum modo est, ut commoda etiam, & bona, quæ ex passione Domini percepimus, à Parocho accurate explicitentur. Primum igitur Domini passio, peccati liberatio fuit. Nam, ut est apud sanctum Ioannem, ^a Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: & Apostolus inquit: ^b Cōuiuiscavit vos, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Deinde à dæmonis tyrannide nos eripuit: ipse enim Dominus inquit: Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mudi eicietur foras, & ego, si exaltatus fuerō à terra, omnia traham ad me ipsum. Pœnā ^c prate-re a peccatis nostris debitam persoluit. ^d Tum verò ^d Quartus

⁵ Quo fru
etu passus.
Prim³ pas
sionis fru
etus.

^a Apoc. 1.
^b Coloss. 2.

Secūdus.

^e Ioan. 2.

^c Tortius.
^d Quartus

quia nullum gratius & acceptius Deo sacrificium
 a 2. Cor. 5. offerri potuit, patri nos reconciliavit, eumque no-
 Quintus. bis placatum & propitium reddidit. Postremo,
 quoniam peccata sustulit, calorum etiam aditum,
 communi humani generis peccato interclusum, no-
 bis patefecit. Atque id Apostolus significauit il-
 Hebræ. 10. lis verbis: Habemus fiduciam in introitu sancto-
 rum in sanguine Christi. Neque vero in veteri le-
 ge huius mysterij figura & imago quedam desuit.

b Num. 35 Nam illi, quibus interdictum erat, ne in patriam
 ante summi sacerdotis mortem reuerterentur, hoc
 significabant, nemini, quamvis iuste & pie vixisse,
 aditum in cœlestem patriam patere, ante quam
 summus ille atque eternus sacerdos Christus Ie-
 sus mortem obiret. Quæ quidem obita, statim
 cœli fores patuerunt ijs, qui sacramentis expiati, si-
 deque, spe, & charitate preediti, passionis eius
 participes sunt. Nec autem omnia maxima &
 diuina bona Parochos docebit ex Domini passio-
 ne ad nos peruenisse: primum quidem, quia est inte-
 gra, atque omnibus numeris perfecta satisfactio,
 quam admirabili quadam ratione Iesus Christus
 pro peccatis nostris Deo patri persoluit. Neque
 vero preciū, quod pro nobis persoluit debitis nostris
 pars solum & aequalē fuit, verum ea longe supererant.
 Deinde sacrificium Deo acceptissimum fuit, quod
 cum illi filius in aera crucis obtulit: patris irā atque
 indignationē prorsus mitigauit. Atque hoc nomine

Apostolus *v*sus est, cum inquit: Christus dilexit nos Ephes. 5.
 & tradidit semetipsum pro nobis oblationē & ho-
 stiam Deo in odorem suavitatis. Præterea redēptio
 de qua est apud Apostolorū principē Non corrupti- 1. Pet. 1.
 bilibus, auro vel argento redempti estis, de vana ve-
 stra conuersatione paternae traditionis, sed pretioso,
 sanguine quasi agni immaculati Christi & inconta-
 minati. Et Apostolus docet: Christus nos redemit de Galat. 3.
 maledicto legis, factus pro nobis maledictum. ^a V. e-
 rum, preter hæc immensa beneficia, illud etiam vel
 maximum consecuti sumus ut in hac vna passione,
 omnium virtutum clarissima exempla habeamus.
 Nam & patientiam, & humilitatem, & eximiam
 charitatem & mansuetudinem, & obedientiam, &
 summam animi constantiam non solum in persecu-
 dis propter iustitiam doloribus sed etiam in morte
 oppetenda ita ostendit, vt vere dicere possumus, salua-
 torem nostrum, quecunque vita præcepta toto prædi-
 cationis sue tempore verbis nō docuit, ea omnia uno
 passionis die in seipso expressisse. Atque hæc breui-
 ter de Christi Domini saluberrima passione & mor-
 te dicta sunt. Utinam vero hæc mysteria in animis
 nostris assidue versentur: & vna cum Domino pati,
 & mori & sepeliri discamus, vt deinde, abiecta om-
 ni sorde peccati, ad nouam vitam cum illa resurgen-
 tes aliquando tandem, ipsius gratia & misericor-
 dia digni simus, qui caelstis regni, & glorie partici-
 pes efficiamur.

Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.

Maxime quidem refert nosse gloriam sepulturæ Domini nostri Iesu Christi, de qua proxime dictum est, sed plus interest fidelis populi, cognoscere illustres triumphos, quos ex deuicto Diabolo, & spoliatis inferorum sedibus deportauit: de quibus simulq; de resurrectione dicendum est. Qui locus et si separatim

a De Chri per se recte tractari possit: nos tamen sanctorum pasti descensu trum auctoritatē secuti, eum cum descensu ad in-
ad inferos feros coniungendum putauimus.^a Eins igitur prior quid credē ri parte hoc nobis credendū proponitur, Christo iam

mortuo, eius animam ad inferos descendisse, ibiq; tamdiu mansisse, quamdiu eiusdem corpus in sepulchro fuit. His autem verbis simul etiam confitemur, eandem Christi personam eo tempore & apud inferos fuisse, & in sepulchro iacuisse. Quod quidem cū dicimus, nemini mirū videri debet: propterea, quod, ut s̄epe iam docuimus, quamvis anima à corpore discesserit,^b nunquam tamen diuinitas, vel ab anima

b Damasc. II. 3. ort. fid. vel à corpore separata est.

c. 2.

Sed quoniam articuli explanationi plurimū lucis De multipli afferri potest, si Parochus prius doceat, quid hoc loci vocis in- co inferorum vocabulo intelligendum sit, monere ferat signif. vbi & dc pur oportet, inferos hoc loco pro sepulchro non accipi ut quidam nō minus impie, quam imperite putauerunt. Superiori enim articulo, Christum Dominum sepultum esse, edocti sumus: nec ylla causa erat,

cur in fide tradenda alio, & quidem obscuriori lo-
quendi genere idem à sanctis Apostolis repeteretur:
verum inferorum nomē abdita illa receptacula sig-
nificat, in quibus anime detinentur, que cœlestē bea-
titudinem non sunt consecutae. Ita vero sacre literæ Philip. 2.
hanc vocē multis in locis usurparūt. Nam apud Apo-
stolum legimus: In nomine Iesu omne genu flecti cœ Act. 2.
lestium, terrestriū, & infernorū: & in Actis Aposto-
lorum D. Petrus testatur: Christum dominum susci Tria infer-
ratū solutis doloribus inferni. Neque tamē ea recep-
tacula vnius & eiusdem generis sunt omnia, est enim nosum rece-
derrimus, & obscurissimus carcer, ubi perpetuo & pracula.
inextinguibili igne dānatorū anime simul cum im-Infernus.
mundis spiritibus torquentur, qui etiā gehenna, ^b Purgatoriū
abyssus, & propria significatione ^c infernus vocatur Limbus.
Præterea est ^d purgatorius ignis, quo piorū anime Matt. 5. 10.
ad definitū tempus cruciatæ expiantur, ut ipsi in ater Apoc. 9.
nam patriam ingressus patere possit, in qua nihil ^e 20.
coiquinatū ingreditur. Ac de huius quidem doctri e Num. 16.
na veritate, quam in scripturarum testimonijs ^f & Deut. 32.
Apostolica traditione confirmatum esse sancta Con- d Augus. in
cilia declarant, eo diligentius, & sèpius Parocho li. 21. de cl.
diferendum erit, quod in ea tempora incidimus, qui psal. 37. &
bus homines sanam doctrinam non sustinent. Ter- Dcl. c. 24.
tium postremo receptaculi genus est: in quo anime Cip. lib. 4.
sanctorum ante Christi Domini aduentum excipie- epist. 2.
bantur, ibique sine ullo doloris sensu, beatā redem- e Apoc 21
ptionis spe sustentari, quieta habitacione frueban- f Cōci. Flo
rent. & Tri.
sc. 25.

Luc. 16. tur. Horum igitur piorum animas, qui in sinu Abra
 he Saluatorem expectabant, Christus dominus ad
 n Hie. in c.
 4. episto. ad
 Ephes. & in
 L. 13.
 Osee.
 Psal. 15. inferos descendens liberavit. Nec vero existimandum est, cum sic ad inferos descendisse, ut eius tantummodo vis ac virtus, non etiam anima eo peruererit. Sed omnino credendum est, ipsam animam re
 & presentia ad inferos descendisse: de quo extat firmissimum illud Davidis testimonium. Non derelin
 quas animam meā in inferno. Verum etsi Christus
 ad inferos descendit, nihil de eius summa potestate
 detractum est: neque eius sanctitatis splendor macu
 la aliqua aspersus: cum potius hoc facto verissima es
 se omnia, que de illius sanctitate celebrata erant,
 eumq; filium Dei esse, quemadmodum ante a tot pro
 digijs declarauerat apertissime comprobatum sit: id
 quod facile intelligemus, si causas, cur Christus, &
 alijs homines in ea loca venerint, interse cōferamus.
 o Psal. 87. Ceteri enim omnes captiui descenderant: ipse vero
 inter mortuos liber, & victor, ad profligandos
 demones, à quibus illi ob noxam inclusi & cōstricti
 tenebātur, descendit. Præterea alijs omnes, qui descen
 derūt, partim pœnis acerbissimis torquebantur: par
 tim vero, ut alio doloris sensu carerent, tamen Dei
 aspectu priuati, & spe beatæ gloria quam expecta
 bant, suspensi torquebantur. At Christus Dominus
 descendit non ut aliquid patretur, verū ut sanctos
 & iustos homines ex misera illius custodie molestia
 liberaret: eisq; passionis sue fructum impertiret.

Quod

Quod igitur ad inferos descendit , nulla prorsus de summa ei^o dignitate & potestate diminutio facta est.

His expositis , docendū erit , propere a Christum Dominū ad inferos descendisse , vt , ereptis dæmonum spolijs , sanctos illos patres , ceterosque pios è carcere liberatos secū adduceret in celum , quod ab eo admirabiliter , summaque cum gloriā perfectum est

statim enim illius aspectus clarissimam lucem captiuis attulit , eorumque animas immensa letitia gaudioque impleuit : quibus etiam optatissimā beatitudinem , quae in Dei visione consistit , impertivit .

Quo facto , id comprobatum est , quod latroni promiserat illis verbis : Hodie mecum eris in paradiſo

Hanc verò piorum liberationem Oseas tanto ante predixerat in hunc modum : Ero mors tua , ò mors

mors tuus ero inferne . Hoc etiā significauit Zacharias propheta , cū ait . Tu quoque in sanguine te-

stamenti tui emisisti vincostuos de lacu , in quo nō est aqua . Id ipsum denique expressit Apostolus illuc uerbis . Expolians principatus & potestates tradu-

xit cōfidenter , palā triumphans illos in senectipso .

Verū , vt huius mysterij vim melius intelligamus , saepe illud memoria repetere debemus , piros homines nō

solum , qui post aduentū Domini in luce editi erant sed qui illū post Adam antecesserant , vel qui usque

ad fidem seculi futuri sunt , eius passionis beneficio salutē cōsecutos esse . Quamobrem ante quā ille moreretur , ac resurgeret , cali porta nemini unquam

Quibus de causis Christus ad inferos descendit .

Lucæ. 23.

Oseæ. 13.

Zachæ. 9.

Coloff. 8.

patuerunt: sed piorum anime, cum è viuis excessis-
Alia causa. sent, vel in suum Abrahæ deferebantur, vel quod
 etiā nunc ijs contingit, quibus aliquid diluendū &
 persoluendū est, Purgatorijs igne expiabantur. Est
 illa præterca causa, cur descenderit ad inferos Chri-
 stus Dominus, ut ibi etiam quemadmodū in cælo, &
Philip. 2. in terris, vim suā potestatemq; declararet, & omni-
 no, vt in nomine eius omne genu flecteretur, cæle-
 stium, terrestrium, & inferorum. Quo loco quis
 summā Dei benignitatē in genus humanū non ad-
 miretur & obtupescat, qui non modo pro nobis acer-
 bisimam mortem subire, sed infimas etiam terra-
 partes penetrare voluerit, ut sibi charissimas ani-
 mas inde eretas, ad beatitudinem traduceret?

Sequitur altera articuli pars: in qua explican-
Deglortoso da quantum laborare Parochus debeat, declarant
resurrectio illa Apostoli verba: Memor esto Dominum Iesum
Christi Christū resurrexisse à mortuis. Quod enim Timo-
mysterio. theo præcipit, idem etiam reliquis animarum cura-
2. Timo. 2. toribus præceptum esse dubitandum non est. Ea au-
 tem articuli est sententia: Postquā Christus Domi-
 nus sexta feria hora diei nona, in cruce spiritū emi-
 sit, & eadem die vespere sepultus est ab eius discipu-
 lis, qui Pilati præsidis permisso corpus Domini
 cruce depositum, in propinquī horti monumentum
Marc. 16. nouum intulerunt. Tertio à morte die qui fuit Do-
 minicus summo mane illius anima corpori iterū co-
 iuncta est: atq; ita is, qui triduū illud mortuus fue-
 rat,

rat, ad vitā, ex qua moriens discesserat, rediit, &
 surrexit. Sed resurrectionis voce non illud solū in-
 telligendum est, Christum à mortuis excitatū esse,
 quod multis alijs cōmune fuit, sed sua vi ac virtute
 resurrexisse, quod propriū in illo fuit, & singulare.
 Neque enim natura patitur, nec vlli homini cōces-
 sum est, vt seipsum possit virtute sua à morte ad vi-
 tā reuocare. Hoc verò summae Dei potestatit tantum
 modo reseruatum est vt ex illis Apostoli verbis inte-
 lligimus. Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit
 ex virtute Dei, qua quoniam neque à Christi corpo-
 re in sepulchro, neg, ab anima, cum ad inferos desce-
 disset seiuincta vnquā fuit, diuina vis tum in corpo-
 re inerat, qua anima iterū cōiungi, tū in anima, qua
 ad corpus denuo reuerti posset: qua & alicui sua
 virtute reuiuiscere, atque à mortuis resurgere. Id
 verò David spiritu Dei plenus prædixit his verbis Psalm. 97
 Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius.
 Deinde ipse dñs diuino oris suit testimonio cōfirma-
 uit: Ego pono animam meam, vt iterū sumā eā & pote-
 statē habeo ponendi eā & iterū sumēdi eam. Iudeis
 etiā ad cōfirmādam doctrinæ veritatē dixit. Soluite Ioan. 10.
 templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Quod Ioan. 2.
 quidem tametsi de templo illo magnifice ex lapidi-
 bus structo inteligerent, ille tamē, vt scripture ver
 bis eodem in loco declaratum est, dicebat de templo
 corporis sui. Quamuis autem in scripturis interdū Rom. 8.
 legamus, Christum dominum à patre suscitatum esse: Acto. 2. 3.
z. Cor. 3.
Psalm. 97.
Ioan. 10.
Ioan. 2.
Rom. 8.
Acto. 2. 3.

hoc ad eum ut ad hominem referendum est: quemadmodum illa rursus ad eundem, ut Deum, spectat, qui bus significatur, cum sua virtute resurrexisse.

Sed illud etiam præcipuum Christi fuit, quod, ipse primus omnium hoc diuino resurrectionis benefi-

^a Colos. 1. ^b Cio affectus est. Nā in scripturis & ^a primogenitus

^b Apoc. 1. ex mortuis, & ^b primogenitus mortuorum vocatur.

^a Cor. 15. Atque ut est apud Apostolū, Christus surrexit à

mortuis primitiae dormientiū: quoniam quidē per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuorum:

& sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo oēs viuiscabūt. Vnusquisque autem in suo ordine, primitiae Christus: deinde iij, qui sunt Christi.

Quae quidē verba de perfecta resurrectione interpretanda sunt, qua ad immortale vitā, omni prorsus moriēdi necessitate sublata, excitamur: Atque in eō genere Christus Dominus primum locū obtinet.

Nā si de resurrectione loquimur, hoc est, de reditu ad vitā, cui iterū moriēdi necessitas adiūcta est ante Christū multi alij à mortuis excitati sunt: qui

omnes tamē ea cōditione reuixerūt, ut eis iterum moriendū esset, at Christus dominus ita resurrexit,

morte subacta & oppressa, ut mori amplius nō posset quod quidē apertissimo illo testimonio cōfirmatur: Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur

mors illi vltra non dominabitur. Quod verò articulo additetur. Tertia die, Parocho explanandum erit, ne fideles arbitrentur, totos ipsos tres dies Do-

Rom. 6.

minum

minum in sepulchro fuisse, nam quod integrum naturalem diem, partemq; tum antecedentis, tum consequentis diei in sepulchro conditus est, ob eam rem verissime dicitur triduo in sepulchro iacuisse, ac ter tia die à mortuis surrexisse. Ut enim diuinitatē suā declararet, resurrectionē ad finem usque saeculi dif ferre voluit. Rursus vero, ut eum vere hominem, verēq; mortuum esse crederemus, nō statim post mortem: sed tertio die reuixit, quod temporis spatium ad verā mortem cōprobandam satis esse videbatur.

Patres prima Constantinopolitana Synodi huic loco addiderunt. Secundum scripturas. Quod quidem ab Apostolo acceptum, in fidei Symbolum propterea transtulerunt, quod resurrectionis mysterium maxime necessarium esse, idem Apostolus docuerit ijs verbis: Si Christus non resurrexit inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est fides vestra: & si Christus non resurrexit, vana est fides vestra: adhuc enim estis in peccatis vestris. Quare

D. Augustinus, cum huius articuli fidem admiraretur, ita scripsit. Non magnū est credere, quia mortuus est: fides Christianorum resurrectio Christi est: hoc pro magno habemus, quia credimus eum resurrexisse. Ex quo factum est, vt frequentissime Dominus de sua resurrectione locutus sit, ac nunquam se re de passione sua cum Discipulis collocutus est,

In symbolo
Patrum cur
adiectū, se-
cuadū scri-
pturas.

i. Cor. 15.

D. August.
iapsal. 120.

quin

a Luke. 18 quin de resurrectione loqueretur, quare cum dixisset: ^a Filius hominis tradetur gentibus, & illudetur & flagellabitur, & cōspuetur, & post quā flagella uerint, occidēt eum: ad extremū addidit. Et tertia die resurget, & cū Iudei ab eo peterēt, vt aliquo signo, b Luce. 12 & miraculo doctrinā suā cōprobaret, b respōdit, nul Matth. 12 lū aliud signū eis datū iri, quā Ionae prophetæ signū. Sicut enim fuit Ionas in vētre Ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic futurū affirmauit, filiū hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.

Denecessitatem & perspiciamus, tria nobis inuestiganda, & cognoscenda sunt. Primum quidem, quare necessē fuerit Christus resurgere: deinde qui resurrectionis finis, & scopus sit, & quæ ab ea vtilitates, & cōmoda in nostra necessitate sint profecta. c Quod igitur ad primum attinet, ne

eis. cessē fuit eum resurgere, vt Dei iustitia ostendetur, à quo maxime decebat eum extollit, qui, vt illi obtemperaret, depresso, atque omni ignominia affectus erat. Hinc Apostolus causam attulit, cum ad Philip. 2. Philippenses inquit: Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, Secunda. propter quod & Deus exaltauit illum. Præterea, vt fides nostra cōfirmaretur, sine qua hominis iustitia constare non potest. Illud enim maximo arguento esse debet. Christum filium Dei fuisse, quod sua virtute à mortuis resurrexit: ^d deinde, vt spes nostra aleretur, atque sustentaretur. Cum enim Christus resurre-

resurrexerit, certa spe nitimur fore, ut nos etiam resurgamus: siquidem membra capitis sui conditione consequantur necesse est. Ita enim Apostolus argumentatione cocludere videtur, cum ad^a Corinthios^b Thessalonenses scribit: & a principe Apostolo^b Thess. 4. rum Petro dictum est: ^c Benedictus Deus & pater c 1. Pet. 2. domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis: in hære Quarta. ditatem incorruptibilem. Postremo ob eam etiam rem domini resurrectionem necessariam fuisse docendū est ut salutis & redemptionis nostræ mysterium absolueretur. Christus enim morte sua nos a peccatis liberavit: resurgens vero præcipua nobis bona restituit, quæ peccando amiseramus. Quare est apud Apostolum dictū: Christus traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Ne quid igitur humani generis saluti deesset, quem admodum illum mori, ita resurgere etiam oportuit. Ex Ies vero, quæ hactenus dicta sunt, perspicere possumus, quantū utilitatibus Christi domini resurrectionis fideli- Christi rebus attulerit. In resurrectione enim Deum immortalem surrectionis! esse plenum gloria, mortis & Diaboli victore agnoscimus: quod de Christo Iesu sineulla dubitatione credendū & confitendū est. Deinde Christi resurrectione nobis etiam corporis resurrectionem peperit: tum quia eius mysterij efficiens causa fuit: tum quia ad Domini exemplum resurgere omnes debemus. Nam quod

quod ad corporis resurrectionem attinet, Apostolus
 x. Cor. 15. ita testatur: Per hominem mors, & per hominem re-
 surrectio mortuorum. Quaecumque enim Deus in re-
 deptionis nostrae mysterio egit ad omnia Christi hu-
 manitate, tanquam efficienti instrumento, vsus est.
 Quare eius resurrectio instrumentum quoddam fuit

Tertia.

Philip. 3.

Roma. 5.

ad resurrectionem nostram efficiendam: exemplar
 vero dici potest, quoniam Christi domini resurrectio
 omnium est perfectissima: quemadmodum Christi
 corpus resurgens ad immortalem gloriam immuta-
 tum est, ita nostra etiā corpora, quae prius imbecilla
 & mortalia fuerant, gloria & immortalitate orna-
 ta restituentur. Ut enim Apostolus docet, Salvatore
 expectamus dominum nostrum Iesum Christū, qui
 reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum
 corpori claritatis sue. Hoc etiam de anima in pecca-
 tis mortua dici potest: cui quo pacto Christi resurrec-
 tio exemplar proponatur idem Apostolus ijs verbis
 ostendit: Quomodo Christus surrexit a mortuis per
 gloriam patris, ita & nos in nouitate vite ambule-
 mus: si enim complantati facti sumus similitudini
 mortis eius simul & resurrectionis erimus, & paucis
 interiectis, inquit: Scientes quod Christus resurgens
 ex mortuis, jam non moritur: mors illi ultra non do-
 minabitur. Quod enim mortuus est peccato, mor-
 tuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. Ita &
 vos existimare, vos mortuos quidem esse peccato, vi-
 uentes autem Deo in Christo Iesu.

Duo

Duo igitur à Christi resurrectione exempla pere debemus. Alterum est, ut post quam peccati mculas eluimus, nouū vita genus instituamus, in quo morū integritas, innocentia, sanctitas, modestia, iustitia, beneficētia, humilitas eluceant. Alterū est, ut in eo vita in instituto ita perseveremus, ut adiuuante Domino, à iustitiae via, quā semel ingressi fuerimus, non excidamus. Neque verò Apostoli verba id solū Quarta. demonstrant, Christi resurrectionē ad resurrectionis exemplū nobis proponi verū esset resurgendi virtutē nobis præbere, viresque & spiritū largiri, quo in sanctitate & iustitia permaneamus, ac Dei præcepta seruemus, declarant. Nam quoniam admodum ex eius morte non solū peccatis moriebādi exemplū capimus, sed virtutē etiā haurimus, qua peccatis moriamur: ita eius resurrectione ad iustitiam consequēdam nobis vires affert, ut deinde pie & sancte D E V M colentes, in nouitate vita ambulemus, ad quam resurgimus. Hoc enim maxime resurrectione sua Dominus effecit, ut qui anteā una cum illo peccatis & huic saculo mortui eramus, cum illo etiam ad nouam vitā institutionem & disciplinam resurrexerimus. Cuius resurrectionis qua potissimum signa obseruandas sint, Apostolus nos admonet. Nam cum inquit, Si confurrexisti cum Christo, que sursum sunt querite, ubi C H R I S T U S est in dextera Dei sedens: plane ostendit eos, qui vitam, honores, otium, dignitas ibi maxime, ubi Christus est, habere

Quæ ex
Christi re-
surrectione.
exempla su-
menda.

Coloss. 3.

babere cupiunt, verè cum Christo surrexisse, cū vero addit: Quæ sursum sunt sapite, nō quæ super terram alterā etiam hanc veluti notam apposuit, qua perspicere posimus: num verè cum Christo surrexerimus. Ut enim corporis affectionem & valetudinem

c Philip. 4. gustus indicare solet: ita, si quæcunque sunt vera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta alicui sapiat, isque coelestium rerum iucunditatē intimo momentis sensu percipiat, hoc maximo argumento esse potest, eum qui ita affectus sit, ad nouam & spiritualem vitam vna cum Christo Iesu surrexisse.

Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram
Dei patris omnipotentis.

David propheta, cum beatam & gloriosam domini ascensionem spiritu Dei plenus contemplaretur, omnes ad eum triumphum summa latitia & gaudio celebrandum illis verbis hortatur, cum inquit: Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis: ascendit Deus in iubilatione. Ex quo intelliget Parochus, maximo studio hoc mysterium explicandum esse, sibiq; diligenter curandum, ut fideles illud non solum fide & mente percipient sed, quo ad eiusfieri poterit, iunctâ Domino, factis etiam, & vita exprimere studeant. Quod igitur ad sexti articuli explicatio

li explicatio sexti articuli explanationem attinet, in quo potissimum de diuino hoc mysterio agitur, à priori eius parte incipiendum est, & quæ eius sit vis atque sententia, aperiendum. De Christo enim Iesu illud etiam

etiam fideles sine vlla dubitatione credere oportet,
cū perfecto iam & absoluto redēptionis nostrae my-
sterio, vt homo est, in cælum corpore & anima ascē-
disse. Nam vt Deus est, nunquā ab eo absuit, vt qui
diuinitate sua loca omnia cōpleteat. Ascendisse autem
sua virtute doceat, nō aliena vi sublatum, quemad-
modū^a Helias, qui igneo currū in cælū euectus est;

^a 4. Reg. 2^b Dan. 14.^c Acto. 8.

vel^b Abacuch Prophetā, vel^c Philippus Diaconus,

qui diuina virtute per aërem delati, longnqua ter-
rarum spatia permearūt. Neg, verò solum, vt Deus,
prepontenti diuinitatis virtute in celos ascendit, sed
etiam vt homo est. Quāuis enim naturali vi id fieri
non potuerit, tamen virtus illa, quā beata Christi
anima prædicta erat, corpus, vt libuit, mouere potuit
corpus vero, quod iam gloriā adeptū erat, mouentis
animæ imperio facile parebat. Atq, hac ratione, vt
Deus & vt homo est, Christum in cælum sua virtute
ascēdisse credim⁹. In altera articuli parte hac sunt.

Sedet ad dexterā patris. Quo loco tropū, id est,
verbi immutationem licet animaduertere frequen-
tem in diuinis literis, cum humanas affectiones, &
membra ad nostram intelligentiam accommodan-
tes, Deo tribuimus. Neque enim, cum spiritus sit
quidquam in eo corporeum cogitari potest. Sed quo
niam in humanis rebus ei maiore honorem tribui
existimamus, qui ad dexteram collocatus est, ean-
dem rē ad cœlestia etiam transferentes ad explican-
dam Christi gloriam, quam vt homo præ ceteris

Ad dexterā
patris sede-
re quid sit.

omnibus adeptus est, eum in patris dextera esse contemur. Sedere autem hoc loco nō suum & figuram corporis significat, sed eam regie summaeque potestatis ac gloriae firmam & stabilem, possessionē, quam a patre accepit, declarat: de quo ait Apostolus: Suscitans illū a mortuis & constitutus ad dexteram suam in cœlestibus supra omne principatū, & potestatem, & virtutē, & dominationē, & omne nomē, quod nominatur nō solum in hoc seculo, sed etiā in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius. Ex qui ius verbis apparet, hanc gloriam adeo propriā & singularem Dñi esse, ut cuius alij creatū naturae conuenire non possit. Quare alio loco testatur. Ad quē autem angelorum dixit aliquādo: Sede a dextris meis? Sed arti culi sensum Parochus latius explanabit: ascensionis historia persequens, quam S Lucas Euangelista in

Hebr. 1.

Acto. 1.

Actis Apostolorum admirabili ordine descripsit. In cuius explicatione illud primum obseruare oportet, cetera omnia mysteria ad ascensionē, tanquam ad finem referri, in eoq; omnium perfectionem & abolitionem contineri. Nam, ut ab incarnatione Domini omnia religionis nostrae mysteria initium habent: ita ascensione eius peregrinatio concluditur. Præterea alia Symboli capita quæ ad Christū Dominū pertinent, summā eius humilitate & contemplationem ostendunt: Neq; enim abiectius aut humilius quidquam cogitari potest, quam quod filius Dei pro nobis humanā naturam & imbecillitatem as-

sum-

sumpserit, patique, & mori voluerit. At vero, quod tum superiori articulo à mortuis resurrexisse, nunc vero in cælum ascendisse, & ad Dei patris dexteram sedere confitemur, nihil ad eius summam gloriam, diuinamq[ue] maiestatem declarandam magnificenterius dici, aut admirabilius potest.

Iam his expositis, accurate docendum est, cuius

rei causa Christus Dominus in cælum ascenderit.

Christi in
Primum enim ascendit, propterea quod eius cor- cælū ascen-
pori, quod immortalitatis gloria in resurrectio- sionis causa
ne donatum fuerat, non terrena huius & obscu- & quæ no-
re habitationis locus, sed altissimum & splendi- bis inde be-
dissimum cæli domicilium conueniret: ^m nec ve- neficia.
ro solum ut eius gloriæ & regni folio potiretur causa,
quod sanguine meruerat, verum etiam ut ea, quæ

ad salutem nostram pertinebant, curaret: ⁿ deinde n Tertia.

vt ^o regnum suum non esse ex hoc mundo, te ipsa ^o Ioan. 18:

comprobaret. Nam mundi regnaterrena & fluxa sunt, magnisque opibus & carnis potentia nituntur:

Christi vero regnum non terrenum, quale Iudei expectabant, sed spirituale & eternum. Item-

que eius opes & diuitias spirituales esse ipse ostendit, cum suam sedem in celis collocauit. In quo qui-

dem regno illi ditiones, & omnium bonorum copia affluentiores existimadi sunt, qui ea, quæ Dei sunt,

diligentius querunt. Nam & Sanctus Iacobus te-

statur, p Deum elegisse pauperes in hoc mundo, p Iacob. 2:
diuites in fide, & heredes regni, quod repremi-

Quarta.

fit Deus diligentibus se. Sed illud etiam Dominus noster in cælum ascendens efficere voluit, ut nos cum ascendentem mente & desiderio prosequeremur. Nam quemadmodum morte & resurrectione sua moriendi & resurgendi spiritu exemplum nobis reliquerat, ita ascensu nos docet atque instruit, ut in terris positi, in cælu in nos cogitatione conferamus, cō

c Heb. 11. fitentes nos c peregrinos & hospites esse super ter-
d Ephes. 2. ram, ac patriam inquirentes, d ciues esse sanctorum,

e Phillip. 3. & domesticos Dei. Nostra enim (ut idem inquit c
Quinta. Apostolus) conuersatio in cælis est. Iam vero vim &

magnitudinem inexplicabilium bonorum que in

f Psal. 67. nos Dei benignitas effundit, diuinus f David & Apo-

g Ephes. 4. stolo interprete, multo ante cecinerat illis verbis:
Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem,

dedit dona hominibus. Nam decimo die Spiritu san-

h Acto. 1. ctum dedit, cuiusvirtute atque vberitate h copleuit

presentem illam fideliū multitudinem, & vere tum

i Ioan. 6. magnifica illa promissa persoluit: i Expedit vobis, vt

ego vadam. Si enim non abiero, paracletus nō veniet

k Sexta. ad vos: si autē abiero, mittam eum ad vos. k Ascendit

etia in cælū ex Apostoli sententia, l vt appareat nunc

vultui Dei pro nobis, & apud patrē aduocati officio

z. Ioan. 2. fungatur. Filioli mei, inquit Sanctus Ioānes, hæc scri-

bo vobis, vt non peccetis: sed & si quis peccauerit: ad-

uocatū habemus apud patrē Iesum Christum iustū
& ipse est propitiatio pro peccatis nostriis. Nec ve-

ro quidquam est, vnde fideles maiorem latitiam &

animi

animi incunditatem capere debeant, quam Iesum Christum patronum cause, ac deprecatorem salutis nostrae constitutum esse, cuius sit apud aeternum pa- Septima.
trem summa gratia, & auctoritas. Paravit denique nobis locum, quod etiam se facturum c promiserat, c Ioan. 14.
arque omnium nostrum nomine caput ipse Iesus Chri-
stus venit in caelis gloriæ possessionem. Nam in ca-
elū abiens portas, que Adami peccato interclusæ fue-
rant, patefecit, nobisq; viam muniuit, qua ad cœle-
stem beatitudinem perueniremus, quemadmodum
ipse in cœna discipulis futurum prædixerat. Quod Christi ascensionis com-
quidem, ut rei etiam euentu aperte cōprobaret, pio-
rum animas, quas ab inferis eripuerat, secū in ater-
na beatitudinis domicilium introduxit. Hanc cœle-
stium munerum admirabilem copiam salutaris illa
commodorum series consecuta est. Primum enim fi-
dei nostræ merito maximus cumulus accessit: nam fi-
des earum rerum est, que sub aspectu nō cadūt, atq;
ab hominum ratione ac intelligentia remote sunt.
Quare si Dominus à nobis nō decessisset fidei nostræ
meritum minueretur: si quidē à Christo Dōmino d Ioan. 20.
beati predicantur, qui non viderunt, & crediderūt.
Præterea Christi in celum ascensus ad confirmandā Secundū cō-
spem in cordibus nostris magnum momentū habet.
Nam quoniam Christum hominem in celum ascen-
disse, & humanam naturā in dextera Dei patris col-
locasse credimus, magna in spe sumus, fore, ut nos
stū eius membra illuc ascendamus, atq; ibi cum ca-

- Ioan. 17.** pite nostro cōiungamur: quod ipse Dominus his verbis testatus est: Pater quos dedisti mihi, volo ut, ubi sum ego, & illi sint mecum. Deinde hoc quoque vel maximum beneficium consecuti sumus, quod amore nostrum ad celum rapuit, ac diuino spiritu inflama-
- Tertium.**
- Matth. 6.** uit: nam verissime dictum est: Ibi cor nostrū esse, vbi a Vide Au thesaurus nōster est. ^a Ac profecto, si Christus Domi gus tracta. nus in terris versaretur, omnis nostra cogitatio in 94. in Ioan. ipso hominis aspectu & consuetudine defixa esset & Cyril. li. 10. in Ioā. c. 39 illum dunt axat hominem spectaremus qui nos tantis beneficijs afficeret, cumq; terrena quadā benevolentia prosequeremur: verum in celum ascendens amore nostrū spiritualem reddidit, efficitq;, vt quē nūc absentem cogitamus, eum vt Deū veneremur & diligamus. Id autē partim Apostolorū exemplo intelligimus, quibus dum præsens affuit Dominus, humano fere sensu de illo iudicare videbantur: partim vero ipsius Domini testimonio cōfirmatum est, cum inquit: Expedit vobis, ut ego vadam. Nam imperfectus ille amor, quo Christum Iesum præsentem diligebant, diuino amore perficiendus erat, idque spiritus sancti aduentu: quare statim addit: Si enim nō abiero paracletus non veniet ad vos. Accedit etiam quod in terris domum suam, id est, Ecclesiam amplificauit, quæ spiritus sancti virtute & ductu gubernaretur. Eius vero viiuersa inter homines ^c Pat-
- Quartum.**
- Ioan. 21.** storem, & summum antistitem Petrum Aposto-
Ephes. 4. lorum principem, reliquit. Tum vero ^f dedit quos-
dam

dam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas,
alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & do-
ctores. Atq; ita ad dextram patris sedens, alijs atq;
alijs diuersa dona semper impertitur. Nam testatur
Apostolus, vnicuiq; nostrum datam esse gratia secun-
dum mensuram donationis Christi. Ad extreum
vero, quod antea de mortis & resurrectionis myste-
rio docuimus, idem etiam de ascensu fidelibus cogi-
tandum est. Quamuis enim Christi passioni salu-
tem & redemptionem nostram debeamus, qui me-
rito suo adiutum iustis ad celum aperuit: tamen eius
ascensus non solum veluti exemplar nobis proposi-
tum est, quo alte spectare, & spiritu in celum asce-
dere discamus, sed diuinam etiam virtutem, qua id
efficere possumus, largitus est.

Quintum.

Sextum.

Inde venturus est iudicare viuos
& mortuos:

Tria sunt Domini nostri Iesu Christi ad suam
Ecclesiam decorandam & illustrandam insignia
officia & munera, redēptionis, patrocinij, & iudi-
cij. Cum autē superioribus articulis ab eo genus hu-
manum passionē & morte redemptum esse, ascensu
etiam in celum, nostram causam & patrocinium in
perpetuum suscep̄tū constet, sequitur, ut eius iudi-
cium hoc articulo declaretur, cuius articuli eavis
est & ratio, summo illo die Christum Dominum de
vniuerso hominum genere iudicatum esse. Sacre
enim literae duos filij Dei aduentus esse testantur:

alterum, cum salutis nostræ causa carnem assumpsit, & homo in virginis alio effectus est: alterum cum in cōsummatione seculi ad iudicandos omnes homines veniet. Hic aduentus in sacris literis dies

^a 1.Thes.5 Domini appellatur: de quo Apostolus ait: ^a Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet, & Salua-

^b Matt.13 tor ipse, ^b De die autem illâ, & hora nemo scit. Ac & Marc.24 de summo iudicio satis sit illa auctoritas Apostoli:

^c 2.Cor.5. ^c omnes nos manifestari oportet ante tribunal, Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gesit siue bonum, siue malum. Plena enim est sa-

^d Malac.4. ^d scriptura testimoniorum, quæ paſim Parochis occurrent, ad rem non solum comprobandum,

^{A&to.10.} Psalm. 96. sed etiam fidelium oculis subiiciendam: ut, quemadmodum à mundi initio dies ille Domini, quo hu-

^{Roma. 2.} Isal.3.13. manam carnem induit, omnibus optatissimus semper fuit, quod in eo mysterio liberationis suæ spem

^{& 66.} positam haberent: ita deinceps post filij Dei mortem & ascensum in cælum, alterum diem Domini ve-

^e Titum.2. hementissimo studio desideremus, ^e expectantes beatam spem, & aduentum glorie magni Dei.

De dupli- cilio.

Sed duo tempora Parochis ad rei explicationem obseruanda sunt, in quibus unicuique necesse est in cœspectu Domini venire, & singularum cogitationum

Iudicium pri-
uatim. actionū, verborū denique, omnium rationem reddere, demumque, iudicis presentē subire sententiam. Pri-

f Heb.8. & Lucæ.16. mum est: cum unusquisque, nostrum migrat in vita: nā sta-

tim ad Dei tribunal sifitur, ibique de omnibus iustis

sima quæstio habetur, quæcunq; aut egerit, aut di-
xerit, aut cogitarit vñquam, atq; hoc priuatū iudi-
cium vocatur. Alterum verò, cū & uno die, atq; uno
in loco omnes simus homines ad tribunal iudicis sta-
bunt, vt omnibus omniū sacerdotaliū hominibus inspe-
ctantibus & audiētibus, singuli, quid de ipsis decre-
tū & iudicatū fuerit, cognoscāt: cuius sentētie pro-
nūciatio impīj & scelestis hominibus non minima
futura est pœnarū & suppliciorū pars: rursus verò
pj & iusti non paruum ex ea præmiū fructumq; per-
cepturi sunt, cum qualis quisq; in hac vita fuerit
apparebit. Hoc autē generale iudicium appellatur:
de quo illud necessario ostendendū est, que causa fue-
rit, cur, præter priuatum de singulis, alterū etiā de
vniuersis hominibus iudiciū exerceretur. Nam cum
vel ipsis hominib; mortuis interdū superstites sint
filij parentum imitatores, reliqui ^h sint liberi, disci-
puli, exēplorum orationum, actionum amatores ac
propugnatores, quibus rebus ipsorum mortuorum:
præmia & pœnas augeri necesse est: cū hac vel vi-
litas, vel calamitas ad plurimos pertinens, non
prius finem habitura sit, quam extremus veniat
mundo dies: æquum erat de vniuersa hac recte aut
perperam factorum dictorumque ratione perfe-
ctam questionem haberit: quod fieri non poterat ni-
si facto communi omnium hominum iudicio. Ac-
cedit etiam, quod cum piorum fama sapè lœda-
tur, impīj verò innocentie laude commendentur:

Iudicū ge-
nerale.
g. Iocl. 3.
Matth. 25.

h Basil. de
vera virgi-
nitate.

diuine iustitiae ratio postulat, ut p̄ij erectā iniuria
apud homines existimationem in publico vniuerso
rū hominum cōuentu & iudicio recuperent. Deinde
vero boni & mali homines quæcunq; in vita egerūt,
cum non sine corporibus egerint, omnino sequitur,
ut bene facta, sine malefacta ad corpora etiam per-
tineant, quæ actionum ipsarum instrumentum fue-
rūt. Maxime igitur conueniebat, corporibus vna cū
eorū animis debita æterna gloria præmia aut sup-
plicia impertiri: quod quidem neq; sine omnium ho-
minū resurrectione, neq; sine generali iudicio fieri
poterat. Postremo quoniā in aduersis & secundis
hominū rebus, que promiscue nonnunquā bonis &
malis eueniūt, probādum erat, nihil nō infinita Dei
sapiētia & iustitia geri, ac gubernari: par fuit, non
solum bonis præmia, improbis supplicia in futuro sa-
culo constitui, verumetū publico, ac generali iudi-
cio decerni: quo omnibus notiora & illustriora sie-
rent, atq; vt Deo iustitiae & prouidentiae laus ab om-
nibus tribueretur, pro iniusta illa querela, qua san-
cti etiā viri deplorare interdum, vt homines solebāt
cum improbos valētes opibus, & honoribus florētes

animaduerterent. Nam Propheta, Mei, inquit, pene
moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia
zelauit super iniquos, pacem peccatoram videns.
Et paulo post. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in
sæculo obtinuerunt diuitias, & dixi: Ergo sine
causa iustificavi cor meum: & laui inter innocētes
manus

manus meas, & fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Atque haec frequens querela multorum fuit: Ergo necesse erat, ut generale iudicium exerceatur: ne forte homines dicerent, ^a Deū circa cardines cœli perambulantem non curare terrena. Hæc autem veritatis formula, iure una ex duo decim fidei Christianæ articulis constituta est, ut si quorum animi in prouidentia & iustitia Dei nutarent, huius doctrinæ ratione confirmarentur. Præterculi fructus ea, proposito iudicio pios recreari, impios terrorio portebat, ut cognita Dei iustitia, illi ne desicerent, hi a malis, eterni supplicij metu atque expectatione reuocaretur. Quare Dominus, & Saluator noster, ^b cum de extremo die loqueretur, declarauit futurū ^b Luc. 21. aliquando generale iudicium, signaq; aduentantis eius temporis descripsit, ut cum illa viderimus, finē seculi prope esse intelligamus. Ac deinde in cœlum ascendens, Angelos misit, qui Apostolos, eius absentiæ mœrentes, his verbis consolarentur: ^c Hic Iesus, ^c Acto. 1. qui assumptus est a vobis in cœlum sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.

Verum, Christo Domino non solum, ut Deo, sed etiam, ut homini hoc iudicium datum esse sacra lite re declarat. Quamuis enim iudicandi potest as omnibus sanctæ Trinitatis personis communis sit, principue tamen filio eam tribuimus, quod ipsi quoque sapientiam conuenire dicimus. Quod autem, ut homo, mundum iudicaturus sit, Domini testimonio confir-

Christus
cur ut ho-
mo iudex
omnium fu-
turus.

Ioan. 5.

confirmatur, qui inquit: Sicut pater habet vitā in se metipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Decebat autem maxime à Christo Domino nostro hoc iudicium exerceri, ut cum de hominibus decernēdum esset, illi corporeis oculis iudicē videre, & auribus sentētiam, quæ proferebatur, audire possent, & omnino iudicium illud sensibus percipere. Ac præterea & quissimū erat, ut homo ille, qui iniquissimus hominū sentētis cōdēnatus fuerat, omniū deinde iudex sedere ab omnibus conspiceretur. Quamobrem Apostolorū princeps, cū in Cornelij domo summa Christiane religionis capita exposuisset, docuisisset q̄ Christum à Iudeis in ligno suspensum atq; occisum, tertia vero die ad vitā resurrexisse, subiuxit:

Acto. 10. Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari, Signa: quæ quia ipse est, qui constitutus est à Deo index viuō*iudicij* an- rum & mortuorū. Sed tria hec præcipua signa iudi- tecedent. cium antecessura esse, sacræ literæ declarant, prædica-
tionē Euangeli per vniuersum orbē, discessiōnem, &

¶ Matt. 24 Antichristū: inquit enim Dominus. ¶ Prædicabitur hoc Euangeliū regni in vniuerso orbe, in testimoniuō omnib⁹ gentib⁹, & tunc veniet consummatio

¶ 1. Thes. 4. Et Apostolus nos admonet, dne ab aliquo seduca-
sa. 2. mur, quasi instet dies Domini: quoniam nisi vene-
Iudicij for- rit discessio primum, & reuelatus fuerit homo pec-
ma.

¶ Dan. 2. tio futura sit, Parochis ex Danielis oraculis, tam

ex sanctorum Euangeliorum, & Apostoli do- f Matt. 24.
 strina facile erit cognoscere. Præterea sententia, & Marc. 13
 quæ à iudice pronuncianda sit, diligentius hoc loco g Cor. 15.
 expendenda erit. Christus enim Salvator noster, le-
 tis oculis pios à dextera stantes intuens, ita de illis iu-
 dicium summa cum benignitate pronunciabit. Ve-
 nite benedicti patris mei: possidete regnum, quad
 paratum est vobis à constitutione mundi. Quibus
 verbis nihil iacundius audiri posse illi intelligent, Matt. 25.
 qui ea cum impiorum damnatione contulerint, ac
 cum animo suo cogitauerint: ijs verbis pios & iustos
 homines à laboribus ad quietem, à lachrymarū val-
 le ad summum gaudium, à miserijs ad perpetuam
 beatitudinem, quam illi charitatis officijs promeriti
 fuerint, vocari. Deinde ad eos, qui à sinistra stabunt Matt. 25.
 conuersus, suam iustitiam in eos effundet, his verbis:
 Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui pa-
 ratus est Diabolo & Angelis eius Prioribus illis ver-
 bis, Discedite à me, ^h maxima pena significatur, h Augus. in
 qua impij plectendi erunt, cum à Dei aspectu quam enchi. c. 112
 longissime eÿcientur: neque villa spes eos consola- Chrys. ho.
 ri poterit, fore aliquando, vt tanto bono per- 48. ad po-
 fruantur. Atque hæc quidem à Theologis pena dam- pu. Antioc.
 ni appellata est, quod scilicet impij apud inferos di-
 uinæ visionis luce perpetuo carituri sint. Quod ve-
 ro additur, Maledicti mirum in modum auget illo-
 rum miseriā & calamitatē. Si enim, cum à diui-
 na præsentia expellendi essent, aliqua saltem bene-
 dictione

dictione digni haberentur: hoc profecto magno eis
solatio esse potuisse. At quoniam nihil eiusmodi
ipsis expectandum est, quod calamitatem leuiorem
faciat: iure optimo, cum expellentur, diuina iusti-
tia eos omni maledictione persequetur. Sequitur de-
inde: in ignem eternum: quod quidem alterum pœ-
narum genus, pœnam sensus Theologi vocarunt: pro-
pterea, quod sensu corporis percipiatur, ut in verberi-
bus & flagellis, aliove grauiore suppliciorum gene-
re, inter quæ dubitari non potest, ignis tormenta sum-
mum doloris sensum efficere, cui malo cum accedat,
ut perpetuum tempus duraturum sit: ex eo ostendit-
ur, damnatorum pœnam omnibus supplicijs cumu-
landam esse, atque hoc magis declarant verba illa,
quæ in extrema sententia parte posita sunt. Qui pa-
ratus est Diabolo, & angelis eius. Cum enim ita
comparatum sit, ut omnes molestias leuius feramus,
si calamitatis nostræ socium aliquem & consortem
habeamus, cuins prudentia atque humanitate ali-
qua ex parte iuuari possimus: quæ tandem erit dam-
natorum miseria, quibus in tantis eremnis à per-
ditissimorum Dæmonum societate diuelli nūquam
licebit? Et hæc quidem sententia in impios iustis-
sime à Domino Salvatore nostro referetur: ut qui
l. Matt. 25 omnia vera pietatis opera neglexerint, & h. esu-
rienti, ac sitienti cibum, nec potum ministrauerint
hospitem non exceperint, nudum non operuerint,
aut in carcere inclusum aegrumq; non visitarint.

Hec

Hac sunt, quæ Pastores fidelis populi auribus sæpiissimè inculcare debent. Nam huīus articuli veritas side concepta maximam vim habet ad frānandas prauas animi cupiditates, atque à peccatis homines abstrahēdos. Quare in Ecclesiastico dictum est: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in eternum non peccabis: At profecto vix quisquam adeo præceps in scelerā feretur, quem illa cogitatio ad pietatis studium non reuocet, fore aliquando, ut ei apud iustissimum iudicem omnium non solum factorum dictorumque, sed occultissimarum etiam cogitationum ratio reddenda, & pro meritis pœna persoluenda sit. Iustus verò ad collendam iustitiam magis ac magis incitetur, ac summa latitia effeatur, necesse est, quamvis etiam in egestate, infamia, cruciatibus vita degat, cum animum ad eum diem refert, quo post ærumnos & huius vite certamina victor vniuersis hominibus audiēbus declarabitur, & diuinis, atq[ue] illis quidem aeternis honoribus, in celestem patriam receptus, afficitur. Quod igitur reliquum est, hortari fideles oportet, vt optimè viuendi rationem comparent id omnē pietatis studium sese exerceant, quo possint aduentantem magnum illum diem Domini maiore cum securitate animi expectare, atque adeò, ut filios detet, cum summa cupiditate expetere.

Credo in Spiritum sanctum:

Hactenus, quæ ad primam & secundam sanctas Trinitati-

Judicij memoria quā utilis sit.

Eccles. 7.

a Greg. ho
mili. in Euā
gel. Ber. in
serm. de pri
mordijs, me
dijs, & no
uissimis.

Spiritus sancti cognitio fidelibus maxime necessaria. Trinitatis personam pertinebat, quantum propositi argumenti ratio postulare videbatur, exposita sunt, sequitur nunc, ut illa etiam, quae in Symbolo de tercia persona, hoc est, de spiritu sancto traduntur, explicitur. Quia in re declaranda omne studium & diligentiam Pastores adhibebunt, cum homini Christiano non magis licet hanc partem ignorare, vel de ea minus recte sentire, quam de alijs superioribus articulis existimandum sit. Quare Apostolus non permisit Ephesios quosdam spiritus sancti personam

a Acto. 19 ignorare: a quibus cum quæfisset: a Spiritum sanctum accepissent, cu illi, ne si Spiritus sanctus quidem esset, se scire respödissent, statim rogauit: In quo ergo baptizati estis? quibus verbis significauit, distincta huius articuli notitia fidelibus maximè necessaria.

b Octauum esse: bex quia cu præcipue fructum capiunt, quod articuli vti cum attente cogitat, se, quidqd habet, Spiritus sancti munere & beneficio cōsecutos esse: tu vero de scipsis modestius & humilius sentire, & in Dei præsidio omnem spem ponere incipiunt, qui primus homini Christiano gradus ad summam sapientiam, & felicitatem esse debet. Huius igitur articuli explanationem &

De propria Spiritus sancti eti significazione. vi & notione, quae hoc loco Spiritus sancti vocabulo subiecta est, exordiri oportebit: Nam cu illud aequaliter patre & filio rectissime dicatur: (vterq, enim spiritus est, & sanctus, siquidem Deum spiritum esse confitemur) deinde vero hac voce Angeli etiam & piorum animæ significantur: cauendum est, ne populis

pulus verbi ambiguitate in errore inducatur. Quare docendum est in hoc articulo, Spiritus sancti nomine tertiam Trinitatis personam intelligi: quo modo in sacris literis tuum veteris nonnunquam, tuum novi testamenti frequenter accipitur. Nam David precatur: Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. In libro Sapientiae legimus: Sensum tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseras spiritum sanctum tuum de altissimis? & alibi: Ipse creauit illam in spiritu sancto. In novo verò testamento iubemur a baptizari in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et sanctissimam virginem^b de spiritu sancto concepsisse legimus. Tum verò a sancto Ioanne ad Christummittitur, c qui nos spiritu sancto baptizat: ac plurimis præterea alijs in locis ea vox legētibus occurrit. Verum nemo mirari debet, tertiae personæ quemadmodum prima & secunda, proprium nomine tributum non esse. Nam secunda persona ideo proprium nomine habet, & filius dicitur: quia eius aeternus a patre ortus, proprio generatio vocatur, ut in superioribus articulis explicatum est. Ut igitur ortus ille, generationis nomine significatur: ita personam, quæ emanat, proprio filium appellamus, & a qua emanat, patrem. Nunc cum tertiae personæ productione proprium nomen impositum nō sit, sed spiratio & processio appellatur, sequitur, ut etiæ persona, quæ producitur, suo nomine careat. Nullum autem proprium nomen eius emanatio habet: propterea quod nomina, quæ

Psal. 50.

Sap. 9.

Eccles. 1.

a Matt. 28

b Matt. 1.

& Lucæ. 1.

c Ioan. 1.

Deo tribuuntur, à rebus creatis mutuari cogimur: in quibus quoniam nullam aliam naturae & essentie communicande rationem, quam generandi virtute agnoscimus, ob eam causam sit, ut rationem, qua se ipsum totum Deus vi amoris communicat, proprio vocabulo exprimere non possumus. Quare communio, Spiritus sancti, nomine tertia persona appellata est. Quod quidem illi maximè conuenire ex eo intelligimus, quia spiritualem vitam in nos infundit, ac sine eius sanctissimi numinis afflatu nihil aeternarita dignum efficere possumus.

- d Rom. 8.** Spiritū sanctum omni no Patri & Filio in omnibus & qua lēm, & verū Deum esse. cum patre & filio nature. Quod quidem illius uocis in, cum dicimus: Credo in Spiritum sanctum, proprietas satis indicat, que ad exprimendam fidēi nostrae vim, singulis Trinitatis personis apposita est. Atq; id etiam aperta sacrarum literarum testimonia confirmant. Nam cum sanctus Petrus in Actis Apostolorum dixisset Anania cur tetauit Sathanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? mox inquit. Non es nō titus hominibus, sed Deo: quā prius Spiritum sanctum appellauerat, eundem statim Deum vocat Apostolus etiam ad Corinthios, quem Deum dixerat, Spiritum sanctū esse interpretatur: Distinc-
- A&t.o. 5.**
- 1.Cor. 12.**

missiones inquit operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Deinde subiungit: Hec autem omnia operatur unus, atque idem spiritus, dividens singulis prout vult. Præterea in Actis Apostolorum, quod unius Deo propheta tribuunt, ille *Isai. 6.*
Spiritu sancto adscribit. Dixerat enim *Isaias:* Au-
diui vocem Domini dicentis. Quem mittam? & di-
xit mihi: Vade, & dices populo huic, Extaza cor
populi huius, & aures eius agraua, & oculos eius
claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis au-
diat. Que verba cum *Apostolus* citaret. Bene, inquit. *Acto. 2.8.*
Spiritus sanctus locutus est per Isiam prophetam.
Deinde vero cum scriptura *Spiritus sancti personam*
cum patre & filio coniungit, ut cum patris, & filij,
& *Spiritus sancti nomen* in baptismo adhiberi preci-
pit, nullus nobis de huius mysterij veritate dubitan-
di locus relinquitur. Nam si pater Deus est, & filius
Deus: omnino fateri cogimur, etiam *Spiritum san-*
ctum qui cum eis pari honoris gradu coniungitur,
Deum esse. Accedit autem, quod is, qui in nomine cu-
i us suis rei creare baptizatur, nullum ex eo fructum
consequi potest. Nunquid in nomine Pauli, inquit, *1. Cor. 1.*
baptizati estis? ut ostenderet hoc eis, nihil ad compa-
randam salutem profuturum esse. Cum igitur bapti-
zemur in nomine *Spiritus sancti*, eum esse Deum fa-
teri oportet. Sed hunc eundem trium personarum
ordinem, quo *Spiritus sancti* diuinitas comproba-
tur, licet animaduertere sit in epistola *Ioannis: Tres. 1. Ioan. 5.*

sunt qui testimonium dant in celo , pater , verbant
& spiritus sanctus , & hi tres vnu sunt: tum ex pre-
claro illo sancte Trinitatis elogio , quo diuinæ laudes ,
& psalmi concluduntur . Gloria patri & filio , & Spi-
ritui sancto . Postremo quod ad eam veritatem con-
firmandam maxime pertinet , quæcumque Dei pro-
pria esse credimus , ea Spiritui sancto conuenire sa-
cra literæ testantur . Quare illi templorum honore

- e 1. Cor. 6. tribuunt , ut cum c. Apostolus ait : An nescitis , quoniam
f 1. Pet. 1. membra vestra tempulum sunt Spiritus sancti ? Item f
& 1. Thes 1. sanctificationem , & & vivificationem : & h scrutari
fa. 1. profunda Dei : & per i prophetas loqui , & k ubique
g Ioan. 6. esse : que omnia diuino tantum numini tribuenda
2. Cor. 3. sunt , Sed illud pretere fidelibus accurate explanâ-
h 1. Cor. 2. dum est , Spiritum sanctum ita Deum esse , ut cum
i 2. Pet. 1. tertiam personam in diuina natura à patre & filio
k Sap. 1. distinctam , & voluntate productam confiteri oport-
eat . Nam vt alia scripturarum testimonia omittan-
tur , baptismi forma , quam Saluator noster docuit ,
apertissime ostendit Spiritum sanctum tertiam esse
personam , que in diuina natura per se constet , &
Matth. 28. ab alijs distincta sit . Quod etiam Apostoli verba de-
2. Cor. 13. clarant , cū inquit , Gratia Domini nostri Iesu Christi , & charitas Dei , & communicatio sancti Spir-
itus sit cum omnibus vobis , Amen . Idem vero multi
apertius demonstrant , que Patres in Constantinope-
litano primo Concilio hoc loco ad confutandam im-
piam Macedonij amentiam , addiderunt .

Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex patre filioque procedit: qui cum patre & filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per prophetas.

Quod igitur Spiritum sanctum Dominum confitentur, in eo declarat quantum angelis antecellat, quia tamen nobilissimi spiritus a Deo cōditi sunt: illos enim oes sanctus Paulus testatur esse administratorios spiritus in ministerium missos, propter eos, qui hereditate capiunt salutis. Viuificantem, vero appellat, quod anima cum Deo cōiuncta magis viuit, quam corpus animae cōiunctione alitur ac sustinetur. Quoniam vero spiritui sancto sacre literae hanc animam cum Deo conjunctione tribuunt, rectissime viuificantem Spiritum sanctum vocari perspicuum est. Iam vero quod sequitur.

Heb. 2.

Qui ex patre filioque procedit. Docendi sunt fideles, Spiritum sanctum a patre & filio, tanquam ab uno principio, aeterna processione procedere. Id enim ecclesiastica regula, a qua Christiano non licet aberrare, credendum nobis proponit, & diuinarum literarum & Cōciliarum auctoritate confirmatur. Nam Christus dominus Florentinum cum de Spiritu sancto loqueretur, dixit: ¹ Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Hoc idem ex eo colligitur, quod in scripturis sacris Spiritus sanctus non nunc quia spiritus Christi, interdum spiritus patris appellatur: ^m modum a patre, modum a filio miseri dicitur, ut eque a patre & filio procedere non obscure significetur. ⁿ Qui spiritum Christi non habet, inquit s. Paulus

k Conciliū
Au. trac. 99.
in Ioan.m Ioan. 14
15.

n Roma. 8.

- Galat. 4. hic nō est eius. Et idē spiritū Christi vocat, cū ad Galatas inquit: Misit Deus spiritū filij sui in corda vestra, clamātē Abba pater. Apud sanctū Matthæū spiritus patris appellatur: Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri. Et Dñs in cena inquit. Paracletus, quē ego mittā vobis spiritū veritatis qui à patre procedit, ille testimonium perhibabit de me. Tu alibi cūdē spiritum sanctū à patre mittēdū affirmat his verbis: Quē mittet pater in nomine meo. Ex quibus verbis cū processionē Spiritus sancti intelligamus perspicuum est, eundem ab utroque procedere. Hęc sunt, quę de Spiritus sancti persona tradenda erunt.
- Ioan. 14. Docere preterea oportebit, quosdam esse Spiritus Dei admirā sancti admirabiles effectus, & amplissima quedam nudis Spiritus nera, quę ab ipso, tāquā à perpetui bonitatis fonte, ori sancti effectib. & dominis.

ri & manare dicūtur. Qui uis enim sanctissimae Trinitatis opera, qua ext rīnsecus fuit, tribus personis comunicasint: ex ijs tamē multa spiritui sancto propria tribuūtur, vt intelligamus illa in nos à Dei immēsa charitate profici sci. Nā cū spiritus sanctus à diuina voluntate, veluti amore inflamata procedat, p̄spici potest, eos effectus, qui propriæ ad sp̄m sanctū referuntur, à summo organo Dei amore oriri. Quare ex eo consequitur, vt Spiritus sanctus Donum appelle tur. Nam doni vocabulo significatur id, quod benigno & gratuito nulla spe remunerationis proposita, donatur. Ac proinde quaecumq; bona & beneficia à Deo innos collata sint (quid autē habemus, quod a Deo ut in

Inquit Apostolus, non acceperimus? Ne nobis Spiritus sancti concessu & munere data esse, pio & grato animo agnoscere debemus. Eius autem plures effectus sunt. Nam ut multi creatione, creatarumque rerum propagatione & gubernationem omittamus, de quibus in primo articulo commemorauimus, visificatio-
nei spiriti sancto proprio tribui, paulo ante demonstra-
tum est, & Ezechielis testimonio confirmatur: Da-
bo, inquit, vobis spiritum: & viuetis. Principios tamen
& maximè proprios spiritus sancti effectus Propheta enumerat: spiritum sapientie & intellectus, spiri-
tum consilij & fortitudinis, spiritum scientie & pietatis & spiritum timoris Domini: que dona spiritus
sancti vocantur: interannum autem spiritus sancti nomen eis
tribuitur. Quare sapienter D. Augustinus monet,
animaduertendum esse, cum in sacris literis huius vocis.
Spiritus sancti. metus sit, ut cibulicare possumus,
tertiam ne Trinitatis personam, an eius effectus atque
operationis significet. Nam hec duo eodem inter-
vallo distinguenda sunt, quo etiam creatorum & rebus
creatis differre credimus. Atque hec eo diligenter
explicanda sunt, quod ex hisce spiritus sancti donis
Christianae vite & præcepta huiusmodi, sentireque pos-
sumus, an spiritus sanctus in nobis sit. Verum præcep-
teris eius amplissimis muneribus gratia illa predi-
canda est, qua nos iustos fecit, o signata spiritu pro-
missionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrarum. Hac
enim metem nostram arctissimo amoris vinculo. Deo

Ezech. 37.

Esai. 11.

D. Aug. lib.
11. de Tri-

ni. c. 16. &

19. & 20. H

- noslib. imp

. eub

o Ephes. 1.

iungit: ex quo sit, ut summo pietatis studio accensi,
 h 2. Petr. 1 nouam vitam instituamus, ac ^h naturæ diuinæ par-
 Ioan. 3. ticipes effecti, filii Dei nominemur & vere simus.

Ioan. 1. Credo sanctam Ecclesiam

Catholicam.

Quanta diligentia curare Pastores debeat, vt
 huic noni articuli veritatem fidelibus explicitent, si
 duo potissimum considerantur, facile cognosci po-
 terit. Primum enim, teste S. August. prophetæ pla-
 S. Aug. 2. in psalm. 30. nius & apertius de Ecclesia, quam de Christo, locuti
 sunt, cum in eo multo plures errare ac decipi posse,
 quam in incarnationis sacramento, præuiderent.
 Neḡ, enim defuturi erant impij, qui ad similem imita-
 tionem, quæ se hominem esse fingit, solos se catholicos
 esse profiterentur, & catholicam Ecclesiam
 apud se tantum, non minus nefarie, quam superbe
 affirmarent. Deinde si quis hanc veritatem sermo-
 nō animo conceptam habuerit, facile horrendum ha-
 resis periculum effugiet. Non enim, vt quisque pri-
 mum in fide peccarit, hereticus dicendus est, sed qui
 Ecclesiæ auctoritate neglecta, impias opiniones per-
 tinaci animo tuetur. Cum igitur fieri non possit, vt
 aliquis se heresis peste commaculet, si ipsi fidem adhi-
 beat, quæ in hoc articulo credenda proponantur: cu-
 rent domini studio Pastores, vt fideles, cognito hoc my-
 sterio contra aduersarij artes muniri, in fidei veri-
 tate perseverent. Pendet autem hic articulus à su-
 periori: quia cum iam demonstratum sit, Spiritum

Hæreticus
qui dicen-
dus.

sanctum

sanctum omnis sanctitatis fontem & largitorē esse
nūc ab eodē Ecclesiā sanctitate donatā cōfitemur.

Ac quoniā Ecclesiā vocē Latini à Gracis mutua-
ti, post diuulgatum Euangeliū ad res sacras trāstu-
lerūt: quā vim habeat hoc vocabulū, aperiendū est.

Significat autem Ecclesiā euocationē: verum scripto-
res postea usurparunt pro concilio & cōcione. Neq,
verò refert, vtrum populus ille veri Dei, an false reli-

gionis cultor extiterit. In Actis enim de Ephesino po-
pulo scriptum est, cum scriba turbas sedasset, dixi-
se: Si quid autem alterius rei queritis, in legitima

ecclesia poterit absolui, Legitimam vocat Ecclesiam
populum Ephesinum, Dianae cultui addictum. Neq,
solum gentes, que Deum nō nouerunt, sed etiā mala-

ram & impiorum hominum cōcilia interdū Eccle-
sia nominantur. Odīui, inquit Prophetā, Ecclesiam

malignantium, & cum impijs nō sedebo. Communi
verò deinde sacrarum scripturarum consuetudine

hec vox ad Rēpub. Christianam, fideliumq, tan-
tum congregations significandas usurpatā est, qui

scilicet, ad lucem veritatis, & Dei notitiam per fi-
dem vocati sunt, vt reiectis ignorantie & errorum

tenebris. Deum verum & viuū pie & sancte colant

illiq, ex toto corde inseruant. Atque, vt vñico ver-
bo hec res tota absoluatur, Ecclesia, vt ait sanctus

Augustinus, est populus fidelis per vniuersum orbem
dispersus. ^b Nec verò leuia mysteria in hoc vocabu-

lo continentur Etenim in euocatione, quam Eccle-
sia

a Augu. in
Ench. c. 56.

Quid pro-
prie nom-
ne Ecclesiæ
Christianis
intelligēdū

Acto. 19.

Psalm. 25.

S. Augus. in

psalm. 149

b In Eccle-
siae nomine
que myste-
ria continē-
tur.

sia significat, statim diuinæ gratie benignitas & splendor elucet, intelligimusq; Ecclesiam ab alijs rebus publicis maximè differre. Illæ enim humana ratio & prudentia nituntur; hoc autem Dei sapientia & consilio constituta est. Vocavit enim nos intimo quidē Spiritus sancti efflatu, qui corda hominū aperit, extrinsecus autē Pastorū & predicatorum opera ac ministerio. Preterea ex hac vocatione quis nobis finis propositus esse debeat, nimirum aeternarum rerum cognitio & possessio, is optime perspiciet, qui animaduerterit, cur olim fidelis populus sub lege positus, Synagoga, id est, congregatio dice

August. In retur. Nam, ut docet S. Augustinus, hoc ei nomen im
Psal. 77. & positum est, quia pecudū more quib⁹ magis cōgregari cōuenit, terrena & caduca tantū bona spectaret.

81. Quare merito Christianus populus, non Synagoga, sed Ecclesia dicitur: quia terrenis & mortalibus rebus contemptis, cœlestes & eternas tantummodo cōse

a. Tim. 3. itatur. Multa prætere, et nomina, quæ plena sunt mysterijs, ad Christianā Rēpub. significandā traducta sunt. Nam & domus & adiſciū Dei ab Apostolo vocatur: Si tardauero, inquit ad Timotheum: vt scias quo modo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columnæ & firmamentū veritatis. Domus autē Ecclesia idcirco appellatur, quia sit veluti una familia, quæ unus pater familias moderatur, & in quam est bonorum omnium spirituallium cōmunio. Dicitur etiam grec ouium Christi,

qua-

Ephes. 34.

quarum ille ^a ostium est, & Pastor. Vocatur, sponsa ^a Ioan. 10.
 Christi. Despondi vos vni viro virginem castam ex-
 hibere Christo, inquit ^b Apostolus ad Corinthios. ^b 2. Cor. II.
 Idem ad Ephesios: ^c Viri diligite uxores vestras sicut
 & Christus dilexit Ecclesiam. Ac de matrimonio Sa-
 cramentum hoc, inquit, magnum est, ego ante dico in
 Christo, & in Ecclesia. Dicitur demque Ecclesia cor-
 pus Christi, ut ad ^d Ephesios, & ^e Colossenses licet ^d Ephes. 1.
 videre. Et hec singula plurimum valer ad siveles ex-
 citados, ut se dignos immensa Dei clementia & boni-
 tate prebeant, qui eos, ut populus Dei esset elegit.

His vero explicatis, necesse erit singulus Eccle-
 siae partes enumerare, earumque differentias docere
 quo magis Deo dilecta Ecclesia natura, proprietas
 tes, dona, & gratias populus percipiat, & ob eam
 causam sanctissimum Dei numen laudare nunquam
 intermittat. Ecclesia autem duæ potissimum sunt
 partes: quarum altera Triumphans, altera Milit-
 tans vocatur. Triumphans, est cœtus ille clarissi-
 mus & felicissimus beatorum spirituum & eorum
 qui de mundo, de carne: de iniquissimo damone triū-
 pharunt, & ab huius vita molestijs liberi ac tuti,
 aeterna beatitudine fruuntur. Militans vero Ec-
 clesia, est cœtus omnium fidelium, qui adhuc in ter-
 ris viuunt: quæ ideo Militans vocatur, quod illi cum ^f Aug. li. 1.
 inmanisconis hostibus, mundo, carne, Sathanæ de Ciuitate
 perpetuum sit bellum. Neque idcirco tamen ^f duas
 esse Ecclesias, censendum est: sed eiusdem Ecclesie,

Ecclesiæ
duæ partes.

Triumphans
Ecclesia.

Militans.
^f Aug. li. 1.
 de Ciuitate
 Dei. c. 9.

vt antea diximus, partes duæ sunt, quarum vna antecessit, & cœlesti patria iam potitur: altera in dies sequitur, donec aliquando cum Salvatore nostro cōiuncta in sempiterna felicitate conquiescat. Iam in Ecclesia militati duo sunt hominum genera, honorū & improborū: & improbi quidem eorundem sacramētorum participes, eandem quoque, quam boni, fidem profitentur, vita, ac moribus dissimiles: boni vero in Ecclesia dicuntur ij, qui non solum fidei professione, & communione, sacramentorum, sed etiam spiritu gratiæ, & charitatis vinculo inter se cōiuncti & colligati sunt: de quibus dicitur: ^b Cognovit Dominus, qui sunt eius. Possunt vero etiā homines aliquibus cōiecturis opinari, qui nā sint qui ad hunc piorū hominū numerū pertineat, certo autē scire minime

¹ Mat. 18.

² Cor. 15.

possunt. Quare existimandum non est, ¹ Christū Salvatorem de hac Ecclesiæ parte locutum esse, cum ad Ecclesiam nos remisit, eīj, ut pareamus, præcepit. Nam cum illa sit incognita: cui certum esse poterit, ad cuius iudicium consugiendum, & cuius auctoritati obtemperandum sit? Bonosigitur, & improbos Ecclesia complectitur, quemadmodum & diuinæ litteræ, & sanctorum virorum scripta testantur: In-

Ephes. 4.

^k Mat. 5. &
Aug. in lib.
de unitate
eccle. c. 14.

quam sententiam scriptum est illud Apostoli: Vnum corpus, & unus spiritus. Hec autem Ecclesia nota est, ^k ubique supra montem sit, e comparata, que vnde conspicitur. Nam cum illi ab omnibus parentum sit, cognoscatur necesse est. Neque bonostan-

tū, sed malos etiam cōplicētūr, vt multis parabolis Euangelium docet, veluti cum regnum celorum, id est. Militantē Ecclesiam, simile esse^a sagene in māre missē commemorat: vel agro, in quo zizania superseminata sunt: vel^b areae, in qua frumentum cū paleis continetur vel^c decem virginibus partim fatus: partim prudentibus. Sed multo ante etiā in arca Noe,^d qua nō solū mūda, sed etiā immūda animā tia cōcludebātur, huius Ecclesiae figurā & similitudinē licet intueri. Quamuis autem bonos & malos ad Ecclesiam pertinere, catholica fides vere & constanter affirmet: ex ijsdem tamen fidei regulis fideli- bus explicandum est, vt triusque partis dicensam admodum rationem esse. Vt enim paleae cum frumen- to in area cōfusa sunt: vel interdum membra varie inter mortua corpori coniuncta: ita etiam mali in Ecclesia continentur. Ex quo sit, vt tria tantūmo qui exclu- do hominum genera ab ea excludantur: primo infi- deles, deinde^e heretici & scismatici, postremo^f excommunicati. Ethnici quidem, quod in Ecclesia nunquam fuerunt, neque eam vñquam cognouerūt nec vñlli sacramenti participes in populi Christia- ni societate facti sunt: Heretici vero, atque schisma- tici, quia ab Ecclesia desciuerunt. Neque enim il- li magis ad Ecclesiam spectant, quam trans fugae ad exercitum pertineant, à quo defecerunt. Non ne- gandum tamen, qui in Ecclesia potestate sint, vt qui ab ea in iudicium vocentur, hū puniantur, & ad Bonifa- anathema

^a Matt. 13.^b Matt. 3.^c Matt. 25.^d Gen. 7.
^e 1. Pet. 3.^f Ab Ecclesia

qui exclu-

dantur.

^g Tlt. 3. &^h Ioā. epist. 2.ⁱ 1. Cor. 1.^j Mat. 18.^k 1. Cor. 9.^l Deut. 13.^m Luc. 14. &ⁿ Aug. lib. 2.^o cōtra. 2. ep.^p Guadētij. c.^q 17. & ep. 50^r ad Bonifa-

anathemate damnentur. Postremo etiam excommunicati, quod Ecclesiæ iudicio ab ea exclusi, ad illius communionem non pertinet, donec resipiscant. De ceteris autem quamvis improbis & sceleratis hominibus, adhuc eos in Ecclesiæ perseverare dubitandum non est: idquæ fidelibus tradendum assiduz, ut

a Bern. ser. si forte Ecclesiæ antistitum vita flagitiosa sit, eos
66. in cant. tamen in Ecclesiæ esse, nec propterea quidquam de
ca. Aug. ser. eorum potestate destrahi certo sibi persuadeant. Ve
49. de verb. Dom. rum viiuersæ etiam Ecclesiæ partes, Ecclesiæ nomi-

b 1. Cor. 1 ne significari solent, ut cum b Apostolus Ecclesiam,
c 1. Cor. 16 que est Corinthi, c Galatiae, d Laodicæsum, c Thes-
d Col. 4. falonicensium nominat, priuatas etiam fidelium fa-
e 1. The. 1 milias Ecclesiæs vocat. Nam Priscæ, & Aquila do-
f Rom. 16. mesticam Ecclesiam f salutari iubet. Item alio in lo-

g 1. Cor. 16 co, Salutant vos, & inquit, in Domino multum Aqui-
la & Priscilla cum domesticâ sua Ecclesiæ. Ad Phi-
lemonem etiam scribens eandem vocem usurpauit.

Interdum quoque Ecclesiæ nomine eius praefides ac
h Mat. 18. Pastores significantur: b Si te non audierit, inquit
& in eundem Christus, dic Ecclesiæ: quo in loco prepositi Ecclesiæ
locuho. 16. sita designantur. Sed locus etiam, in quem populus
Chrysost. sine ad concionem sine alicuius rei sacre causa con-
i 1. Cor. II. uenit, Ecclesiæ appellatur. Principue vero in hoc
articulo Ecclesiæ bonorum simul & malorum mul-
titudinem, nec praefides solum, sed eos etiam, qui pa-
rere debent, significat.

Ecclesiæ ca

Aperiende autem sunt fidelibus huins Ecclesiæ

pro-

proprietates, ex quibus licebit agnoscere, quanto tholtæ pro
beneficio a Deo affecti sint, quibus contigerit in ea p
nasci, atq; educari. Prima igitur proprietas in Sym
bolo Patrum describetur, ut vna sit: ^a Vna enim, in
quit, est colubæ meæ, vna est speciosa mea. Vocatur
autem vnatatæ hominum multitudo, quæ tâ longe
lateq; diffusa est, ob eas causas, quæ ab Apostolo ad
^b Ephesios scriptæ sunt: vnum enim Dominū, vnam
fidem, vnum baptisma tantū esse prædicat: Vnus est
etiam eius rector ac gubernator, inuisibilis quidem
Christus, quem aeternus pater dedit ^c caput super
omnem Ecclesiam quæ est corpus eius. Visibilis au-
tem is, qui ^d Romanam cathedram Petri Aposto-
lorum Principis legitimus successor, tener: de quo
fuit illa omnium patrum ratio & sententia consentiens
hoc visibile caput ad unitatem Ecclesie constituendam
& conseruandam necessarium fuisse. Quod præclare
& videt & scripsit sanctus Hieronymus, contra
Iouinianum ijs verbis: Vnus eligitur, ut capite con-
stituto, schismatis tollatur occasio. Et ad V. amsum:
^e Facest inuidia: Romani culminis recedat ambi-
tio: cum successore pescatoris, & discipulo crucis
loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens
beatitudini tua, id est, cathedra Petri communione
consortior. Super illam ^f petram edificatam Eccle-
siam scio. Quicunque ^g extra hanc domum agnum
comederit, profanus est. Si quis in ^h arca Noe nō fae-
rit, peribit regnate diluvio. Quod & lôge autea ab

^b Ephes. 4.^c Ephes. 1.
De visibili
Ecclesiæ ca
pite Pontifi
ce Rom.^d Aug. epi.
165. < 2.^e cōtr. Ilt. Pe
til. ca. 51. S.
Hiero in li
1. cont.^f Iouin. circa
medium.^g Epist. 57^f Matt. 16^g Exod. 12^h Gen. 7.

Trenæo

a B. Irenæ. ^a Irenæo probatur, & ^b Cypriano, qui de vnitate Eccl. 3. cōf. h̄z. clesiae loquens ait. Loquitur Dñs ad Petrum. ^c Ego cap. 3.

b B. Cypr. Petre dicotibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Super vnu ædificat tract. de sim plicita præ Ecclesiæ: & quamvis Apostolis omnibus post resurrectione suam parē potestate tribuat, & dicat, ^d Si-

c Matt. 16 cut misit me pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum sanctū: tamē, vt vnitatem manifestaret, vnitatis

d Ioan. 20. videlicet similia eiusdem originē ab uno incipiētē, auctoritate sua dis- apud Iuliu.

e epis. 1. & posuit, &c. ^e Optatus deinde Mileuitanus ait: Ignoramus tibi adscribi non potest, scienti in urbe Roma

84. ad Ana stasiū Thes. na Petro primo cathedram Episcopalem esse collatam

in qua sederit omniū Apostolorum caput Petrus: in

f S. Basilius. quo vno cathedrae vnitas ab omnibus seruaretur, ne in init. lib. 2. cateri Apostoli singulas sibi quisq; defenderent, vt contra Par-

me. Dona. iam schismaticus & prævaricator esset, qui contra singularem cathedrā alterā collocaret. Post verò Ba-

mil. 19. que silius sic scriptum reliquit ^f Petrus collocatus est in est de pœn. fundamēto: dixit enim, tu es Christus filius Dei vivi;

g Vide similia apud S. & vicissim audiuit, se esse petrā. Licet enim petra es set nō tamē petra erat ut Christus. Nā Christus vere

Hiero. in c. immobilis petra, Petrus verò propter petrā. Digni- 16. Matt. & rates enim suas Deus largitur alijs: sacerdos est, & B. Leonem facit sacerdotes: petra est, & petrā facit: & quæ sua fer. 2. de Pe sunt, largitur seruis suis. ^h (Postremo verò sanctus tro. & Paul. h Videtur Ambrosius ait.) Si quis obijciat. Ecclesiam, vno ca- hac verba pite, & sponso Iesu Christo contentam, præterea redundare nullum requirere: in promptu responsio est. Ut enim Ambr. ver-

Christum Dñm singulorum sacramentorū non solū ba
deesse ,
auctōrē sed intimum etiā p̄rabitorē habemus (nam ex cōmenta
a ipse est , qui baptizat , & qui absoluit , & tamē is bo
mines sacramentorū externos ministros instituit) rijs in . c . 9 .
sic Ecclesie , quā ipse intimo spiritu regit , hominem Lucæ forte
sue potestatis vicariū & ministrum prefecit . Nam petenda .
cum visibilis Ecclesia , visibili capite egeat , ita Sal- a Ioan . 1 .
uator nōster b Petru vniuersi fidelium generis q̄ put b Matt . 10 .
put & Pastorē cōstituit , cum illi oues suas pascēdas 16 . &c . 17 .
verbis amplissimis c cōmendauit , vt qui ei d succes- Chryso . ho-
sisset , eandem plane totius Ecclesie regendæ & gu- mil . 87 . in
bernandæ potestatem habere voluerit . Vnus præ- Ioann . 55 .
rea , idemq; est spiritus : inquit Apostolus ad Co- in Ma . The
rinthios , qui fidelibus gratiā perinde , atque anima ophi . in . 22 .
corporis mēbris vitā , impertitur . Ad quam vnitatē c Ioan . 21 .
seruandam tū Ephesios hortaretur , inquit : Solliciti d Chrys . II .
seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis : vnum cor- 2 . de sacer-
pus & vnum spiritus . Quemadmodū enim humanū dotio , Ber .
corp⁹ multis cōstat mēbris , eaq; ab rna anima alii- li . 2 . de cōsi-
derat .
tur quæ oculis visum , aurib⁹ auditū , & alijs sensib⁹ 1 . Cor . 12 .
diuersas vires subministrat , ita corpus Christi mysti Ephes . 4 .
cum , quod est c Ecclesia ex multis fidelibus compo- c Ephes . 4 .
sum est . Vna quoq; est spes , vt in eodē loco idem Apo- Ibidem .
stolus testatur ad quam vocati sumus : si quidem om-
nes eandem rem , nempe aeternam & beatam vitam
speramus . Vna est deniq; fides , que omnibus tenen- f 1 . Cor . 1 .
da est , ac p̄ferenda . Non sint , inquit f Apostolus
in vobis schismata : atque & vnum baptismū , quod g Ephes . 4 .
qui-

quidem est Christianæ fidei sacramentū. Altera proprietas Ecclesie est, ut sit sancta, quod à Principe a 1. Petr. 2. Apostolorum accepimus eo loco: ^a Vos autem genus b Ecclesia electum gens sancta. ^b Appellatur autem sancta, quod cur sancta Deo consecrata dedicataq; sit. Sic enim cetera hu- appellatur iuscemodi, quāquā corporeas sint, sancta vocari cō- c Leui. 27 suauerūt, cū diuino cultui addicta & dedicata sint. Cuius generis sunt in lege veteri vase, vestes, & al- d Exo. 13. taria: in qua ^d primogeniti quoque, qui Deo altissi- mo dedicabātur, sancti sunt appellati. Nec mirū cui quā ridentur debet, Ecclesiā dici sanctam, tamen si mul- tos peccatores continet. Sancti enim vocantur fideles qui populus Dei effecti sunt, qui ve se fide & baptis- mate suscepto, Christo consecrarunt: quanquā in multis offendunt, & quae polliciti sunt, non prestant. Quemadmodū etiā, qui artē aliquā profitetur, et si artis præcepta nō seruēt, nomen tamē artificū re- e 1. Cor. 1. tinent. Quare Diuus Paulus Corinthios sanctifica- 1. Cor. 3. tos & sanctos appellat: in quibus nō nullos fuisse per f Ephes. 4. spicuum est, quos, vt ^c carnales & grauioribus, etiā nominibus acriter obiurgat. Sancta etiam dicenda est, quod veluti ^f corpus cum sancto capite Christo Domino totius sanctitatis fonte, coniungitur, à quo S. Augu. in Spiritus sancti charismata, & diuinæ bonitatis di- Psalm. 85. uitiae diffunduntur. Praeclare sanctus Augustinus in- terpretans verba illa Propheta, Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: Audeat, inquit, & cor g Psal. 60 pus Christi, audeat & unus ille homo, & clamans à finibus

finibus terrae cum capite suo dicere, sanctus sum: accepit enim gratia sanctitatis, gratia baptismi & remissionis peccatorum. Ac paulo post: Si Christiani omnes, & fideles, in Christo baptizati, ipsum induerunt sicut Apostolus dicit: ¹ Quotquot in Christo 1 Gala. 3: baptizati estis, Christum induistis, si ² membra sunt facta in Ephes. 5: corporis eius, & dicunt se sanctos non esse, capiti ipsi faciunt iniuriam, cuius membra sancta sunt. Accedit etiam, quod ³ sola Ecclesia legitimū sacrificij cultū, & salutare habet sacramētū vsum: per quā, tāquam ⁴ 35. mora. c. efficacia diuinæ gratiæ instrumenta. Deus verā sanctitatem efficit: ita, ut quicunque vere sancti sunt, extra hanc Ecclesiam esse nō possint. Patet igitur, Ecclesiam esse sanctam, ac sanctam quidē, quoniam corpus est Christi, a quo sanctificatur, cuiusque sanguine abluitur. Tertia proprietas ecclesia ea est, ut Catholica, nempe vniuersalis, vocetur, que appellatio vere illi tributa est: quoniam ut testatur S. Aug. A solis ortu usq; ad occasum vnius fidei splendore diffunditur. Neque enim, ut in humanis Rebus, aut hereticorū conuentibus vniuersitatū regni terminis, aut uno hominū epi. 170. & genere Ecclesia definita est: verū omnes homines, siue illi barbari sint siue Scythæ, siue serui, siue liberi, siue masculi, siue fæminæ, charitatis sinu complectitur. Quare scriptum est: Redemisti nos Deo in sanguine Apoc. 5: tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnū, De ecclesia dicit Da Psal. 2: uia: Postula a me, & dabo tibi gētes hereditatē tuę;

Psal. 86.

& possessionem tuam terminos terra. Item: Memor ero Raab, & Babylonis scientium me, & Homo natus est in ea. Præterea omnes fideles, qui ab Adam in hunc usque diem fuerunt, quiue futuri sunt, quamdiu mundus extabit, veræ fidem profitentes, ad eandem

a Ephes. 2. Ecclesia pertinet, quæ^a super fundamentū Apostolorum fundata est, ac prophetarum, qui omnes in illo lapide angulari Christo, ^b qui fecit utraque unum,

b Ibidem. & pacem ihs, qui prope, & ihs, qui lōge annunciauit: constituti sunt & fundati. Uniuersalis etiā ob ea causam dicitur, quod omnes, qui salutem aeternam consequi cupiunt, eam tenere & amplecti debeant non

c Genet. 7. secus, ac qui^c arcā, ne diluvio periret, ingressi sunt.

Hec igitur veluti certissima regula tradenda est
qua vera, & falsa Ecclesia iudicetur: sed ex origi-

Ecclesiæ veritatem, quam reuelata gratia ab Apostolis ducit.
nō fallit di gnoscere Ecclesia veritatem agnoscimus: siquidem eius doctrina veritas est, non recens, neque nunc primum orta, sed ab Apostolis iam olim tradita, & in omnem orbem terrarum disseminata. Ex quo fit, ut ne-

nō dubitare possit impias hereticorum voces longe à vera Ecclesiæ fide abesse, cum doctrinæ Ecclesiæ, quæ ab Apostolis ad hanc diem prædicata est, aduersentur. Quare ut omnes intelligerent, que nam-

Symb. Con uinitus addiderunt. Apostolicam. Etenim Spiritus sanctus, qui Ecclesiæ præsidet, eam non per aliud genus ministrorum, quam per Apostolicum, gubernab.

nat. Qui spiritus primā quidem Apostolis tributus
 est, deinde vero summā Dei benignitate semper in
 Ecclesiā māsit. Sed quemadmodum hec vna Ecclesiā
 errare non potest in fidei ac morū disciplina traden-
 da: cū à Spiritu sancto gubernetur; ita ceteras om-
 nes, quae sibi Ecclesiā nomine arrogat, ut quae Diaboli Luciferia.
 Spiritu ducantur, in doctrinā & morū perniciofissi-
 mis erroribus versari necesse est. Sed quoniam magnā
 vim habent figuræ veteris testamēti ad excitādos fi-
 deliū animos, reuocādāq; rerum pulcherrimārū me-
 moriam, cuius rei potissimum causa Apostoli his vſi
 sunt: illā quoque doctrinæ partem, quæ magnas vtili-
 tates habet, Parochi nō prætermittent. In his autem
 illustrem significationē habet arca Noe: quæ ob eam
 rem tantū diuino iussu a cōstructa est, vt nullus da-
 bitandi locus relinquatur, quin Ecclesiā ipsam signi-
 ficet: quam Deus sic constituit, vt, quicūq; per baptis-
 mum illam ingredierentur, ab omni mortis eter-
 na periculo ruti esse possent: qui vero extra illam
 essent, quemadmodum ijs euenit, qui in arcā rece-
 pti non sunt suis sceleribus obruerentur. Alia figurā
 est magna illa ciuitas Hierusalē, cuius nomine b; scri-
 ptura sepius sanctā Ecclesiām significant. Nimirum
 in illa c; sola offerre Deo sacrificia licet: quia in so-
 la etiam Dei Ecclesiā d; neque extra eam vſquam;
 verus cultus, verumq; sacrificium reperitur, quod
 Deo placere villo modo possit. An illud etiam extre-
 mo loco, de Ecclesiā docēdum erit, qua nam ratione
 credimus.

Hier. In dia-
la. aduersi.

Cyp. lib. 4.
epist. 9.

Figuræ ve-
ræ Ecclesiæ.

Genes. 6.

Cyp. de vnl
ca ec. & li. t

epi. 1. & li. 4

epi. 2. Auli.

4. de Sym.

ad Cathec.

ca. 10.

b Gal. 4. &

Heb. 12.

c Deut. 12.

d Aug. ser.

181. de tēp.

& epist. 50.

ad Bonifa-

Greg. li. 3 §

mora. c. 6.

Ecclesiām

quomodo

credimus.

nos credere ecclesiam, ad articulos fidei pertineat. Nam et si qui uis ratione & sensibus percepit, Ecclesiam, id est, hominum conuentum in terris esse, qui Christo Domino addicti & consecrati sunt, neque ad eam rem animo concipiendam fide opus esse videatur: cum nec Iudei, nec Turcae quidem de eo dubitet: tamen illa mysteria, quae in sancta Dei Ecclesia contineri partim declaratum est partim in sacramento ordinis explicabitur, mens fide tantummodo illustrata, non ullis rationibus conuicta, intelligere potest. Cum igitur hic articulus non minus, quam cetera intelligentiae nostrae facultatem, & vires supereret, iure optimo constitutus, nos Ecclesie ortum, munera, & dignitatem non humana ratione cognoscere, sed fidei oculis intueri. Neque enim homines huius Ecclesie authores fuerunt, sed Deus ipse immortalis, qui eam super firmissimam petram edificauit, teste Pro-

a Psal. 86. pheta: ^a Ipse fundauit eam altissimus: quam ob causam ^b hereditas Dei, & ^c Dei populus appellatur.

b Psal. 2. ^b sam ^c Nec potest as, quam accepit humana est, sed diuino munere tributa. Quare quemadmodum naturae viribus comparari non potest: ita etiam fide solum in-

d. Matt. 16 telligimus in Ecclesia ^d clavis regni celorum esse, eiq^z

e Ioan. 20. potestatem ^e peccata remittendi, ^f excommunicandi

f Matt. 18. candi, verumq^z, Christi corpus & consecrandi tra-

g Luc. 22. ditam: deinde ciues, qui in ea morantur, ^h non habe-

re hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquietus.

h Heb. 13. Vnam igitur Ecclesiam, sanctam, & catho-

licam

licam esse necessario credendum est. Tres enim Trinitatis personas, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, ita credimus, ut in eis fidē nostrā collocemus.

Nunc autē mutata dicēdi forma, sanctam & nō in sanctā Ecclesiam, credere profitemur, ut hac etiā diuersa loquēdi ratione, Deus omniū effector à creatis rebus distinguatur, praeclarag̃ illa omnia, que in Ecclesiam collata sunt beneficia, diuinæ bonitati accepta referamus.

g Augu. de
temp. serm.
131. & 181

Sanctorum communionem. Cum sanctus Ioannes Euangelista de diuinis mysterijs ad fideles scriberet, cur eos in illis eruditiret, hāc rationē attulit: Ut & vos, inquit societate habeatis nobiscum, & societas nostra sit cū patre, & cū filio eius Iesu Christo. Hec societas in cōmunione sanctorū sita est, de qua in hoc articulo sermo habetur. Utinam verò in eo explicādo Ecclesiariū presides, Pauli, & aliorum Apostolorū diligentia iunxit arctetur. Est enim non solū quadū superioris articuli interpretatio, doctrinaq; uberrimorum fructuū, sed etiā quis vsus mysterio rū esse debeat, que symbolo continentur, declarat. Omnia enim eius rei causa peruestigāda sunt ac percipienda, ut in hanc tā ampliā & beatā societate sanctorum admittantur, admisiq; constantissime perseueremus cū gaudio gratias agetes Deo patri, qui h Col. 1. dignos nos fecit in partē sortis sanctorū in lumine.

1. Ioann. 1.

In primis igitur fideles docēdi sunt, hunc articulū esse illius, qui de yna sancta Ecclesia Catholica quomodo.

omnia do- antea positus est, veluti explicatiōē quādam. Vni-
na sint com- fias enim spiritus à quo illa regitur, effecit, vt quid
munia. quid in eā collatum est, cōmune sit. Omniū enim sa-
cramentorum fructus ad vniuersos fideles pertinet

quibus sacramentis, veluti sacris vinculis, Christo
connectuntur & copulantur & maxime omniū ba-
ptismo, quo tanquā ianua, in Ecclesiā ingredimur.

Hac autē sanctorū cōmuniōne, sacramētorū commu-
nionem intelligi debere, Patres in Symbolo signifi-
cant illis verbis. Confiteor vnu baptisina.

Baptisī vero in primis Eucharistia & deinceps cate-
ra sacramēta consequuntur. Nā & si hoc nomē om-
nibus sacramētis conuenit, cum Deo nos coniungat,
illiusq; participes, cuius gratiam recepimus, effant:

a 1. Cor. 10 magistamen proprium est Eucharistie, ^a que hanc
efficit communionem. Sed alia etiam communio in
Ecclesia cogitanda est. Quaecunq; enim pie sancte-

b 1. Co. 13 que ab uno suscipiuntur, ea ad omnes pertinent, &
3. Ambr. in vt illis profint, charitate, que ^b non querit, que

psalm. 118 sua sunt, efficitur. Id vero cum S. Ambrosij testimo-

ferm. 8. nio comprobatur, qui locum illū psalmi explanans:

Particeps ego sum omnium timētum te, ita inquit:

Sicut mēbrum particeps esse dicimus totius corpo-
ris, sic cōiunctum omnibus timētibus Deum. Quare

Christus eam nobis orandi formam prescripsit, vt
diceremus: Panem nostrum, non meum: ac reli-

qua cius generis, non nobis rātum, sed omium salu-
ti, & commodis prospicientes. At vero hac bongrum

Matth. 6.

com-

cōmunicatio, mēbrorum humani corporis aptissima
 similitudine in sacris literis sēpē demonstratur. Nam
 in corpore multa sunt mēbra: sed^a & si multa sunt,
 vñū tamē corpus cōstituunt, in quo singula proprio,
 non autē omnia eodem munere funguntur. Nec verō
 omnia eandē dignitatē habēt, aut ēque utiles & de
 coras functiones exequuntur: nulliq; suum, sed to
 tius corporis commodum, atq; utilitas proposita est.
 Omnia deinde tam apta inter se & connoxa sunt
 vt, si vñū aliquod dolore afficitur, cetera itē nature
 cognitione & consensu doleant: si contra, bene af
 fectum est, cōmunis sit omnibus ille iucūditates sen
 sus. Atq; hac eadem in Ecclesia licet contemplari: in
 qua et si diuersa sunt mēbra, nempe variæ nationes,
 Iudeorum, Gentium, liberi & serui, pauperes & di
 uites, cum tamē baptismō initiatur, vnum corpus cū
 Christo sūnt, cuius ille caput est. Vnicuique præ
 re in hac Ecclesia suum munus assignatum est. Ut
 enim^b alij in ea Apostoli, alij doctores, omnes ve
 rō publice utilitatis causa sunt cōstituti: ita aliorū
 est præesse ac docere, aliorum item parere & sub
 iectos esse. At vero tot, tantisq; muneribus ac bonis
 diuinitus collatis illi fruuntur, qui in charitate vi
 tam Christianā degunt, iustique & chari Deo sunt.
 Membra verō mortua, nimirum homines sceleri
 bus obstricti, & à Dei gratia alienati, hoc quidem
 bono non priuantur, vt huius corporis membra esse
 desinant: sed cum sint mortua, fructum spiritualem

qui ad iustos & pios homines peruenit, non percipiunt: tametsi, cum in Ecclesia sint, ad amissam gratiam vitamq; recuperandam ab ipsis adiuuantur, qui spiritu viuunt & eos fructus capiunt, quorum expertes esse dubitari non potest, qui omnino ab ecclesia sunt praecisi.

Gratiae gratias dat quo modo communes. Nec vero tantum communia sunt ea dona, quae homines charos Deo atque iustos reddunt, sed gratiae etiam gratis datae, in quibus numerantur, ^a scientia, prophetia, donum linguarum ac miraculorum, & cetera huius generis: que dona malis etiam hominibus, non priuatæ, sed publicæ utilitatis causa: ad edificandam Ecclesiam conceduntur. Nam sanitatis gratia, non illius qui ea præditus est, sed ergo-

Externæ facultates in ecclesia quo modo communes. tæ curandi causa tributa est. Ac nihil tandem à vere Christiano homine possidetur, quod sibi cum ceteris hominibus commune esse non existimare debeat.

b 1.Ioā.3. Quare ad subleuādam indigentium misericordiam propiti ac parati esse debent. Nam qui huiusmodi bonis ornatus est, ^b si viderit fratrem suum egere, nec illi subuenierit, is Dei charitatē non habere plane convincitur. Quæcum ita se habeant, satis constat, eos qui in hac sancta communione sunt, quædam felicitate perfici, & vere illud dicere posse: ^c Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutū: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini: & Beati, qui habitant in Domo tua Domine.

Remissionē peccatorū. Nemo est, qui cum

videat hunc articulum de remissione peccatorum, in ceteris fidei articulis numeratum esse, dubitare posse eo non solum diuinum aliquod mysterium, sed etiam ad salutem comparandam maxime necessarium contineri. Nam ante a declaratum est sine certitudine fidei, quae in Symbolo credenda proponitur nemini ad Christianam pietatem aditum patere. Verum si id, quod per se omnibus notum esse debet, aliquo etiam testimonio confirmandum videatur satis illud erit, quod Saluator noster paulo ante ascensionem in calum de ea re testatus est, cum discipulis sensum aperuit, ut intelligeretur scripturas: Oportebat, inquit **Luc. 24.** Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius paenitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Quæ verba si Parochi animaduertirint facile intelligent, cum cetera, quæ ad religionem pertinent, fidelibus tradenda sint, tum vero precipue huius articuli diligenter explicandi magna eis à Domino necessitatem impositam esse. Munus igitur **Isa. 33.** Parochi erit, quod ad hunc locum attinet, docere, non solum peccatorum remissionem in catholica Ecclesia reperiri, de qua Isaías predixerat: Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniurias: sed etiam potestatē peccata remitti in ea esse: quasi rite, & secundū leges à Christo Dño prescriptas sacerdotes videntur, vere peccata remitti & condonari creditum est. Hoc autem venia, cum primum fidem proficentes

profitentes sacro baptismo abluiimur, adeo cumulate
 a Cō. Flor. nobis datur, vt nihil^a aut culpæ delendū siue ea ori-
 & Trid. ses. gine contracta, siue quid propria voluntate omissum
 5. can. 5. vel commissum sit, aut pœna persoluedum relinqua-
 Hiero. ad Oceanum. Verum per baptismi gratiā nemo tamen ab om-
 ep. 83. Na- ni naturae^b infirmitate liberatur: quin potius cum
 zi. in or. In vnicuiq₃ aduersus concupiscentie motus, que nos ad
 sanctū laua peccata incitare nō desinit, pugnandum sit vix vllū
 crum. Aug. reperias, qui vel tam acriter resistat, vel tam vigilā-
 in enh. ca. ter salutem suam tueatur, vt omnes plagas vitare
 64. Greg. II. possit. Cū igitur necess: fuerit, in Ecclesia potest. atē
 9. epist. 39. b cōdo. Tri. esse peccata temittēdi, alia etiā ratione quā baptis-
 ses. 5. can. 5. mi. sacramēto claves regni cœlorū illi cōcredite sunt
 Aug. i psal. quibus possint vnicuiq₃ pœnitenti, etiam sic vſq₃ ad
 118. cōcto. extremū vitæ diem peccasset, delicta condonari. Cha-
 3. lib. 1. de rissima huius rei testimonia in sacris literis habe-
 pec. mer. c. mus: nam apud sanctum Matth. eū Dominus ita ad
 c Ezecl. 18. Petrum loquitur: d Tibi dabo claves regni cœlorū:
 33. Hier. 3. & quodcumque ligaueris super terram, erit ligata^c
 Lu. 23. Au- & in cœlis: & quodcumq₃, solueris super terram erit
 gust. scr. 58 & 181. de solatum & in cœlis. Item, & quecumq₃ alligaueritis
 zep. Chrys. super terram, erant ligata & in celo: & quecumq₃
 ho. 2. in pial solueritis super terrā, erant soluta & in celo. Dein-
 mo. 50. de sanctus Io. mnes testatur Dominum, cum insuf-
 d Mast. 16. flasset Apostolis, dixisse: Accipite Spiritū sanctum,
 e Matt. 18. quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & que-
 Ioan. 10. rūm retinueritis, retenta sunt. Neque vero existi-
 mendum est, hāc potestate certis quibusdam pec-

catorū generibus definitā esse. Nullum enim tam ne
fariū facinus vel admitti, vel cogitari potest, cuius a
remittendi potestatem sancta Ecclesia non habeat.
Quemadmodum etiam nemo adeo improbus & sce-
lestus fuerit, quem si erratorum suorum vere peni-
teat, certa ei venia spes proposita esse nō debeat. Sed
neque hęc eadem potestas ita circumscribitur, ut
præfinito solum aliquo tempore ea vti liceat. Nam
quacunque hora peccator ad sanitatē redire volue-
rit, reijciēdum non esse docuit Saluator noster, cum
principi Apostolorum interroganti, quoties pecca-
toribus ignoscendum esset, an septies? respondit: Non
septies, sed vsque septuagies septies. Verum si mini-
stros diuine huīus potestatis spectamus, ea minus la-
te patere videbitur. Dominus enim nō omnibus, sed d
Episcopis tantum & sacerdotibus tam sancti mune-
ris potestatem dedit. Idem etiā n cēsendū erit, quod
ad rationem eius potestatis exercēde pertinet. Nam
per sacramēta solum, si eorum forma seruetur, pec-
cata remitti possunt: aliter vero nullum ius à pecca-
tis soluēdi Ecclesie datum est. Ex quo sequitur tum
sacerdotes, tum sacramēta ad peccata condonanda
veluti instrumenta valere quibus Christus Domi-
nus auctor ipse, & largitor salutis, remissionem pec-
catorum, & iustitiam in nobis efficit.

Vt autem fideles cœlestē hoc munus, quod singu-
lari in nos Dei misericordia Ecclesia donatum est,
magis suscipiant, atque ad eius usum & tractatio-

a Amb. II. i
de pœnai. c.
z. Au. serm.
58. de tēpō.
& in lib. 50a
homiliarū.
ho. 21. 1. 1.
b Ezech. 18
32. Luc. 23
Chrysost. in
psal. 50. ho.
z. Au. d cor
re. & grat.
ca. 15. & ser.
18. 1. de tēp.
c. 16.
c. Mat. 1. 18
d Cō. Tri.
sels. 14. c. 6.
& can. 10.
Chry. lib. 3.
de saēter. &
hō. 5. d ver.
Isaiae, vide
Dom. Amb.
li. 2. de pœ-
ni. c. 2. Gre.
homi. 16. in
Euang.

nem ardentiori pietatis studio accedant conabitur.
Parochus huins gratia dignitatem, & amplitudinem
demonstrare. Ea autem ex hoc potissimum perspicie-
tur si, cuius virtutis sit peccata remittere, & homi-
cata remit-
teret.

Diuinæ vir-
tutis est pec-
tur si, cuius virtutis sit peccata remittere, & homi-
cata remit-
teret.

nes ex iniustis iustos reddere, diligenter expositum
fuerit. Constat enim, infinita & immensa Dei vi-
hoc effici, quam eandem in excitandis mortuis, & in
mundi creatione necessaria esse credimus. Quod si

D. Aug. tra. etiam, ut Augustini sententia confirmatur, maius
62. in Ioan. opus existimandum est aliquem ex impiis pium facere
quæ celum & terram ex nihilo creare, cum ipsa crea-
tio non nisi ex infinita virtute possit existere: conse-
quens est, ut multo magis peccatorum remissio infini-
tae potestati tribuenda sit. Quare verissimas esse pri-
scorum patrum voces agnoscimus, quibus confitentur,
ab uno Deo peccata hominibus condonari, neque ad
alium authorem, quæ ad summam cius bonitatem &
potentiam tam mirificum opus referendum esse. Ego
sum, inquit ipse Deus per Prophetam, ego sum ipse, qui
deleo iniquitates tuas. Nam scelerum remittendo-
rum eadem ratio videtur esse, quam in pecunia debi-
ta seruare oportet. Quemadmodum igitur à nemine,
nisi à creditore pecunia, quæ debetur, remitti potest:
ita, cum vni Deo peccatis obstricti simus, (siquidem

c Matth. 6. quotidie oramus, "Dimitte nobis debita nostra, per-
Diuinum il spicum est, à nemine prater illum, debita nobis con-
lud munus donari posse. Hoc vero admirabile & diuinum mu-
quibus ho- nus, antequam Deus homo fecerit, nulli creato natu-

rae impertitum est. Primus omniū Christus, Salua- minibus cō
 tor noster, vt homo, cū idē verus Deus esset, hoc mu- municatū,
 nus à cœlesti patre traditum accepit. Vt sciatis, f in f Matt. 2.
 quit, quia filius hominis habet potestate in terra di-
 mittēdi peccata, ait paralytico: surge, tolle grābatū
 tuū & vade in domū tuā. Cū igitur homo factus es-
 set, vt hominibus hāc peccatorū veniā largiretur pri-
 usquā in cælū ascēderet, vt ibi ad dexterā Dei in per-
 petuum sederet, eā potestate Episcopis & presbyte-
 ris in Ecclesia cōcessit: quāquā, vt antea docuimus g Ioan. 20.
 Christus sua auctoritate, ceteri, vt eius ministri,
 peccata dimittūt. Quamobrem si quæ infinita virtu-
 te effecta sunt, maxime admirari & suscipere debe-
 mus satis intelligimus, preciosissimū hoc mun⁹ esse,
 quod Christi dñi benignitate Ecclesie donatum est.
 Sed ipsa etiā ratio, qua Deus, clementissimus pater, Per Christi
 mundi peccata delere cōstituit, animos fidelium ad paſlionē &
 huius beneficij magnitudinem contemplandam ve- sanguinem
 bementer excitabit: ^h sanguine enim virginis filij cōdonatur,
 sui sceleræ nostra expiari voluit, vt pœnam, quam peccata .
 nos pro peccatis commeruimus, vltro ille persolue- h Hebr. 9.
 ret, iustusq; pro iniustis damnaretur, innocens pro Coloss. 1.
 reis morte acerbissima afficeretur. Quare cum ani-
 mo cogitabimus, nos ⁱ non corruptilibus auro & i 1. Petri. 1.
 argento redemptos esse, sed precioso sanguine quasi
 agni immaculati Christi, & incontaminati: facile
 statuemus, nihil nobis salubrius cōtingere potuisse
 hac remittēdi peccata potestate, quæ inexplicabile
 Dei

Dei prouidētiā summāq; erga nos charitatē ostēdit.

Ex hac autem cogitatione maximus fructus ad
 omnes perueniat, necesse est. Nam qui^a Deum mor-
 tali aliquo peccato ostendit, quidquid meritorū ex
 Christi morte & cruce consecutos est, statim amittit.
 & omnino paradisi aditu, quem prius interclusum
 Saluator noster passione sua omnibus patefecit,
 prohibetur. Quod quidē cum in mentem venit,
 facere nō possamus, quin humanæ misericordie consideratio
 vehementer sollicitos nos habeat. Verūm si
 animū ad hanc admirabilem potestatem referamus
 quæ Ecclesiæ diuinitus tributa est: & huius articuli
 fide confirmati, oblatam vnicuiq; facultatem cre-
 damus, ut possit diuina ope adiutus, in pristinum di-
 gnitatis statum restitui: tunc verò cogimur summo
 gaudio & letitia exultare, & immortales Deo
 gratias agere. Ac profecto si grata & iucunda me
 dicamenta videri solent, que nobis medicorum arte
 & industria, cum graui aliquo morbo laboramus,
 parantur: quanto uicundiora esse debent ea reme-
 dia, quæ Dei sapientia ad animorum curationem,
 atque adeo ad vitam reparandam instituit? cum
 presertim non quidem dubiam salutis spem, ut me-
 dicina illæ: quæ corporibus adhibentur sed certissi-
 mam ijs, qui sanari cupiunt, salutem afferant. Erūt
 igitur fideles hortādi, postquam tam ampli & pre-
 clari munera dignitatem cognoverint, ut illud etiā
 studeant ad suum commodum religiose conuer-

tere

tere. Vix enim fieri potest, vt qui re vtili & neceſſaria nō vtatur, eam cōtempnere nō existimetur: p.r.e ſertim verò cum dñs hanc potestatē remittendi pec-
a Concl.
Tri. ſel. 14.
c. 2. & cā. 25
Aug. li. r. do
 cata eare tradiderit ecclēſia, vt oēs hoc salutari re-
 medio vteretur. Nam quēadmodū nemo ſine baptiſ-
 mo expiari potest: ^a ita quicunq;^z baptiſmi gratiam adulterinis.
 mortiferis ſceleribus amiffam, recuperare voluerit cōiugijſ. c.
 ad aliud expiationis genus, nimirū pænitētis ſacra
 mentū confugiat neceſſe eſt. Verum hoc loco admo-
 nendi ſunt fideles, ne, tā ampla veniae facultate pro-
 poſita, quā etiā nullius tēporis termino definiſiri de-
 clarauimus, ^b vel ad peccātūm facilioreſ, vel ad re-
 cipiēdū tardiores reddātur: in altero enim cū iniu-
 riosi & contumeliosi in hanc diuinā potestatē ma-
 nifeste deprehendantur, indigni ſunt, quibus Deus
 misericordiā ſuam impertiatur: in altero verò ma-
 gnopere verēdum eſt, ne morte p.r.eoccupati, fruſtra
 peccatorum remiſſionem cōfesſi fuerint, quā tardi-
 tate & procrastinatione merito amiferunt.

Carnis resurrectionem.

Magnam huius articuli vim eſſe ad fidei noſtre
 veritatē ſtabiliendā id maximē oſtēdit, quod dini
 niſ literis non ſolum credendus fidelibus proponi-
 tur, ſed multis etiam rationib⁹ cōfirmatur. Quod
 quidem cum in alijs Symboli articulis vix fieri vi-
 deamus, intelligi potest, hoc veluti firmiſſimo fun-
 damento ſalutis noſtrię ſpem nixam eſſe. Nam, vt
 Apostolus ratiocinatur: Si mortuorum resurrectio

Vndeclī
articuli fi-
des quam
neceſſaria.

1. Cor. 15

non est, neque Christus resurrexit: quod si Christus non resurrexit, inanis est praedicatio nostra, inanis est & fides vestra. In eo igitur explicando Parochus non minus opera & studij ponet, quam in eo euertendo multorum impietas laborarit. Magnas enim & praeclaras utilitates ex ea cognitione ad fideliū scu-

Cur non di-
cimus. Ho-
minis resur-
rectionem, quidem sine causa factum nō est.) (Nam docere vo-
luerūt Apostoli id, quod necessario ponendum est, ani-
mā carnis. **Prima**
causa.

mā esse immortale. Quare ne quis forte eam simul
cū corpore interisse, utrumque vero in vitam reno-

cari existimaret, cū animā plurimis^a sacrarum lite-

rariū locis immortalem esse plane constet, ob eam rē

b **Sap. 2.3.** carnis tantū suscitanda mētio in articulo facta est.

Matth. 10.) (Et quanquam sēpe etiā in sacris scripturis caro

(Secunda. integrū hominē, vt est apud Iſaiam. Omnis caro fœ-

Isal. 40. nū: & apud sanctū Ioannem, Et verbum caro factū

Ioan. 1.6. est, significet: hoc tamen loco carnis uox corpus de-

clarat: vt duarum partium, anime & corporis, qui

bus homo constat, alteram tantū, nempe corpus cor-

tumpi, & in puluerem terre, ex qua compactum

est, redire: animam vero incorruptam manere intel-

ligamus. At vero, cum nemo, nisi mortuus fuerit, ad

(Tertia vitam reuocetur, anima proprie non dicitur resur-

z. Timo. 1. gere.) (Carnis quoque mētio facta est illius heresis

d Timo. 2. cōfutāde causa, quae viuo Apostolo, **b** Hymenai, &

Phi-

Philetis fuit, qui asserebant, cum de resurrectione in scripturis sacris ageretur, non de corpore sed de spiritu rituali, quia à morte peccati ad vitam innocentem resurgitur, accipiendum esse. Itaque his verbis plenum fit, eum errorem tolli, & veram corporis resurrectionem confirmari.

† Verum Parochi partes erunt, hanc veritatem † Carnis re illustrare exemplis ex veteri novoq[ue] testamento, & surrexisse ex omni Ecclesiastica hy storia de promptis. Alij enim xp[ist]i pl[et]is scri-
ab^a Helia, & Heliseo ^b in veteri testamento: alijs, pturc & te-
preter eos, quos ^c Christus Dominus à morte excita stmonijscā
uit, à sanctis ^d Apostolis, alijq[ue] permultis ad vitam probatur.
reuocati sunt: quae resurrexitio multorum huius arti a 3.Reg.17
culi doctrinam confirmat, vt enim plures à morte b 3.Reg.4.
excitatos credimus: ita vniuersos ad vitam reuocatum c Matih.9.
iri credendum est. Quin etiam pricipius fru- Lut.7.10a.
ctus, quem nos ex huiusmodi miraculis capere debē d Ago. 9.
mus, ille est, vt summam fidem huic articulo tribua- 20.
mus. Sunt multa ^a testimonia, quae Parochis, qui in sa- c Isaia. 26
cris literis mediocriter versati sunt, facile occurret. Ezec. 37.
Illustriora vero loca sunt in veteri quidē testamento,
quae leguntur apud Iob, cum ait: Se in carne sua co- Iob.19.
specturum Deū suū: & apud Danielē de ijs, qui in Daniel. 12.
puluere terre dormiunt, alios in viuū eternā, ultros in
opprobrium sempiternum euigilaturos: In novo au-
tem testamento, quae S. Matthæus refert de disputa-
tione, quam Dominus cum Sadduceis habuit: p[ro]c. Matih. 22.
terea, quae Euangelista narrant de extremo iudicio. Ioan. 5.

1. Cor. 15. Atquē huc etiam referenda sunt, quæ Apostolus, ad ad Thess. 4. Corinthios, & ad Thessalonenses scribens, accurata oratione differuit. Sed quāvis hoc fide certissimū sit, multū tamē proderit, vel exemplis, vel rationibus ostendere id, quod fides credendum proponit, à natura aut ab humanae mentis intelligentia non abhorre

1. Cor. 15. re. Itaq; Apostolus querenti quomodo resurgerent mortui, sic respondit: In sapientia tua, quod seminas, non similitudinem vivificabitur, nisi prius moriatur: & quod seminas, nūbus probatur resurrectio. non corpus quod futurum est seminas sed nudū granum ut puta tritici, aut alicuius ceterorū: Deus autem dat illi corpus sicut vult. Et paulo post inquit: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Ad eam similitudinem multas præterea adiungi pos-

S. Grego. se, S. Gregorius ostendit: Lux enim, inquit, quotidie lib. 14. Mo. quasi moriendo oculis subtrahitur, & rursus quasi resurgendo renovatur, & arbusta viriditatē amittunt, & rursus quasi resurgendo reparantur: & semina putrescendo moriuntur, & rursum germinando

Rationes resurgent. Rationes illæ præterea, quæ ab ecclesiasticis Theologis, resurrectangle scriptoribus afferuntur, satis ad eam rem probandam accommodatæ videri possunt. ^a Ac primum quidem, cum anime immortales sint, & tanquam pars hominis ad humana corpora naturalem propensionem habeat, eas à corporibus sciunctas perpetuo manere præter naturam existimandum est. Quoniam vero,

quod naturæ aduersatur, ac violentum est, diuturnum esse non potest, consentaneum fore videtur, ut denuo

denuo cum corporibus iungantur: ex quo etiā sequitur ut corporum resurrectio futura sit. Quo quidem argumentādi genere^a Saluator ipse noster v̄sus est, a Mat. 22. cum aduersus Sadduceos disputans, ex animarum immortalitate corporum resurrectionem conclusit. † Secunda.

† Deinde cum malis supplicia, bonis præmia à iustissimo Deo sint proposita: ex illis vero quamplurimi antequam debitas penas persoluant, ex his magna ex parte nullis affecti virtutis præmijs è vita decedat necesse est iterum animas cum corporibus coniungi, ut pro sceleribus aut recte factis corpora, quibus veluti peccati socijs homines vntuntur, vna cū anima pœna aut præmio afficiantur: Qui locus diligentissime tractatus est à S. Chrysostomo in homilia ad populu^b S. Chry. ho. Antiochenum, Quare Apostolus, cum de resurrectio ne dissereret,^b Si in hac vita, inquit, tantū in Christo sperātes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Que quidem verba nemo ad animæ misericordiam referri existimabit: que cum immortalijs sit, quamvis corpora non resurgerent, in futura tamen vita beatitudine frui posset: verum de toto homine intelligenda sunt. Nisi enim corpori debita pro laboribus præmia reddantur: necesse est, ut, qui quemadmodum Apostoli, tot ærumnas & calamitates in vita perpessi sunt, omniū sint miserrimi, Idem vero multo apertius docet ad Thessalonicenses his verbis: Glo c. 2. The. 2 riamur in Ecclesijs Dei pro patientia vestra, & fide in oībus persecutionibus vestris, & tribulationibus

quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini: si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem ihs, qui vos tribulant, & vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Dñi Iesu de calo, cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam ihs, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euāgelio Dñi nostri Iesu Christi. ¶ Adde etiā non posse homines, quādiu anima à corpore se iuncta est, plenam felicitatem, & bonis omnibus cūmulatoram adipisci. vt enim quilibet pars à toto separata, imperfecta est: ita etiam anima que corpori non est adiuncta. Ex quo sequitur, vt illi ad summam felicitatem nihil desit, corporum resurrectionem necessariam esse. His igitur atq; alijs huiusmodi rationibus Parochus fideles in hoc articulo erudire poterit.

Explicare præterea diligenter oportebit ex Apo-
Devaria re stoli doctrina, quinam ad vitam suscitādisint. Nam
lurgentium ad Corinthios scribens, ^a Sicut in Adam, inquit,
conditione omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivifica-
buntur. Omnis itaque malorum, honorumq; discrī-
mine remoto, omnes à mortuis, quanquam non om-
nium par conditio futura est, resurgent: qui ^b bona
fecerūt, in resurrectionem vita: qui vero mala ege-
runt, in resurrectionem iudicij. Cum autem omnes
dicimus tam eos intelligimus, qui aduentante iudi-
cio mortui iam erunt, quā eos, qui morientur. Huic
enim sententiae, qua asserit omnes morituros esse,
nemine

b Ioan. 5.

nemine excepto. Ecclesiam acquiescere ipsamque a S.Hier.in
sententiam magis veritati conuenire, scriptum re- epi. 152.ad
liquit sanctus^a Hieronymus. Idē sentit & sanctus, Minerū &
Augustinus. Ne que vero huic sententiæ repugnant Alexan.
Apostoli verba, ad Thess. scripta: ^b Mortui qui in b Aug.lib.
Christo sūt, resurget primi: deinde nos, qui viuimus 20.deCtui.
qui relinquimur, simul rapiemur cū illis in nubibus Dcl.c.20.
obuiā Christo in aera. Nā sanctus^c Ambrosius, cum c 1.The.4.
ea explanaret, ita inquit: In ipso raptu mors pœne d S.Ambr.
niet, & quasi per soporem, ut egressa anima in mo- in.i.epi.ad
mento reddatur: cū enim tolletur, morietur, ut per- Thessal.
uenientes ad Dñm, presentia Dñi recipiat animas,
quia cū Domino mortui esse non possunt. Eademque
sententia cōprobatur sancti Augustini auctoritate,
in lib. de Cœnitate Dei. Cum vero multū referat, no
bius certo persuaderi, hoc ipsum, atque adeo idē cor- Aug.II. 20.
pus, quod Vniuersiisque propriū fuit, quamvis cor- de Ciu.Dcl
ruptum sit, & in pulucrem redierit, tamē ad vitam c.20.
fuscait andam esse, illud etiam Parochus accurate ex
plicādum suscipiat. Hoc Apostoli est sententia, cum i c 1.Cor.15
inquit: ^d Oportet corruptibile hoc induere incorru- f Iob.19.
ptionem: ea voce, Hoc, proprium, corpus aperte de- Hie.epist.6
monstrans. Iob etiam de coelariſime vaticinatus adPammachiū,
est: ^e Et in carne mea, inquit, video Deum, quem uersus ero
visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi
sunt, & non aliis. Hoc idem colligitur ex ipsius re
surrectionis definitione. Est enim resurrectio, autho
re Damasco, ad eum statum, unde occideris re-

uocatio. Deniqz, si consideremus, cuius rei causa resurrectione futuram paulo ante demonstratum est, nihil erit, quod cuiusquam animum hac in re dubium facere possit. Idcirco autem corpora excitada esse docui

a 2. Cor. 5.

mus, ut referat unusquisqz propria corporis, prout gesit, sive bonum sive malum. Hominem igitur ex ipso corpore, cuius opera, vel Deo, vel demoni seruit, resurgere oportet: ut cum eodem corpore trium

b Resorget

quidqd ad naturae veri tantum resurget, sed quidquid ad illius naturae vetatem, & honestatem, atqz ad hominis decus & ornamentum perminis decus tinet, restituendum est. Praeclarum ea de re sancti pertinet S. August. testimonium legimus. Nihil tunc vitijs, inquit Aug. lib. 2. in corporibus existet: si aliqui plus pinguedine obedi ciui. Del c. 19. & Enchir. c. 99.

si, & crassi extiterint, non totam corporis molem asserunt, sed quod illam habitudinem superabit, reputabitur superfluum: & è diuerso, quacunque vel morbus, vel senium conficit in corpore, reparabitur per Christum virtute diuina, ut, si aliqui propter macrorem fuerint graciles, quia Christus non solum nobis corpus reparabit, sed quidquid per miseriariam

c S. Augu.

huins vite fuerit nobis ademptum. Item alio loco.

Euchi. c. 98

Non resumet homo capillos, quos habuerit, sed quos

d Matt. 10

decuerit, iuxta illud: Omnes capilli capitis vestri numerati sunt, qui secundum diuinam sapientiam sunt reparandi. In primis vero, quoniam membra ad veritatem humanae naturae pertinent, simul restituens

ſit uenit omnia. Qui enim vel ab ipso ortho oculis capti sunt, vel ob aliquem morbum lumina amiserunt claudi atq; omnino macti, & quibusuis membris debiles, integro ac perfecto corpore resurgent. Aliter enim animæ desiderio, quæ ad corporis coniunctionem propensa est, minimè satisfactum effet: cuius tamen cupiditatē in resurrectione explendat esse sine dubitatione credimus. Præterea, satis constat resurrectionem æquè ac creationē inter præcipua Dei opera numerari. Quemadmodū igitur omnia à Uera initio creationis perfecta fuerunt, ita etiā in resurrectione futurū omnino affirmare oportet. Neq; id de martyribus solum fatendum est, de quibus S. Augustinus ita testatur: Non erunt absque illis membris: non enim posset illa mutilatio non esse corporis vitium: alioquin, qui capite truncati sunt, deberent sine capite resurgere. Veruntamen extabunt in eorundem membrorum articulis gladij cicatrices, refulgentes super omne aurum, & lapidem pretiosum veluti & cicatrices vulnerum Christi: quod de improbis quoque verissime dicitur, et si illorum culpa membra amputata fuerint. Nam quo plura membra habebunt, tanto acerbiori dolorum cruciatu confientur. Quare illa membrorum restitutio non ad eorum felicitatem, sed calamitatē, ac miseriā est redundatura: cum merita non ipsis membris, sed personæ, cuius corpori coniuncta sunt adscribantur. Nam ijs, qui paenitentiam egerunt:

Vide ll. 22.
de ciui. Dei
c. 20.

ad præmium: illis vero, qui eandem contempserint, ad supplicium restituentur. Hac verò si à Parochis attente cōsideretur, nunquā eis rerum & sententiārum copia deerit ad excitandos inflammadosque pietatis studio fidelium animos: vt vite huius molestias & erunmas cogitātes, beatā illā resurrectionis gloriā, quae iustis & pijs proposita est, aude exspectent.

Post resurrec-
tionē alia
erit corpo-
rum condi-
tio.

Sequitur nunc, vt fideles intelligent, si ea spectemus, que corporis substantiam constituant, quam rūmis illud ipsum, atque idem corpus à mortuis reuocari oporteat, quod antea extinctum fuerat, longe aliam tamen & diuersam eius conditionem fore.

Vt enim cetera omittamus, in eo maximè resurgentium corpora omnia à se ipsis different, quod cum antea mortis legibus subiecta essent, posteaquā ad uitam suscitata fuerint, sublato bonorum malorumque discrimine, immortalitatem consequentur.

Quam quidem admirabilem naturæ restitutionem insignis Christi victoria meruit, quam de morte reportauit, quemadmodum sacrarum scripturarum, testimonia nos admonet: scriptum est enim: ^a Praecipitauit mortem in sempiternum. Et alibi: ^b Ero mors tua, ò mors. Quod explicans Apostol. inquit:

a Isa. 25.

b Ose. 13.

c 1. Cor. 15.

d Apo. 21.

e Hebr. 2.

^c Nouissima inimica destruetur mors. Et apud sanctum Ioannem legimus: ^d Mors ultra non erit. Decebat autem maxime, Christi Domini merito, quo ^e mortis imperium euersum est, peccatum Adalongo interuallo superari. Idem etiam diuina iustitia

stitie cōsentaneum fuit, ut boni beatæ vita perpetuo
fruerentur, mali vero sempiternas pœnas luentes,^a a Apoc. 9.
quereret morte, & nō inueniret, optarent mori, &
morts fugeret ab eis. Atque hec quidē immortalitas
bonis, malisq; cōmuni erit. Habebunt præterea san- Quatuor do-
ctorum rediuiua corpora insignia quedam & pre- tes corporū
clara ornamēta, quibus multo nobiliora futura sint glorificato-
rum.
quam vñquā ante a fuerint. Precipua vero sunt qua-
tuor illa, quæ dotes appellantur, ex Apostoli doctrina, à patribus obseruatæ. Exrum primæ est impassibili-
tas, manus scilicet & dos, que efficiet, ne molesti
aliquid pati vñloue dolore aut incommodo affici queat:
nihil enim aut frigorum vis, aut flammæ ardor, aut
aquarum impetus obesse eis poterit. Seminatur, in-
quit^b Apostolus, in corruptione, surget in incorru- b 1. Cor.
ptione. Quod autē impassibilitatē potius, quā incor- 15.
ruptionem scholastici appellauerint: ea causa fuit, vt
quod est proprium corporis glorioſi significarent.
Non enim impossibilitas illis cōmuni est cū dñnatis
quorum corpora, licet incorruptibilia sint, estuare
tamen possunt, atque algere, varijsq; cruciatibus af-
fici. Hanc cōsequitur claritas, qua sanctorum cor- Seeunda.
porata tanquam sol fulgebunt. Ita enim apud sanctū
Matth. testatur Saluator noster: Inisti, inquit, ful- c Mat. 13.
gebūt sicut sol in regno patris eorum. Ac ne quis de
eo dubitaret, sic^c transfigurationis exemplo de- d Mat. 17.
clarauit. Hanc interdum Apostolus gloriam, modo
claritatem appellat. Reformabit, inquit, corpus e Phillip. 3.
humilitatis

a 1.Cor.15 humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis
sue. Et rursum: ^a Seminatur in ignobilitate, surget
b Exo. 34. in gloria. Huius etiam gloria imaginem quandā vi-
z. Cor. 3. dit ^b populus Israel in deserto, cum facies Moysis ex
colloquio & præsentia Dei ita colluceret, vt in eam
filij Israel oculos intendere non possent. Est vero cla-
ritas hæc fulgor quidam ex summa anime fælicita-
te ad corpus redundans, ita, vt sit quedam communi-
catio illius beatitudinis, qua anima fruitur: quomo-
do etiæ anima ipsa beata efficitur, quod in eam pars
diuinae fælicitatis deriuetur. Hoc vero misere non
æque omnes, perinde ac primo ornari crededum est.
Erunt quidē sanctorū corpora omnia, æque impassi-
bilia, sed eundem splendorē non habebunt. Nam, vt

c. 1. Cor. 15 testatur Apostolus: ^c Alia claritas solis, alia claritas
lunæ, & alia claritas stellarum, stella enim ab stella
differt in claritate, sic & resurrectio mortuorū. ^d Cū
† Tertia. hac dote cœlūcta est illa, quæ agilitatem vocat, qua
corpus ab onere, quo nunc premitur, liberabitur: fa-
cillimeq; in quæcumq; partem anima voluerit, ita
moueri poterit, vt ea matiœ nihil celerius esse queat

d Aug. lib. quemadmodum aperte sanctus ^d Augustinus in lib.
20. de ciuit. de ciuitate Dei, & Hieronymus in Isaiam, docuerūt.

li. 13. c. 18. Quare ab Apostolo dictum est: ^e Seminatur in infir-
c Hie. in c. mitate, surgit in virtute. ^f His vero addita est, qua

40. Isai. in fi vocatur subtilitas: cuius virtute corpus animæ impe-
ne.

f 1. Cor. 15 riro omnino subiectetur, eiq; seruiet, & ad nutrū pra-
† Quarta. sto erit: quod ex illis Apostoli verbis ostenditur. Semina

tur, inquit, corpus animale, surget corpus spirituale.
Hæc fere sunt præcipua capita, quæ in huius articuli
explicatione tradenda erunt.

Vt autem fideles sciant, quem fructum ex tot tā
torumq; mysteriorū cognitione capere possint: pri- Quam salu-
tates ex arti-
cum declarare oportebit maximas à nobis Deo gra-
tias agendas esse, qui à hæc sapientibus absconderit,
& reuelauerit parvulis. Quot enim viri vel pruden-
tie laude præstantes, vel singulari doctrina præediti,
in hac tam certa veritate ceci plane fuerunt? Quod
igitur nobis illa patefecerit, quibus ad eā intelligē-
tiā aspirare non licet, est, quod summā eius beni-
gnitati & clemētiā perpetuis laudibus celebremus. Secundus
Deinde magnus ille fructus ex huius articuli medi-
tatione consequetur, quod scilicet in eorum morte,
qui nobis necessitudine, vel benevolentia coniuncti
sunt, facile tū alios, tum nos ipsos eōs solabitur. Quo
quidem genere consolationis Apostolum ysum esse
constat, cum ad Thessalonenses de dormientibus 1. Thess. 4.
scriberet. Sed in omnibus etiam alijs cruminis & ca-
lamitatibus futurae resurrectionis cogitatio summā
nobis doloris leuationem afferet: quemadmodū san-
cti Iob exemplo didicimus, qui vna hac spe afflictū
& mærentem animū sustentabat, fore aliquando. vt
in resurrectione Dominum Deum suum ^b conspice- b Iob. 19.
ret. Præterea, hoc plurimum valebit ad persuaden- Tertius.
dum fidelibus populis, vt rectam vitam, integrām,
ab omniq; prorsus peccati labore puram agere quam
diligen-

diligentissime carent. Si enim cogitauerint, ingētes illas dīnitātēs, quae resurrectionem cōsequuntur, ipsis propositas esse, facile ad virtutis & pietatis studia allicientur. Contra vero, nulla res maiorem vim habitur, est ad comprehendendas animi cupiditates, hominesq; à sceleribus auocandos, quam si sepius admonentur, quibus nam malis & cruciatibus improbis afficiendi sunt, qui extremo illo die procedent in resurrectionem iudicij. Vitam æternam.

a Ioan. 5. Sancti Apostoli, duces nostri, Symbolum, quo si-
Cur vltimū dei nostræ summa continetur, eternæ vite articulo.
locū teneat claudi & terminari voluerunt: tum quia post car-
hic articu- nis resurrectionem nihil aliud fidelibus expectandum
lus. est, nisi eternæ vita præmium: tum vero, vt perfe-
cta illa felicitas, & bonis omnibus cumulata, nobis
semper ante oculos versaretur, doceremur què in ea
mentem & cogitationes nostras omnes desigendas
esse. Quare Parochi in erudiendis fidelibus nun-
quam intermittent, præmijs eternæ vite propositis,
corum animos accendere, vt quecumque vel dif-
ficillima Christiani nominis causa subeunda esse do-
cuerint, facilia atque adeo iucunda existiment,
promptioresq; ad parendum Deo & alacriores red-
dantur. Sed quoniam sub his verbis, quæ ad beatitudinem nostram declarandam hoc loco usurpan-
tur, plurima mysteria in occulto latent, ea sic ape-
rienda sunt, vt quantum cuiusque ingenium ferat,
omnibus patere possint. Admonendi igitur sunt
fidei

fideles, his vocibus Vitam æternam, nō magis per tæ æternæ
petuitatem vitæ, cui etiam demones sceleratique ho- nomine qd
mines addicti sunt, quam in perpetuitate beatitu- intelligēdū
dinem, quæ beatorū desiderium compleat, significari.
Atque ita intelligebat legis peritus ille,^a qui à do- a Luc. 18.
mino Salvatore nostro, quid sibi faciendum esset, vt
vitæ æternæ posideret, in Euangelio quæsivit: perin-
de ac si diceret: Quænam mibi praestanda sunt, vt ad
enī locum, vbi perfecta felicitate fructu liceat, perue-
niam? In hunc vero sensum ^b sacra litera hæc ver- b Rom. 6.
ba accipiunt ut multis in locis licet animaduertere. Mat. 19. 28
Hoc vero potissimum nomine summa illa beatitudo
appellata est, ne quis existimaret eam in rebus corpo-
reis, & caducis, que æterna esse non possunt, consiste-
re. Neque enim hæc ipsa beatitudinis vox satis ex-
plicare poterat, quod querebatur: præsertim cū non
defuerint homines inanis cuiusdam sapientia opinio-
ne inflati, qui summum bonum in ijs rebus pone-
rent, quæ percipiuntur sensibus. Hec enim percipiunt
& veterascunt, beatitudo vero nullo temporis ter-
mino definienda est, quin potius terrena hæc longis-
simæ à vera felicitate absunt: à qua is quæ maxime
recedit, qui mundi amore & desiderio tenetur. Scri-
ptū est enim:^c Nolite diligere mūdū, neq; ea, que in c Ioan. 21
mūdū sunt. Si quis diligit mūdū, nō est charitas Pa-
tris in eo. Et paulo post: Mūdū strāsit, & cōcupiscen-
tia eius. Hæc igitur Parochi fidelium mētibus impr̄
menda diligenter curabunt, vt mortalia contēnere,
nullam-

c. 1. Petr. 2 nullamq; in hac vita, in qua nō ciues, sed c aduenae sumus, fælicitatem obtineri posse in animum inducant. Quamquam hic etiam spē beati merito dicemur, si abnegantes impietatem ac secularia desideria, sobrie, & iuste, & pie vixerimus in hoc sæculo, expectantes beatā spēm, & aduentū glorie magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Hęc autem cum permulti, qui sibi ipsis sapientes videbantur, minus intelligerent, & in hac vita fælicitatem querendam putarent, multi facti sunt, & in maximas calamitates inciderūt. Sed illud præterea ex vi huius nominis. Vitam æternam, percipimus semel adeptam fælicitatem amitti nunquam posse, vt falso nonnulli suspicari sunt. Nam fælicitas ex omnibus bonis sineulla mali admixtione cumulatur: quæcū hominis desideriū expletat, in æterna vita necessaria cōsistit. Neque enim potest beatus nō magnopere velle, vt illis bonis, quæ adeptus est sibi perpetuo frui liceat. Quare, nisi ea possessio stabilis & certa sit, maximo cruciatu timoris angatur, necesse est.

De inenarrabili fæcto
rum fælicitate.

Verum, quanto sit beatorum, qui in coelesti patria viuunt, fælicitas, eaq; ab ipsis tantū, præterea nemine comprehendendi possit, hęc ipsæ voces, cum, Vitam beatam dicimus, satis demonstrant. Nam cum ad rem aliquam significandam eo nomine vtimur, quod cum multis alijs commune est, facile intelligimus deesse propriam vocem, qua res illa plane exprimatur. Cum igitur fælicitas ijs vocibus declarata-

claretur, quæ nō magis in beatos, quæ in omnes, qui
perpetuo viuant, recte conueniunt, hoc nobis argu-
mento esse potest, altiorem & præstantiorem quæ-
dam rem esse quam ut proprio vocabulo perfecte si-
gnificare eius rationem possumus. Nam et si pluri-
ma alia nomina celesti huic beatitudini in sacris li-
teris tribuuntur, cuiusmodi sunt ^a regnum Dei, ^b a Acto. 14
Christi, ^c celorum, ^d paradiſus, ^e sancta ciuitas, no-
ua Hierusalem, ^f domus patris, tamen perspicuum
est, nullum ex ijs ad eius magnitudinem explican-
dam satis esse. Quare Parochi hoc loco oblatam sibi
occasione non prætermittent, fideles tam amplis
præmisi, quæ vita æternæ nomine declarantur, ad
pietatem & ad iustitiam, & omnia Christianæ re-
ligionis officia inuitandi. Constat enī, vitæ in ma-
ximis bonis, quæ natura expetuntur, numerari so-
lere. At qui hoc potissimum bono, cum vitæ æternæ dici
mus, beatitudo definitur. Quod si exigua hac &
calamitosa vita, quæ tot, & tam varijs miserijs sub-
iecta est, vt mors verius dicenda sit, nihil magis ama-
tur, nihil aut carius, aut incūndius esse potest: quo
tandem animi studio, quæ cōtentione æternā illa vitæ
quærere debemus, quæ defunctis omnibus malis, per-
fecta & n̄b soluta bonoru omnium ratione coniuncta
habet? Nā, vt sancti Patres tradiderunt, æternæ vi-
ta felicitas, omnium malorum liberatione, & bonorum
adoptionē definita est. De malis clarissima sunt san-
ctorum literarum testimonia: scriptam est enim in-

^a Acto. 14^b 2. Pet. 1.^c Matt. 5.^d Luc. 23^e Apoc. 21^f Ioan. 14.^g Aug. ser. 64. de ver.

Dominis.

- a Apoc. 7. Apocalypsi: ^a Nō esuriēt, neq; sūtient amplius, neque
 b Apoc. 7. cades super illos sol, neque ullus astus. Et rursus: ^b
 &c. 21. Absterget Deus omnem lachrymā ab oculis eorum: ^c
 c Apoc. 21. & mors ultra non erit: neque luctus, neque clamor,
) (videlicet Aug. li. 21. de Cl. neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Iam ve
 Del. c. 30. & 40. (heatorū immōsa gloria innumeraque solidæ la
 li. 3. de lib. titie & voluptatis genera future sunt: cuius glorie
 arb. c. vlt. magnitudinem cum animus nos. er capere, aut illa
 Chrys. epi. in animos nostros penetrare nullo modo posse, necesse
 s. ad Theodo- se est, nos in illā, nō pe in d gaudium Dñi introire, ut
 do. lapsum Greg. hom. eo circumfusi, mētis desideriū cumulate expleamus.
 37. in euāg. Quāvis autem, vt sanctus ^c Augustinus scribit, faci
 d Mat. 25. illius mala, quib; carituri sumus, quā bona, ac volu-
 e S. Augu- ptates, quas haefuri sumus, numerari posse videātur
 serm. 64. de danda tamen erit opera, vt, que fideles summae illius
 verb. Dñi. fœlicitatis adipiscēdæ cupiditate inflamare poterūt
 Et de Sym- breuiter & dilucide explicētur.) (Sed illa in primū
 bol. ad Ca- the. libr. 3. distinctione vti oportebit, quā à grauiſſimis diuina
 cap. vlt. rum rerum scriptoribus accepimus: iij enim duo bo-
) (De præ- norum genera esse statuunt: quorum alterū ad beat
 mijs essen- titudinis naturam pertinet: alterum ipsam beatitu-
 tialibus, & dinem consequitur. Quare illa essentialia, hac vero
 accidentali bus. accessoria bona, docendi causa appellarunt) (Ac so-
) (Essentia- lida quidem beatitudo, quam essentialē communī
 lis beatitu- nomine licet vocare, in eo sita est, vt Dñi videamus
 do in quo si- eiusque pulchritudine fruamur, qui est omnis boni-
 ga. tatis ac perfectionis fons & principiū. Hac est vita
 f Ioan. 17. eterna, inquit Christus Dominus, vt cognoscat te
 solum

solum Deum, verū, & quem misisti Iesum Christū,
 quam sententiam S. Ioannes videtur interpretari, cū
 ait ^a Charissimi nunc filij Dei sumus, & nondū ap- a Ioan. 3.
 paruit, quid erimus: scimus quoniam, cum apparuerit
 similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.
 Significat enim beatitudinē ex ijs duobus constare,
 tum quod Deū intuebimur, qualis in natura sua ac
 substantia est, tum quod veluti dī efficiemur. Nam
 qui illo fruuntur, quāuis propriam substaniā reti-
 neant, admirabilem tamen quandā & prope diuinā
 formā induunt, vt Dī potius, quam homines videan-
 tur. Hoc autē cur ita fiat, ex eo perspicuum est, quod
 vnaquaque res vel ex eius essentia, vel ex eius simili-
 tudine & specie cognoscitur. At quoniam nihil est
 Deo simile cuius similitudinis adiumento ad perfe-
 ctam eius notitiam peruenire possimus, consequens
 est, vt eius naturam & essentiam videre nemini li-
 ceat, nisi hæc eadem diuina essentia se nobis coniun-
 xerit, atque id Apostoli verba illa significant: ^b Vi- b 1.Cor.13;
 demus nunc per speculum in enigmate: tunc autem
 facie ad faciem. Nam quod inquit, In enigmate.in-
 terpretatur sanctus ^c Augustinus in similitudine ad c Aug. lib.
 Deum intelligendum accommodata. Quod etiam ^{15. de Trt.}
 S. ^d Dionysius aperte ostendit, cum affirmat, nulla in c. 9.
 feriorū, similitudine superiora percipi posse. Neque ^d S. Diony-
 si. Arcopap-
 enim ex alicuius rei corpore & similitudine eius, que gi. c. 1. de di-
 corpore careat, essentia & substaniā cognosci potest ui. nom.
 cum presertim necesse sit, rerum similitudines mi-

mus concretionis habere, & magis spirituales esse, quam res ipsas, quarum imaginem referunt, quemadmodum in omnium rerum cognitione facile experimur. Quoniam vero fieri non potest, ut alicuius rei creatæ similitudo aequa pura & spiritualis, ac Deus ipse est, reperiatur: ita sit, ut ex nulla similitudine diuinam essentiam perfecte intelligere possimus. Accedit etiam, quod omnes creatæ res certis perfectionis terminis circumscribuntur: at Deus infinitus est, neque ullius rei creatæ similitudo eius immensitatem capere potest. Quo circa una illa ratio diuinæ substantiae cognoscenda relinquitur, ut eas nobis contingat, & incredibili quodammodo intelligentiam nostram altius extollat, atque ita idonei ad eius naturæ speciem contemplandam reddamus: id vero lumine glorie assequemur, cum eo splendore illustrati, Deum lumine ve-

^a Psal. 35. rum in eius lumine videbimus. Nam beati Deum presentem semper intuentur, quo quidem dono omnium maximo & præstantissimo, diuinæ essentia participes effecti, vera & solida beatitudine potiuntur: quam nos ita credere debemus, ut eam Dei benigni-

^b Symbo. Constan. tate cum certa spe nobis expectandam esse in ^b Symbolo Patrum definitum sit: inquit enim: Expecto resurrectionem mortuorum: & vitam venturi seculi. Diuina haec plane sunt, neque ullis verbis explicari, aut cogitatione comprehendiri à nobis possunt. Verum licet aliquam huius beatitudinis imaginem in ipsis etiam rebus, quæ sensu percipiuntur, cernere. Nam quem

quemadmodum ferrum, admoto igni, ignem concepit, & quamvis eius substantia non mutetur, sit tamen, ut diuersum quippiam, nimirū ignis esse videatur, eodem modo, qui in cœlestem illam gloriam admissi sunt, Dei amore inflammati, ita afficiuntur, cū tamen id, quod sunt esse non desinant, vt multo magis distare ab ijs, qui in hac vita sunt, merito dici possint, quam ferrum candens ab eo quod nullam caloris vim in se contineat. Ut igitur rem paucis complectamur, summa illa & absoluta beatitudo, quæ essentialem vocamus, in Dei possessione constituenda est.

Quid enim ei ad perfectā felicitatem deesse potest, qui Deum optimum & perfectissimum possidet? Verum ad illam tamen quedam accedunt ornamenta, omnibus beatis communia: quæ quoniam ab humana narratione minus remota sunt, vehementius quoque animos nostros commouere & excitare solent. Huius generis ea sunt, de quibus Apostolus ad Romanos vi a-Roma. 2 detur intelligere: ^a Gloria, & honor, & pax omni operanti bonum. Nam gloria quidem beati perfuerit, non illa solum, quam tandem essentiale beatitudinem, vel cum eius natura maxime conjunctam esse ostendimus, sed ea etiam, quæ constat ex clara & aperta notitia, quam singuli de alterius eximia & prestanti dignitate habituri sunt. At vero quantus ille honor existimandus est, qui eis à Domino tribuitur, cū nō amplius serui, sed amici, fratres, ac filij Dei vocentur? Quare ita electos suos amantissimos & ho-

Essentialis
beatitudi-
nis ornamē-
ta.

a Mat. 25. norifcentissimis verbis Saluator noster cōpellabit.^a

Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vo-

b Psal. 138 bis regnum merito liceat exclamare,^b Ni mis ho-
norificati sunt amici tui Deus. Sed laudib^c etiam à
Christo Dño corā patre cælesti & angelis eius, cele-
brabuntur. Præterea, si hoc cōmune omnibus homini-
bus desideriū natura ingenuit honoris, qui à viris sa-
pientia præstantibus habeatur, quod eos locupletissi-
mos virtutis sue testes fore existimat, quantū beato-
rum gloria accessurū putamus, quod aliis aliū sum-
mo honore prosequetur? Infinita esset oblectationū
omniū enumeratio, quibus beatorū gloria cumulata
erit, ac ne cogitatione quidem fingere eas possumus.
Sed tñ hoc fidelibus persuasum esse debet, quecumq;
nobis incūda in hac vita cōtingere, vel etiam optari

c S. Ansel. queāt, siue ea ad mentis cognitionē, siue ad corpo-
rū de simi-
ris perfectū habitū pertineant, earū tērū omnīū co-
litud. c. 47. pīs beatū cœlestium vitā circumfluere: quamuis hoc
& seq.

altiore, quodammodo, quam oculus vidit, aut auris

d 1. Cor. 1 audiuit, aut in cor hominis ascendit, fieri d Aposto-
lus affirmat. Nam corpus quidem, quod ante a cras-
sum & concretum erat, cum in celo, detracta morta-
litate, tenue & spirituale effectum fuerit, nullis am-
plius alimentis indigebit: anima autem ēterno glo-

e Luc. 12. rie pabulo, quod magni illius coniuīj auctor^e tran-

Gre. ho. 13 siens omnibus ministrabit, cum summa voluptate

in Euan. exaturabitur. Quis vero preciosas uestes, aut re-

gales corporis ornatus desiderare poterit, vbi nullus

lus harum verum vsus futurus sit, omnesque immortalitate, & splendore amici, & sempiterna glorie corona ornati erunt? Sed si ample etiam & magnificæ domus possessio ad humanam felicitatem pertinet quid calo ipso, quod Dei claritate vndique collustratur, vel amplius, vel magnificentius cogitari potest? Quare prophetæ, cum eius domicilijs pulchritudinem sibi ante oculos poneret, & ad beatas illas

a Psal. 83.

sedes perueniendi cupiditate arderet.^a Quam dilecti, inquit, tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini, cor meum, & caro mea exultauerat in Deum vivum.

b Ioan. 14.

Atque, ut hic sit omnium fidelium animus, haec communis omnium vox, quemadmodum Parochi vehementer optare ita etiam omni studio curare debet. Nam

c 8. Hier. ii.

^b In domo patris mei, inquit Dominus, mansio nes multe sunt: in quibus maiora & minora premia

z. cōt. Iou.

vt quisque, ^c promerit^d erit, reddentur: ^d Qui enim parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionib^e & metet.) (Qua

Greg. 4. mo

re non solū ad eam beatitudinē fideles exercitabūt, verū etiā eius consequende certā rationem hāc esse

ra. c. 4. 2. & 4

frequenter monebūt, vt fide & charitate instrūti, & in oratione & sacramentorū salutari vsu perseverantes, ad omnia benignitatis officia in proximos

li. dial. c. 3 §

se exerceat ita enim Dei misericordia fiet, qui beatā illā gloriam diligentibus se preparauit, vt aliquā

d z. Cor. 9.

do impleatur, quod dictū est per Prophetā: Sedebit

(Mod^o cō-

sequendi vi-

tā eternam,

papulus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculo fiduciae, & in requie opulenta.

D E S A C R A M E N -
tis: Et primum quidem de ijs
in genere.

Sacramēto
rū doctrina
cur studiose
tradenda.



V. M. omnis Christianæ doctrine pars
scientiam, diligentiamq; desiderat:
tum sacramentorum disciplina, qua
& Dei iussu necessaria, & utilitate
vberima est. Parochi facultatem & industriam po-
stulat singularem ut eius accurata ac frequenti per-
ceptione fideles euadant, quibus prestantissi-
ma, ac sanctissima res digne & salutariter imperti-
ri posset, & sacerdotes, ab illa diuina interdicti re-
gula non discedant. Nolite sanctum dare canibus,
neg; mittatis margaritas vestras ante porcos.

Matth. 7.

Principio igitur, quoniam vniuersē de toto ge-
nere sacramentorum agendum est, ab ipsius nomi-
nis vi atq; notionē oportet incipere, eiusq; ambigua-
ti nomē qd significationem explanare: vt, que huius verbis en-
tū apud protētia hoc loco propria sit, facilius intelligatur. Qua-
fanos scri-
ptores, tum
apud Chri-
stianos pa-
tres vulgo
significer:

re docendi sunt fideles, ^h Sacramenti nomen, quod
ad propositam rem attinet, aliter à profanis, quam
à sacris scriptoribus, acceptum esse. Nam aliq; aucto-
res sacramenti nomine obligationem illam signifi-
cari voluerunt, cum iurati aliquo seruituī vincu-
lo

lo obstringimur, ex quo iusurandum, quo se milites fidelem operam Reipub. præstaturos pollicentur, sacramentū militare dictum est. Atq; hæc frequensissima huius vocabuli significatio apud illos videtur fuisse. Verum apud latinos patres, qui res diuinæ scriptis traxerunt, sacramenti nomine aliquā rē sacrā quæ in occulto latet, declarat: quæ admodum Græci, ad eandē rē significandā, mysterij vocabulo vñi sunt. In ea verò sententiā, sacramenti vocē accipiendam esse intelligimus, cum ad Ephesios scribitur: Ut nō tu faceret nobis sacramentū voluntatis suæ. Deinde ad Timoth. Magnū est pietatis sacramentū. Præterea in libro Sapientie: Nescierunt sacramenta Dei. Quibus in locis. & alijs multis, licet animaduerte-re, sacramentū nihil aliud, nisi rem sacram, abditā, atq; occultam, significare. Quare Latini doctores signa quædā sensibus subiecta, quæ gratiā quam efficiunt, simul etiā declarant, ac veluti ante oculos ponunt, sacramenta commode appellari posse existimarent. Quanquam, ut D. † Gregorio placet, ob id sacramenta dici possunt, quod diuina virtus sub re rum corporearum tegumentis occulte salutem efficiat. Nec verò quisquam putet hoc vocabulum nuper in Ecclesiam inductum esse. Nam qui sanctos Hieronymum, & Augustinū legerit: facile perspiciet, antiquos religionis nostræ scriptores ad eam de qua loquimur, rem demonstrandam sepissime sacramenti nomine, interdum vero etiam Symbo-

Ephes. 1.
1. Tim. 3.
Sapien. 2.

† D. Greg.
in. c. 16. lib.
1. Reg. sup
illud. Dire-
ctus est spūs
Dñi. &c.

a Hier. In
c. 28. Matt.
b Aug. epi.
118. c. 1. &
lib. 2. cont.
epi. Par. ca-
pit. 13.

li, vel mystici signi, vel sacri signi voce vfos esse. Atque haec de sacramenti nomine dicta sint: quod qui dem veteris etiam legis sacramentis cōuenit, de quibus nihil opus est Pastoribus precepta tradere, cum a Aug.li.i9. ea Euangeliū lege & gratia^a sublata sint. Verū prae cōtra Faust. ter nominis notionem, que hactenus declarata est, cap. 13. rei etiam vis & natura diligenter inuestiganda, & De propria quid sacramentum sit, fidelibus aperiendum est. vi, atque na tura sacra menti. Sacramenta enim ex genere earum rerum esse, qui bus salus & iustitia comparatur, dubitare nemo potest. Sed cum multe rationes sint, quae ad hanc rem explicandā aptae & accommodatae videantur, nullaz tam

D. Aug. lib. men planius & dilucidius eam demonstrat, quā de 10. de Ciuit. finito à D. Augustino tradita, quā deinde omnes doctores scholastici secuti sunt. Sacramentum, inquit ille, est signum rei sacræ: vel, ut alijs verbis, in eandē tamen sententiam, dictum est, sacramentum est in

Definitio sa cramenti. uisibilis grātie visible signū, ad nostrā iustificatiōnem institutum. Que quidem definitio, ut magis pa

teat, singule eius partes à pastoribus exponēde eryt. Atque in primis docere oportebit, rerum omnium, que sensibus percipiuntur, duo esse genera. Alię enim ob id inuentae sunt, ut aliquid significant: alia non alterius rei significandae, sed sua tantum causa effectae sunt, quo in numero omnes pene res, que natura cōstant haberi possunt. At vero in priori genere vocabula rerum, scriptura, vexilla, imagines, tubæ, & cīsa huiuscmodi permulta ponenda sunt. Nam si

Rerum sen sibiliū duo sunt gene rta.

ex vocabulis vim significandi detraxeris, sublata
videtur esse causa, quamobrem vocabula instituerē-
tur. Hac igitur signa propria dicuntur. Illud enim si-
gnum esse S. Aug. testatur, quod præter rem, quā sen-
tibus obiicit, efficit etiā, ut ex se alterius rei cognitio-
nē capiamus: sicut ex vestigio, quod terrae impressum
intuemur, transisse aliquem, cuius vestigium apparet,
facile cognoscimus. Quae cum ita se habeant: sacra-
mentū ad hoc rerū genus, quae significandi causa in-
stitutæ sunt^a referri perspicuum est: siquidem specie
quadam, & similitudine id nobis declarat, quod Deus ^a Aug. ep.
in animis nostris sua virtute, quæ sensu percipi non ^b 3. ad Bonf.
potest efficit. Baptismus enim, (vt, quod docetur,
exempli notius fiat) cum, adhibitis certis & solen-
nibus verbis, aqua extrinsecus abluiimur, hoc signi-
ficat: Spiritus sancti virtute omnem peccati macu-
lam & turpitudinem interius elui, & animas no-
stras præclaro illo celestis iustitiae dono augeri at-
que ornari: simulque ea corporis ablutio, vt, postea
suo loco explicabitur, illud in animo efficit, quod
significat. Sed ex scripturis etiam aperte colligi-
tur, sacramentum inter signa numerandum esse.
Apostolus enim de circuncisione, veteris legis sa-
cramento, quæ Abraham patri omnium creden-
tium data erat, ita ad Romanos scribit:^b Et signum ^b Roma. 4.
acepit circuncisionis, signaculum iustitiae fidei. Et alio
loco, cum affirmat nos^c omnes, qui baptizati su-^c Roma. 6.
mus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizatos esse
licet

licet cognoscere, baptismum huius rei significatio-
nē habere, nimirū, vt ait idem^a Apostolus, nos conse-

a Roma.6. pultos esse cum illo per baptismum in mortē. Neque
vero parum proderit, si fidelis populus sacramēta ad
signa pertinere intellexerit. Ita enim fiet, vt qua illis
significantur, cōtinentur, atq;^z efficiuntur sancta &
augusta esse facilius sibi persuadeat: cognitaq;^z, eo-
rum sanctitate, ad diuinam erga nos beneficentiam
colendam ac venerandam magis excitetur.

Sacramētu Sequitur nunc, vt verba illa, Rei sacræ, quæ est
esse rei sa- altera diffinitionis pars, explicitur. Quod quidem
er^c signum, vt commode fieri possit, paulo altius repetenda sunt,
quomodo que de signorum varietate sanctus^b Augustinus
intelligēdū acute & subtiliter disputauit. † Quædam enim si-
b S. Aug. li.
2. de doctri. gna naturalia dicuntur, quæ præter seipsa alterius
Chry. c. 1. & rei notitiam (quod omnibus signis commune esse an-
sequent. te a demonstratum est,) in animis nostris gignunt.
† Signa alia veluti fumus, ex quo statim ignē adesse intelligitur.
naturalia, Atq;^z hoc signum ob eam causam naturale appellan-
alia ab ho- dum est, quod fumus non voluntate ignem signifi-
minibus in- cat, sed rerum usus efficit, vt, si quis fumum tantum
uenta. videat, naturā simul & vim ignis, qui adhuc latet,
subesse, mente & cogitatione percipiat. Quædam
vero signa natura non constant, sed constituta atq;^z
ab hominibus inuenta sunt, vt & colloqui inter se,
& alijs animi sui sensa explicare, viciissimq;^z aliorū
sententiam & consilia possent cognoscere. Hec au-
tem quam varia & multiplicia sint, ex eo licet ani-
mam aduertere

maluertere, quod nonnulla ad oculorum, pleraq; ad aurium sensum, reliqua ad ceteros sensus pertinent. Nam cum aliquid alicui innuimus, & exempli causa, sublato vexillo quipiam declaramus, satis constat, eam significationem ad oculos tantum referri: quemadmodum tubarum, tibiarum, aut citharae sonus, qui non solum delectandi, sed plerumq; significandi causa funditur, ad aurium iudicium spectat: quo quidem præcipue sensu verba etiæ accipiuntur, quæ ad exprimendas intimas animi cogitationes maximam vim habent. Verum præter illa signa quæ hominum consensu & voluntate constituta esse, hactenus diximus, alia quædam sunt diuinitus data, quorum tamen non vnum genus esse omnes consentiunt. Alia enim signa ob eam ratum rem à Deo hominibus commendata sunt, ut aliquid significarent, vel admonerent, cuiusmodi fuerunt, legis purificationes, panis azymus, & alia per multa, quæ ad Mosaici cultus ceremonias pertinebant: alia vero Deus instituit, quæ non significandi modo sed efficiendi etiam vim haberent. Atq; in hoc posteriori signorum genere sacramenta nouæ legis numeranda esse, liquido apparet. Signa enim sunt diuinitus tradita, non ab hominibus inuenta, quæ rei cuiuspiæ sacra, quæ declarant, efficientiam in se continere certo credimus. Sed quemadmodum signa in multiplici varietate esse ostendimus: ita etiæ res sacra non vnius modi existimanda est. Quod vero ad propositam sacramenti

Sacramenta
qualia sunt
signa.

menti definitionem attinet, diuinarum rerum scri-

Rei sacrae ptores, sacræ rei nomine, Dei gratiā, quæ nos sanctos nomine Dei efficit, ac omnium diuinarum virtutū habitu exor- gratia intel ligitur.

reī appellationem tribuēdā merito putarunt, quippe cum eius beneficio animus noster Deo consecretur. & cōungatur. Quare, ut explicatius quid sacramē tum sit, declaretur, docendum erit, rem esse sensibus subiectam, quæ ex Dei institutione, sanctitatis & iustitiae tum significandæ tum efficiendæ vim habet ex quo sequitur, ut facile quiuis possit intelligere ima gines sanctorum, cruces, & alta id generis, quāuis sa crarum rerum signa sint, non ideo tamen sacramē-

ta dicenda esse. Huius autem veritatis doctrinam fa- terū sacra rū signa sa cramēta di cuntur.

cile erit omnium sacramentorum exemplo compro bare, si, quod antea de Baptismo admonuimus, cum dicebamus solennem illam corporis ablutionē signū esse, & efficientiē habere rei sacrae, quæ interius Spiri tus sancti visieret, idem etiam in alijs sacramētis exercere aliquis velit. Tam vero hisce mysticis signis, quæ à Deo instituta sunt, illud etiam præcipue conuenit, ut ex Domini institutione non unam aliquam rem, sed plures simul significant. Quod in singulis sa cramētis licet cognoscere, quæ non solum sanctitatē & iustitiam nostram, sed præterea duo alia cū ipsa sanctitate maxime coniuncta declarant, Christi scilicet redēptoris passionem, quæ sanctitatis causa est, & vitam eternam, cœlestemque beatitudinem, ab

quam

quam sanctitas nostra, tanquam ad finem, referri debet. Quod quidem cum in omnibus sacramentis perspici posse, merito sacri doctores vnicuique sacra-
mentorum triplicem significandi vim inesse tradi-
derunt: tum quia alicuius rei præterite memoria af-
ferat, tum quia aliam presentem iudicet ac demon-
strat, tum quia aliam futuram prenunciet. Neque ritæ & futa
vero existimandum est, hoc ita ab illis doceri, ut etiā^{12.}

sanctorum scripturarum testimonio non probetur:

a Rom. 6.

nam cum Apostolus ait:^a Quicunque baptizati su-
mus in Christo Iesu, In morte ipsius baptizati sumus:
plane ostendit, idcirco baptismum signum dicendum
esse, quod Dominicæ passionis & mortis nos admone-
nat. Deinde cum inquit:^b Consepulti enim suntus
cū illo per baptismum in morte, ut, quo modo Chri-
stus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos
in nouitate vite ambulemus: ex ijs verbis perspicuum
est, Baptismum signum esse, quo caelestis gratia in
nos infusa declaratur: cuius munere nobis datum
est, ut nouam vitam instituentes, omnia vera pietate
et officia, facile & libenti animo execuamur. Po-
stremo cum addit:^c Si enim complantati facti su-
mus similitudini mortis eius, simul & resurrectio-
nis erimus: apparebaptismum, vita etiam aeterna
quam per illum consecuturi sumus, non obscurari plures desig-
nationem dare. Sed præter hac, que comme-
morauimus, varia significandi genera & rationes,
sepe etiam evenit, ut sacramentum non vnam tan-

Sacramētū
interdū nō
voata res
presentem
tantum, sed
gnat.

tum rem præsentem, sed plures demonstret ac notet. Id verò sanctissimum Eucharistiæ sacramentum in tuentibus facile est intelligere, quo veri corporis & sanguinis Dñi præsentia, nec non gratia, quam non impure sacra mysteria sumentes percipiunt, designatur. Ex ijs igitur, quæ dicta sunt Pastoribus argumenta deesse non poterunt, quibus ostendant, quanta diuinitatis potentia, quot arcana, miracula sacramentis nouæ legis insint, ut ea summa cum religione collenda & suscipienda esse, omnibus persuadeant.

Sacramēta
præsertim
legis Euangeliæ cur
instituta.

† Prima
causa.

Verum ad rectum sacramentorum usum docendum nihil accommodatius videri potest, quam diligenter causas exponere, cur sacramenta instituit oportuerit. Plures autem numerari solent: † quarum prima est, humani ingenij imbecillitas. Siquidem natura ita comparatum videmus, ut ad earum rerum notitiam, quæ mente atq; intelligentia comprehendens sunt, nisi per ea, quæ aliquo sensu percipiuntur, nemini aspirare liceat. Ut igitur, quæ occultæ Dei virtute efficiuntur, facilius intelligere possemus, idem summus rerum omnium artifex sapientissime fecit, ut eam ipsam virtutem aliquibus signis, quæ sub sensu cadunt, pro sua in nos benignitate de-

S. Chrys. ho clararet. Nam, ut præclare à sancto Chrysostomo dimil. 83. in Etym. est: si homo corporis concretione caruisset, nulla ipsa bona, neque ullis integumentis inuoluta ei oblata essent: quoniam verò anima corpori coniuncta est, omnino opus fuit, ut rerum, quæ sentiuntur

Matt. & ho.
60. ad po.
Anti.

tur,adminiculo ad ea intelligenda vteretur, Altera vero causa est, quod animus noster, haud facile com
mouetur ad ea que nobis promittuntur credenda. Secunda.
Quare Deus à mundi exordio quæ facere institue-
rat, verbis quidem frequentissime indicare consue-
uit: interdum vero, cum opus aliquod institueret, cu-
ius magnitudo promisi: fidem abrogare posset; alia
etiam signa, quæ nonnunquam miraculi speciem ha-
berent, verbis adiunxit. Nam cum Deus ^a Moysen a Exod. 3.
ad Israelitei populi liberationem mitteret: ille ve-
ro, ne Dei quidem præcipientis auxilio fretus, time-
ret, ne onus sibi grauius imponeretur, quam vt susti-
nere posset: aut ne populus diminis oraculis & dictis
fidem non adiungeret: ^b Dñs promissionē suā multa
signorū varietate firmavit. Quem admodū igitur in
veteri testamēto Deus fecerat, vt magni alicui⁹ pro
missi cōstatiam signis testificaretur: ita etiā in noua
lege Christus saluator noster, cū nobis peccatorum
veniam, celestem gratiam, Spiritus sancti commu-
nicationem pollicitus est, quæ signa oculis & sen-
sibus subiecta instituit, quibus eum quasi pignorib⁹
obligatum haberemus, atque ita fidelem in promis-
sis futurum dubitare nunquam possemus. ^c (Tertia.
^d S. Ambr.
^e lib. 5. de sa-
^f cr. c. 4.
^g Luc. 10.
^h d Cōc. Tti.
ⁱ sess. 5. cano.
^j 3. Sess. 6. c.
^k 3. 7. 14. sess.
^l 7. in Proce-
^m mio au. epl.
ⁿ 118. c. 1.

gratiam, quam ille nobis in atra crucis meruit per sacramenta, quasi per aliud quendam, in nos ipsos derivare oportet: aliter vero nemini nulla salutis spes reliqua esse poterit. Quare clementissimus Dominus sacramenta verbo suo, & promissione sancta relinqueret in Ecclesia voluit, per quaenam passionis suae fructum nobis re ipsa communicari sine dubitatione credemus: si modo unusquisque nostram ad se eam: curationem pie & religiose admoueret.

Quarta;

Sed quarta etiam causa accedit, cur sacramentorum institutio necessaria videri posset: ut scilicet nota quadam & symbola essent, quibus fideles internoscerentur cum praesertim nullus hominum certus queat, (vt etiam à Diuo Augustino traditum est.)

D. August. siue verae siue false religionis nomine, quasi unum lib. 19. con corpus coagmentari, nisi aliquo visibilium signoru, tra Fan. ca- fædere coniungantur. Vtrunque igitur præstant no pit. 11. uæ legis sacramenta, que & Christiana fidei cultores ab infidelibus distinguunt, & ipsos fideles sancto quodam vinculo inter se connectunt.

Quinta.**Rom. 10.**

Præterea aliam etiam iustissimam fuisse causam sacramenta instituendi, ex illis Apostoli verbis: Cor de creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem ostendi potest. Sacramentis enim fidem nostram in hominum conspectu profiteri, & notam facere vide- mur. Quare ad baptismum accedentes, palam testamur, nos credere, eius aquæ virtute, qua in sacramento abluiuntur spiritualem animæ purgationem fieri.

Mag-

Magnam deinde vim habent sacramenta non so Sexta.
lum ad fidem in animis nostris excitandam & exer-
cendam, sed etiam eam charitatem inflammandam
qua amare inter nos debemus, cum arctissimo nos
vinculo colligatos, & a unius corporis membra esse-
ctos esse, ex sacrorum mysteriorum communione, re 12.
cordamus.

Postremo, quod in Christianae pietatis studio plu- Septimæ.
rimi faciendum est, humane mentis superbiam edo-
mant ac comprimant nosque ad humilitatem exer-
cent: dum sensibilibus elementis subiçere nos cogi-
mur, ut Deo obtemperemus, à quo antea impie de-
feceramus, ut mundi ^b elementis seruiremus. Hec
sunt quæ potissimum de sacramenti nomine, natu-
ra, institutione, fidei populo tradenda esse visa sunt
quæ posteaquam à Pastoribus accurate exposita sue-
rint, docere deinceps oportebit, quibus ex rebus sin-
gula sacramenta constent, quæne sint illorum par-
tes, ac præterea qui ritus & cæmoniae additæ illis
fuerint.

Primum igitur explicandum est, rem sensibilem De materia
quæ supra in sacramenti definitione posita est, non & forma sa-
vnam tantum esse, quamvis vnum signum constitui
credendum sit. Duo enim sunt, ex quibus quodlibet cramēorū
sacramentum conficitur, quorum alterum mate-
ria rationem habet, atque elementum dicitur: al-
terum formæ vim, & verbum communī vocabulo
appellatur: sic enim à Patrib. accepimus. Quia in re

notum est, atque apud omnes peruulgatum illud
S. Au. tract. S. August. testimonium: Accedit verbum ad elemen-
to. in Ioan. tum, & fit sacramentum. Rei igitur sensibilis nomi-
 ne tum materiam, siue elementum intelligunt, ut in
 sacramento baptismi aquam confirmationis chrisma,
 & extremæunctionis oleum quæ omnia sub aspectu
 cadunt: tum præterea verba, quæ formæ rationem ha-
 bent, atque ad aurium sensum pertinent. Apostolus
a Ephes. 5. vero vtrumq; aperte indicauit, cum inquit: ^a Chri-
 stus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea,
 ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ

Cur mate- in verbo vite. Quo in loco materia & forma sacra-
 riz forma menti exprimitur. Addenda autem erant verba ad
addenda, materiam, ut apertior clariusque rei, quæ gereba-
 tur significatio fieret. Verba enim inter omnia signa
 maximum vim habere perspicuum est: atsi ipsa de-
 fint, plane obscurum erit, quid nam materia sacra-
 mentorum designet ac demonstret. Nā, vt in baptis-
 mo licet videre, cum aqua non minus refrigerandi,
 quam ablendi vim habeat, & vtriusque rei symbo-
 lum esse possit, nisi verba addantur, vtrum horum in
 baptismo significet, aliquis fortasse coniectura ali-
 qua dijudicabit: nemo autem ea de re quippiam cer-
 ti affirmare audebit: at cū verba adhibentur, statim
 intelligimus, ablendi vim & significationem habe-
 re. In hoc autem nostra sacramenta antique legis sa-
 cramentis plurimum præstant, quod in illis admini-
 strandis nulla, quod quidem acceperimus, definita
 forma

forma seruaretur: quo etiam fusi&t, vt incerta admodum & obscura essent: nostra vero formam verborū ita prescriptam habent: vt si forte ab ea discedatur, sacramenti ratio constare non possit: ob eamq; rem clarissima sunt, ac nullum relinquunt dubitandi locum. Hæ igitur sunt partes, quæ ad naturam & substantiam sacramentorum pertinent, ex quibus unū quodque sacramentum necessario constituitur.

His accedunt ceremonie, quæ tamē si prætermitti sine peccato non possunt, nisi aliud facere ipsa necessitas cogat: tamen si quando omittantur, quoniam rei naturam non attingunt, nihil de vera sacramenti ratione imminui credendum est. Ac merito quidem à primis usque Ecclesiæ temporibus illud semper seruatum est, vt sacramenta solennibus quibusdam ceremonijs ministriarentur. Primum enim maxime decuit sacris mysterijs eum religionis cultum tribuere, vt sancta sancte tractare videtur. Preterea, quæ sacramento efficiuntur, ceremonie ipsa magis declarant, ac veluti ante oculos ponunt, & earum rerum sanctitatem in animos fidelium alius imprimunt. Deinde vero mentes illorum, qui eas intuentur, & diligenter obseruant, ad sublimiū rerum cogitationem erigunt, fidemq; in eis & charitatem excitant: quo maior cura & diligentia adhibenda erit, vt fideles vim ceremoniarum quibus singula sacramenta consciuntur cognitam & perfectam habeant.

Ceremonie
an in sacra-
mentorum
administra-
tione sint om-
nino neces-
sarie. & qui-
bus de cau-
sis adhibeā-
tur.

b Dionys. in
l. de Ecclesi.
Hie, Tertu.
de corona
mili. Orig.
ho. 5. in Nu-
mer. Basil.
de Spiritu
sanct. c. 27.
Amb. in lib.
de sacramē-
tis, & de ijs:
qui mis. int-
tiantur.

De numero sacramentorum etiam numerus ex-sacramento plicatur, quæ quidem cognitio hæc utilitatem afferit quod populus eo maiori pietate omnes animi sui vires ad laudandam & prædicandam Dei erga nos singulariarem beneficentiam conuertet, quo plura salutis ac beatæ vite adiumenta nobis diuinatus parata esse intellexerit. Catholice igitur Ecclesie sacramenta,

- a Mat. 28. quemadmodum ex ^a scripturis probatur, & Patrio traditione ad nos peruenit, & ^b Conciliorum testatur auctoritas, septenario numero definita sunt. Cur autem neque plura, neque pauciora numerentur,
 b. Ioan. 3. ex ijs etiam rebus, qua per similitudinem à naturali
 Luc. 24. vita ad spiritualem transferuntur, probabili quadam
 Acto. 8. ratione ostendi poterit. Homini enim ad viuendum,
 Matt. 26. vitamq; conseruandam, & ex sua, rei q; publicæ utilitate tralucidandam, hæc septem necessaria videntur:
 Iacob. 1. 5. ut scilicet in luce edatur, augeatur, alatur, si in moribus incidat, sanetur, imbecillitas virium resciatur:
 1. Tim. 14. deinde, quod ad Rem publicam attinet, ut magistratus nūquam desint, quorum auctoritate & imperio regatur: ac postremo, legitima sobolis propagatione se ipsum, & humanum genus conseruet. Que onus quoniam vitae illi, qua anima Deo viuit, respondere satis apparet, ex ijs facile sacramentorum numerus colligetur. Primus enim est Baptismus, veluti ceterorum ianua, quo Christo renascimur. Deinde Confirmatio: cuius virtute fit, ut diuina gratia augeatur & roboremur. Baptizatis enim iā Apostolis, ut
- Baptismus. c. Ioan. 3. Diuus
- Confirmatio

Diuus Augustinus testatur, inquit Dominus, a Sede D. Aug. cpl.
 te in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Tu^o 208.
 Eucharistia qua tanquam cibo vere celesti, spiritus a Luc. 24.
 noster alitur & sustinetur. De ea enim dictum est Eucharistia
 a Saluatore: b Caro mea vere est cibus, & sanguis b Ioan. 6.
 meus vere est potus. Sequitur quartoloco Pœnitentia
 tia, cuius ope sanitas amissa c restituitur, post quam c Ioan. 10.
 peccati vulnera accepimus. Postea vero extrema Extremavm
 vniatio, qua peccatorum reliquie tolluntur, & animi ctio.
 virtutes recreantur: si quidem Diuus Iacobus, cū de d Jacob. 5.
 hoc sacramento loqueretur, ita testatus est: d Et si
 in peccatis sit remittentur ei. Sequitur Ordo quo Ordo.
 publica sacramentorum ministeria perpetuo in Ec 1. Tim. 4.
 clesia exercendi, sacrasque omnes functiones exe- Matrimo-
 quendi potest as traditur. Postremo additur Matri- nium.
 monium, ut ex maris & feminæ legitima & sancta
 coniunctione filij ad Dei cultum, & humani generis Matt. 19.
 conservatione procreentur, & religiose edacentur. Eph. 5.
 e Illud vero maxime animaduertendum est, quā- De præstā
 uis omnia sacramenta diuinam & admirabile vir- tia & diffe-
 tutem in se contineant, tamen non parem omnia & rentia sacra
 aequalem necessitatem aut dignitatem, aut vñā can mētorum &
 demque significandi vim habere. Atque ex ijs tria eorum au-
 sunt, quæ tametsi non eadem ratione, tamen præ thore.
 ceteris necessaria dicuntur, f Baptismum enim vñi f Baptis. qui
 cuique sine vlla adiunctione necessarium esse Salua bus necessa
 tor his verbis declarauit: g Nisi quis renatus fuerit riis.
 ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in reg- g Ioan. 3.
 Aug. ser. 14
 de verb. a-
 po. & tract. 13. in Ioā.

Pœnitentia num Dei. Pœnitentia vero illis tantummodo necessaria est, qui se post baptismum aliquo mortali peccato adult. coiu. obstrinxerunt, neque enim eternum exitium effugere poterunt, nisi eos admissi peccatirite pœnituerit. c. 8. & li. 2. c. 16. **Ordo quib⁹** Ordo præterea, & si nō singulis fidelibus, toti tamen necessarius. Ecclesiæ omnino necessarius est. Verum si dignitas in Conci. Tri. sacramentis spectetar, Eucharistia sanctitate, & missis. 2. 3. steriorū numero, ac magnitudine lōge cateris ante cellit: Quæ omnia faciliter intelligentur, cū sīlo loco ea, quæ ad singula sacramēta p̄tinēt, explicabūtur.

Sacramēto Deinceps videndum est, à quo h̄ec sacra & diuinum author na mysteria acceperimus. Neque enim dubitandum & institutor est, quin proclari alicuius muneric dignitas, eum, à Deo est. Amb. lib. 4. de Sacramētis. c. 4. quo donum ipsum profectum est, dignitate & prestantia quam maximo augeatur. Sed ea quæstio difficilem explicationem habere non potest. Nam cum Deus sit, qui homines iustos efficiat: ipsa vero sacramenta iustitiae adipiscenda mirifica quedam instrumenta sint: patet, vnum eundemque Deum in Christo iustificationis & sacramentorum authorem agnoscendum esse. Præterea, sacramenta eam vim & efficientiam continent, quæ ad intimam animam penetrat. Cum vero unius Dei potentia proprium sit, in corda & mētes hominum illabi: ex hoc etiam perspicitur, sacramenta à Deo ipso per Christum instituta esse: quemadmodum, ab eo quoque intus dispensari, certa & constanti fide tenendum est. Hoc enim testimonium de illo se accepisse sanctus Iōnathās

nes affirmat, cum ait: *Qui misit me baptizare in Ioan. 1.*

aqua ille mibi dixit: super quem videris spiritum de-

scendentem, & manentem super eum, hic est, qui ba-

ptizat in spiritu sancto. Sed quamvis Deus sacra-

Sacramēto
mentorum author & dispensator sit, ea tamen non rū ministri,

per angelos, verum per homines ministrari in Eccle qui & qua-

siu voluit. Nō minus enim^a ministrorum officio, quā les fint.

materia & forma, ad sacramenta conficienda opus a Cōci. Flo-

esse, perpetua sanctorum Patrum traditione confir- ré. Tri. sess.

mandum est. Atque hi quidem ministri, quoniam in Sacramētis

sacra illa functione non suam, sed^b Christi personā in genere.

gerunt, ea re fit, ut siue boni, siue^c mali sint, modo b 1. Corin.

ea forma & materia vtantur, quam ex Christi in- 3.4.

stituto semper Ecclesia catholica seruauit, idque fa c Cōc. Tri.

cere proponant, quod Ecclesia in ea administratio- sess. 7. cano.

ne facit, vere sacramenta conficiant & conferāti: ita 12. de sacra

ut gratiae fructum nulla res impeditre possit, nisi, qui men.

ea suscipiunt, & se ipsos tanto bono fraudare, & d Prosper.

Spiritu sancto velint obſistere. Hanc vero in Eccle- sent. 69. cx

sia certam & exploratam sententiam semper fui- S. Augu. in

se sanctus Augustinus in ijs disputationibus, quas ad Psal. 142.

uersus Donatistas conscripsit, clarissimè demonstra- Aug. In lib.

uit. Quod si etiā scripturæ testimonia querimus, ip- epist. & tra-

sum Apostolū, his verbis loquentē audiamus: Ego, Etat. contra

inquit, plātaui, Apollo riguit, sed Deus incrementū Donatistas.

dedit: neque enim qui plantat, est aliquid, neq; qui c 1. Cor. 3.

rigat, sed qui incrementum dat Deus. Ex quo loco sa-

tis intelligitur, quemadmodum arboribus nihil ob-

est eorum improbitas, quorum manus sunt: ita nihil virtutis aliena culpa: contrahi illis posse, qui malorum hominum ministerio Christo insiti sunt.

a Ioan. 4. Quare, ut ex Diui Ioannis ² Euangelio sancti Patres nostri docuerunt, Iudas etiam Iscariotes plures baptizauit, ex quibus tamen neminem iterum baptizatum fuisse legimus: ita ut preclare Diaus Augustinus scriptum reliquerit: Dedit baptismum Iudas, & non baptizatum est post Iudam: dedit Ioā 5. in Ioanne nes, & baptizatum ^b est post Ioannem: quia, si dab Acto. 19. tum est à Iuda, baptismus Christi erat: quod autem Aug. libr. 2. à Ioanne datum est, Ioannis erat: non Iudam Ioanne cont. litt. Pe ni, sed baptismum Christi etiā per Iudam manus datilani. c. 37. tum baptismo Ioannis, etiam per manus Ioannis da Cyri in Ioā. lib. 2. c. 59. to, recte preponimus.

Hiero. ad- Neque vero Pastores, neque alijs sacramentorum uers. Luci- ministri, cum hac audiunt, satis sibi esse arbitren- fe. tur, si post habita morum integritate, ac conscientia munditia, illud tantum cogitent, quo modo sacra- menta ab illis rite ministrantur. Id enim, & si dili- scientia mi- genter curandum est, in hoc tamen omnia, que ad nistrare quā eam functionem pertinent, posit a non sunt. Memi- pernicioſū nisse autem semper debent, sacramenta diuinam quidem virtutem, que illis inest, nunquam amitte- re, at vero impure ea ministrantibus eternam per- niciem & mortem afferre. Sancta enim, quod se- Leui. 21. mel atque iterū ac saepius admonere oportet, ^c san- z. Reg. 6. cle & religioſe tractanda sunt. Peccatori, ut est apud

e Isalæ. 52.

Leui. 21.

z. Reg. 6.

apud prophetā dixit Deus: Quare tu enarras in- Psal. 49.
gitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? tu vero odisti disciplinā. Quod si homini pec- ratis contaminato minus licet de rebus diuinis age- re, quantum ab eo scelus cōcipi existimandum erit, qui sibi multorum scelerum conscius est, nec tamen sacra mysteria polluto ore confidere, vel infedas ma- nus sumere, contrectare, atq; alij porrigere, & mini- strare vereatur: cum pr̄sertim apud sanctum Dio- nysium scriptum sit, malis symbola (ita enim sacra- menta appellat) ne contingere quidem permisum esse. Sanctitatem igitur, sacrarum rerum ministri in primis sectentur, pure ad sacramenta administrā da accedant, atque ita se ad pictatem exerceant, vt ex eorum frequenti tractatione & vsu, vberiore in dies gratiam, adiuuante Deo, consequantur.

Sed iam, his rebus explicatis, docendum erit, *Dē duplicitate effectu sa- cramentorū.*
*quoniam sacramentorum effectus sunt, id enim sacra- menti definitioni, quæ supra tradita est, non parum lucis allaturum videtur, ij autem duo principia nu- merantur. Ac principem quidē locum merito ^b gra- tri. can. 6.
 tia illa obtinet, quam usitato à sacris doctoribus no- 7. & 8. de fa- mine, iustificantem vocamus. Ita enim Apostolus cra. Aug. In apertissime nos docuit, cum inquit: ^c Christum dilec- psal. 77. q. xisse Ecclesiam, & se ipsum tradidisse pro ea, vt illā 48. sup Le- sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo. ut lib. 19. cōt. Faust. e. Quo autem pacto tanta res, & tam admirabilis 11. & 16. per sacramentum efficiatur, vt, quemadmodum S. Ephes. 5.*

Bern. in ser. de cōuersio- ne ad cleri- cos. c. 29. In decla super euan. Ecce nos. S. Diony. d. Eccles. hie- rar. c. 1.

D. Aug. tra Augustini sententia celebratum est, Aqua corpus
 Etat. 80. in abluit, & cor tangat: id quidem ^a humana ratione
 Ioan. atque intelligentia comprehendit non potest. Constitu-
 a Bed. in c. tumenim esse debet, nullam rem sensibilem suapte
 3. Joan. natura eavi preeditam esse, ut penetrare ad ani-
 mam queat. At fidei lumine cognoscimus omnipotē-
 tis Dei virtutem in sacramentis inesse, qua id effi-
 ciant, quod suaviores ipsae naturales præstare non
 possunt. Quocirca, ne villa vñquam huius effectus du-
 bitatio in animis fidelium resideret, cum ministrari
 sacramenta cœptum est, voluit clementissimus Deus
 quid illa interius efficerent, miraculorum significa-
 tionibus declarare, ut eadem perpetuo interius fieri
 constantissime crederemus, quamuis longe à nostris
 sensibus remota essent. Itaque, ut omittamus, Salua-
 b Mat. 3. tore nostro in Iordanē baptizato, ^b cælos apertos es-
 Marc. 1. se, & Spiritum sanctum columbae specie apparuisse:
 Lucæ. 3. ut admoneremur, eius gratiam, cum salutari fonte
 abluiimur, in animā nostrā infundi: ut hoc inquā
 omittamus, magis enim ad baptismi sanctificationē
 quam sacramenti administrationē pertinet non-
 ne legimus, cum Pentecostes die Apostoli Spiritum
 sanctum acceperunt, quo deinde ad prædicandam
 fidei veritatem adeundaq; pro Christi gloria pe-
 ricula alacriores & fortiores fuerant, ^c tunc fa-
 cto repente de calo sonitu, tanquam aduentus
 Spiritus vehementis, apparuisse illis dissipatas lin-
 guas quasi ignis? Ex quo intellectum est, Sacramen-

to Confirmationis eundē nobis Spiritum tribui, easq;₃
vires addi, quibus possimus carni, mundo, & Sathanā,
perpetuis scilicet hostibus nostris, fortiter repu-
gnare & resistere. Atque hæc miracula, quoties Apo-
stoli sacramenta ista ministrarent, ^a initio nascen-
tis Ecclesie aliquandiu visa sunt, donec firmata iam
fide & corroborata fieri desierunt.

^a Act. 8. 19

Aug. tract.

6. in epistola.

Ioan.

De excelle-
tia sacramē-
torū noue-
legis ad ve-
terā compa-
ratorum.^b Galat. 4.^c Heb. 9.

Ex ijs igitur, quæ de priori sacramentorum effe-
ctu gratia scilicet iustificante, demonstrata sunt, il-
lud etiam plane constat, excellentiorem & prestanti-
orem vim sacramentis nouæ legis inesse, quam olim
veteris legis sacramenta habuerūt: ^b quæ cum infirma essent, egenaq;₃ elementa, ^c inquinatos san-
tificabant ad emundationem carnis, non animæ.

Quare, ut signa tantum earum rerum, quæ my-
sterijs nostris efficienda essent, instituta sunt. At vero sacramenta nouæ legis ex Christi latere manan-
tia, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit ^d Heb. 9.
immaculatum Deo, ^d emundant conscientiam no-
stram ab operibus mortuis ad seruendum Deo vi-
uenti, atque ita eam gratiam, quam significant,
Christi sanguinis virtute operantur. Quocirca si ea
cum ^e antiquis sacramentis conseramus, præter-
quam, quod plus efficaciae habent, & utilitate rbe-
riora, & sanctitate augustiora esse inuenientur.
Alter vero sacramentorum effectus non quidem
omnibus communis, sed trium tantummodo pro-
prius, Baptismi, Confirmationis, & Ordinis sacri,

^d Heb. 9.

e Con. Flo.

Trid. can. 2

& seq. de sa-

cra. Aug. in

psal. 73. lib.

19. con.

Faust. c. 13.

& lib. 3. de

doct. Chrs.

c. 9.

Item. q. 3. in

li. Numer.

est

est character, quem animæ imprimūt. Nam cū Apo-
s. 2. Cor. 1. stolus ait: ^a Vnxit nos Deus, qui & signauit nos &
dedit pignus spiritus in cordibus nostris: voce illa,

Character Signauit, nō obscure characterē descripsit: cuius pro-
quid sit. prium est, aliquid signare & notare. Est autē chara-
cter veluti insigne quoddam anime impressum, quod
deleri nunquam potest, eiq_z, perpetuo inhāret: de-

D. Aug. lib. 2. con. ep. Parm. c. 13. Et Epis. 50. quo ita apud S. Aug. scriptum est. An minus forte
scilicet miles insignitur, poterunt? illa namq_z militi-
ad militiā, quā deseruisset reuertēti, non noua imprī-
mitur, sed antiqua cognoscitur & approbatur. Iā ve-
ro character hoc prēstat, tū ut apti ad aliquid sacri
fusciendū vel peragendum efficiamur, tam ut
aliqua nota alter ab altero internoscatur. Ac baptis-

Baptismi character qd. efficiat. mi quidem characterē vtrumque consequimur, vt
 ad alia sacramenta percipienda reddamur idonei,
 & eo præterea fidelis populus à gentibus, que fidem
 non colunt, distinguatur. Idem autem in charactere

Confirmationis & sacri Ordinis licet cognoscere:
+ Confirmatio

+ quorum altero veluti Christi milites ad eius no-
minis publicam confessionem & propugnationem,
ac contra insitum nobis hostem, & spiritualia ne-
quitia in caelstibus armamur atque instruimur, si-
mulq_z ab ijs, qui nuper baptizati, tanquam modo

+ Ordinis. geniti infantes sunt, discerentur: + alter vero tum
 potestatem sacramenta consciendi & ministrandi
 coniunctum habet, tum eorum, qui eiusmodi pote-

state

state prædicti sunt, à reliquo fidelium cœtu distinctio-
nem ostendit. Tenenda igitur est catholica Ecclesiæ
regula, qua³ docemur, tria hæc sacramenta chara-
cterem imprimere, neque ullo vñquam tempore ite-
randa esse.

a Cōc. Flo.
Trid. can. 9
de sacra. in
genere.

Hæc sunt, quæ generatim de sacramentis traden-
da erunt, in cuius argumenti explicatione, Pastores
duo potissimum efficere omni studio conentur. Pri-
mum est, vt fideles intelligent, quanto honore , &
cultu & veneratiōe hæc diuina & caelestia munera
digna sint: alterum vero, vt, quoniam à clementissimo
Deo ad communem omniū salutem proposita sunt,
ipsi pie & religiose utantur, atque ita Christiane per-
fectionis desiderio ex ardescant, vt, si pœnitentie pre-
sertim & Eucharistia saluberrimo vsu aliquandiu
careant, plurimum damni se fecisse existiment. Hec
autem facile Pastores assequi poterunt, si que de sa-
cramentorum diuinitate & fructu supra dicta sunt,
auribus fidelium sepius inculcabunt. Primum à Do-
mino Salvatore nostro à quo nihil nisi perfectissimum
proficiisci potest, instituta esse: præterea, cū ministrā-
tur, spiritus sancti intima cordis nostri: permeantes
efficacissimum numē præsto esse: deinde, admirabili
& certa curādarum animarum virtute prædicta es-
se: tum per ea immensas illas Dominicæ passionis di-
uitias ad nos deriuari: Postremo vero ostendent, to-
tum Christianū edificium, firmissimo quidem lapi-
dis angularis fundamento inniti, verū nisi verbi Dei

prædicatione, & sacramentorum vsu vndig, fulciatur, magnopere verendum esse, ne magna ex parte labefactatum concidat. Ut enim per sacramenta in vitam suscipimur: ita hoc veluti pabulo alimur, conseruamur, augemur.

DE BAPTISMIS A- cramento.

Baptismido
Etina cur si
delibus ne-
cessaria, &
quibus tem-
poribus tra-
denda.

EX ijs quidem, quæ hactenus de sacramentis vniuersitate tradita sunt, cognosci potest, quæ necesse sarium sit ad Christianæ religionis vel doctrinæ percipiendam, vel pietatem exercendam: et intelligere, quæ de illorum singulis credenda catholica Ecclesia proponit: sed, si quis diligentius Apostolum legit, sine dubitatione ita statuet, perfectam baptismi cognitionem à fidelibus magnopere requiri: adeo non solum frequenter, sed grauibus verbis & spiritu Dei plenis, eius mysterij memoriam renouat, diuinitatem commendat, atque in eo ^a redemptoris nostri mortem, sepulturam, resurrectionem nobis ante oculos tum ad contemplandum, tum ad imitandum, constituit. Quare Pastores nunquam se suis multam operam & studium in huius sacramenti tractatione collocasse arbitrentur: verum, prater eos dies, in quibus more maiorum diuina baptismi mysteria potissimum explananda essent, in sabbato magno Pasche, & Pentecosie, quo tempore Ecclesia summa cum religione, maximisque ceremonijs hoc sacramentum celebrare consueverat, iij. etiam die-

^a Colo. 2.
Rom. 6.

diebus occasionem captent de hoc argumento disserendi. Atque illud in primis tempus maxime oportum ad eam rem videri poterit, si interdū, cum baptismus alicui ministrandus sit, fidelis populi multitudinem cōuenisse, animaduerterint, tunc enim facilius multo erit, si minus liceat omnia capita, quae ad hoc sacramentum attinent, persequi, vnum saltem, aut alterum docere, cum fideles eorum rerum doctrinam, quam auribus percipiunt, simul etiam sacris baptismi ceremonijs expressam vident, pioq; & attento animo contemplantur. Ex quo, deinde fieri, ut unusquisque ijs rebus admonitus, quae in alio geri videat, secum recordetur, qua se sponsione Deo obligauerit, cum baptismo iniciatus est: simulque illud cogitet, an vita & moribus talem se prebeat, quale ipsa Christiani nominis professio pollicetur.

Vt igitur, quae docenda erunt, dilucide exponantur: quoniam sit baptismi natura & substantia, apere riendum est: si prius tamen ipsius vocis significatio De nomine explicetur. Ac baptismus quidem Gracum esse nomen, nemo ignorat: quod etsi in sacris literis non solum eam^a ablutionem, que cum sacramento coniuncta est, sed etiam^b omne ablutionis genus, (quod aliquando ad passionem translatum est) significat: tamen apud Ecclesie scriptores non quamvis corporis ablutionem declarat, sed eam, que cum sacramento coniungitur, nec sine prescripta verborum forma ministratur, qua quidem significa-

a Rom. 6. ratione & Apostoli ex Christi Domini instituto frequē
 1. Petr. 3. tissime vſi ſunt. Alia quoque nomina ad eādem rem
 b Aug. epi. ſignificandam sancti patres vſuparunt. Sacramen
 23. tum enim fidei appellari, quod illud ſuscipientes, vni
 S. Diony. c Arco c. 3. d uersam Christiane religionis fidem proſiteantur, b
 Eccle. hier. D. August. teſtatur. c Alij vero quia fidē corda no
 Nazianz. in ſtra illumiuitur, quam in baptiſmo proſitemur, hoc
 oratio. in ſa sacramentum illuminationem vocarunt. Nam &
 & tu lauacru Apostolus ita inquit: d Rememor amini priſtos dies
 d Heb. 10. in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuisti
 e S. Chrys. 5 paſſionum: tempus nimium, quo baptizati erant
 significas. c Chryſotomus præterea in oratione, quia
 ad baptizatos habuit, tum expurgationem, quia
 f 1. Cor. 5. per baptiſmum: i expurgamus vetus fermentum, ut
 g Rom. 6. ſimū noua conſpersio: tum ſepulturam, tum plan
 h S. Dion. tationem, tum crucem Christi nominat: quarū om
 de eccl. hic nium appellationum cauſam ex Epiftola ad Roma
 rar. capit. 2. nos ſcripta licet colligere. Cur autem ^a D. Dionyſius
 par. 1. principium sanctissimorum mandatorum vacau
 rit, per ſpicuum eſt: cum hoc sacramentum veluti iu
 nua ſit, qua in Christiane ritæ ſocietatem ingredi
 mur, atque ab eo diuinis preceptis obtemperandi
 initium facimus. Atque haec de nomine breuiter ex
 ponenda erunt.

Baptiſmal Quod autem ad rei definitionē attinet, et ſi mul
 pro ſacra- tæ ex ſacris ſcriptoribus afferri poſſunt, illa tamen
 mēto ſum- aptior & commodior eſſe videtur, quam ex verbi
 pti definitio Domini apud Ioannem & Apostoli ad Ephesios li
 63

cet intelligere. Nam cum Saluator dicat: ^a *Nisi quis a Ioan. 3: renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei.* Et Apostolus, cum de Ecclesia loqueretur: ^b *Mundans eā lauacro aque in verbo: ita b Ephes. 5: fit, ut recte & apposite definiantur, Baptismum esse sacramentum regenerationis per aquam in verbo.* Natura enim ex Adam ^c filij ira nascimur, per Baptismum vero in Christo, filij misericordie nascimur: siquidem d dedit hominibus potestatis filios Dei fieri ^d Ioan. 1: ijs, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinis, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Sed quibuscumque tandem verbis baptismi naturam explicari contigerit, docendus erit populus, hoc sacramentum confici ablutione, cui ex Domini Salvatoris ^e instituto certa & so ^f Mat. 28: lennia verba necessario adhibebetur, quemadmodum semper sancti Patres docuerunt. Quod apertissimo illo D. Aug. f testimonio demonstratur: Accedit ver f Aug. tra- bum ad elementum, & sit sacramentum. Id vero eo stat. 80. in diligentius monere oportet, ne forte fideles in cum errorem inducantur, ut existiment, quod vulgo dici solitum est, aquam ipsam, que ad conficiendum baptis- sum in sacro fonte asseruatur, sacramentum esse tunc enim sacramentum baptismi dicendum est, cum aqua ad abluendum aliquem, additis verbis, que a Domino instituta sunt re ipse utimur.

Iam vero quoniam singula sacramenta ex materia & forma constitui initio diximus, cum generatim

de omnibus sacramentis ageretur: idcirco, quæ vtrahque sit in baptismo, à Pastoribus declarandum erit. Materiam igitur sive elementum huius sacramen-

a Cœc. Flo ti, esse omne^a naturalis aquæ genus sive ea maris sit rent. Trid. sive fluuij, sive paludis sive putei, aut fontis, que sine fess. 7. can. villa adiunctione aqua dici solet. Nam & Saluator 12. deBap. docuit: **b** Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu tlf. Chrys. non potest introire in regnum Dei. Et Apostolus in hom. 24. inquit: **c** Ecclesiam lauacro aquæ mundatam esse. Et Ioan.

b Ioan. 3. in B. Ioannis epistola scriptum legimus: **d** Tres sunt,

c Ephes. 5. qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & san
d 1. Ioá. 5. guis. Quod etiam^e alijs sacrarum literarum testi-
e Acto. 8. monij comprobatur. Quod vero à Ioanne Baptista

e 10. dictum est, venturū esse Dominum, qui baptizaret
f Matth. 3. in spiritu sancto, & igne, id quidem nullo modo de
g Luc. 3. baptisni materia intelligendū est, sed vel ad intimū

spiritus sancti effectum vel certe ad miraculum re-
ferri debet, & quod die Pentecostes apparuit, cum spi-

g Acto. 2. ritus sanctus ē calo in Apostolos ignis specie delapsus
h Acto. 1. est: de quo alio loco Christus Dñs noster prædixit:

Ioannes quidem baptizavit aqua: vos autem bapti-
zabimini spiritu sancto, non post multos hos dies.

Verum idem quoque à Domino tum figuris,

Figuræ & tum prophetarum oraculis significatum esse ex di-
prophetiæ antiquæ de aqua baptis-
tinis scripturis animaduertimus. Diluuium enim
quo mundus purgatus est, quod i multa malitia ho-
minum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intē-
ta esset ad malum huius aquæ figuram & similitudi-
nem.

nem gesisse, Apostolorum Princeps in ^a priori epistola ostendit. Et maris rubri transitum eiusdem aquae significationem habuisse, D. Paulus ad ^b Corinthios scribens exposuit. Ut interim omitteramus tuum Nazaman Syri ablutionem, tum dicit probatica piscine admirabilem vim, & alia id genus multa, in quibus huius ius mystery symbolum inesse facile appareat. De predicationibus autem dubitare nemo potest, quinque aque illae, ad quas tam liberaliter Isaías Propheta omnes fitientes inuitat, vel quas è templo egrediētes & Ezechiel in spiritu vidit, tum preterea fons ille, quem dominus David habitantibus Hierusalem paratum in ablutionem peccatoris & menstruatæ Zacharias hunc prenunciavit, ad salutarem baptismi aquam indicandam atque exprimendam pertineant.

Quantum vero baptismi naturæ & virtuti consentaneum fuerit, ut eius propria materia aqua institueretur, pluribus quidem rationibus Dicit Hieronimus ad Oceanum scribens demonstrauit. Sed quod ad tisimi materia cur initia hunc locum attinet. Pastores docere in primis poterunt, quoniam hoc sacramentum omnibus sine ulla exceptione ad consequendam vitam necessarium erat idcirco aquæ materiam, que nunquam nō prestito est, atque ab omnibus facile parari potest, maxime idoneam fuisse. Deinde aqua effectum baptismi maxime significat. Ut enim aquæ sordes abluit, ita etiam baptismi vim atque efficientiam, quo peccatorum maculae eluuntur, optime demonstrant. Acce

^b 1. Cor. 10.^c 4. Reg. 5.^d Ioan. 5.^e Hier. ad Oceanum^f epist. 83.^g Esa. 55.^h Ezecl. 47ⁱ Zach. 13.^j Aquabapt.^k S. Hier. epis.^l 83.^m Prima ratioⁿ Secunda.^o Tertia.

dit illud quod quemadmodum aqua refrigerādis corporibus aptissima est, sic baptismō cupiditatum ardor magna ex parte restinguitur.

Illud vero animaduertendum est, quamuis aqua simplex, quae nihil aliud admistum habet, materia apta sit ad hoc sacramentum conficiendum, quoties scilicet baptismi ministrandi necessitas incidat, ta-

a Dion. A- men ex^a Apostolorum traditione semper in catholi- reo. Eccles. ca Ecclesia obseruatum esse, ut cum solennibus cere-

Hierat. c. 2. moniūs baptismus conficitur, sacram^b etiam chris-

Cyp. lib. 1. tma addatur, quo baptismi effectum magis declara-

ep. 12. Ba- fil. de Spir. ri persticuum est. Doscendus quoque erit populus, et-

san. ca. 27. si aliquando incertum esse potest, vtrum hac an illa Amb. lib. 1. vera aqua sit, qualem sacramenti perfectio requirat de sacra. ca.

5. &c de ijs: hoc tamen pro certo habendum esse, nunquā ex alia qui myst. inti- tiantur. c. 3 sacramentum ylla ratione confici posse.

b Dion. ca. Sed duarum partium ex quibus baptismus con-

2. Eccle. hic stare debet, postquam altera hoc est, materia, di- ligenter explicata fuerit, studebunt Pastores eadē

Quam sit ne- diligentia formā etiam tradere, quae est altera eius

cessaria for- pars maxime necessaria. In huius autem sacramenti

mæ baptis- explicatione, eo maiori cura & studio elaborandum

mi cognitio putabunt, quod tam sancti mysterij notitia non solū

sua sponte fideles vehementer delectare potest, quod

quidē in omni diuinariū retū sciētia cōmuniter ene-

nit, verum etiā ad usus fere quotidiano summis opere

experēda est. Cū enim sēpe incidat tēpora, quae admo-

dum

dum suo loco planius dicetur, in quibus tum ab alijs de populo, tum s̄epissime à mulierculis baptisimū ministrari oportet: ita sit, ut promiscue omnibus fidelibus ea, quae ad huius sacramenti substantiam pertinent cognita & perspecta esse debeant. Quare dilucidus & apertus verbis, que facile percipi ab omnibus possint Pastores docebunt, hanc esse perfectam & ab solutam baptisini formam. Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Ita enim à Dño & salvatore nostro traditum est, cum Apostolis apud Matth. præcepit:^a Euntes docete oēs gentes, baptizātes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Ex illo autē verbo, Baptizātes, catholica Ecclesia, diuinatus edoc̄ta, optime intellexit, in huius sacramenti formā actionē ministri exprimendā esse quidem sit, cum dicitur. Ego te baptizo. Ac quoniā pr̄ter ministros, tū illius personam, qui baptizatur tū principalem causam, que baptismū efficit, significare oportebat: idcirco illud pronomen, T E, & distinguita diuinarum personarum nomina addūctur, ut ab soluta sacramenti forma ijs verbis concludatur, que modo exposita sunt. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti. Neque enim sola filii persona, de quo à Ioāne scribitur:^b Hic est, qui baptizat: sed simul oēs S. Trinitatis personae ad baptismi sacramentū operantur. Quid autē. In nomine, non in nominibus, dictum est, hoc plane declarat unam Trinitatis naturam & diuinitatem. Etenim hoc

Baptisini
forma que-
sit.

^a Matt. 28.

^b Ioan. 1.

loco, nomen, ad personas non refertur, sed diuinam substantiam, virtutem & potestatem, quae vna & eadem est in tribus personis, significat. Sed in hac forma quam integrum & perfectum esse ostendimus obseruandum est, quedam prorsus necessaria esse, quae si omittantur, sacramentum confici non potest: quedam vero non ita necessaria, ut si desint, sacramenti ratio non constet, cuiusmodi est vox illa, Ego: cuius vis in verbo Baptizo continetur: imo vero in Ecclesijs Græcorum, variata dicendi ratione, prætermitti consuevit: propterea, quod nullam fieri oportere ministri mentionem iudicarunt: ex quo factum est, ut in baptismo hac forma passim vtantur: Baptizetur seruus Christi in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, à quibus tamen perfecte sacramentum ministrari, ex^a Conciliij Florentini sententia, & definitione appetit: cum ijs verbis satis explicitur id, quod ad baptismi veritatem attinet, nimirum ablutione, quæ tunc re ipsa peragitur.

**a Cœc. Flo.
in doct. de
sacram.**

**De baptis.
in nomine Iesu.**

**b Act. 1.8.
10. & 19.**

Quod si etiam aliquando tempus fuisse dicendum est, cum b Apostoli in nomine tantum Domini Iesu Christi baptizarent: id quidem Spiritus sancti asslatu tu eos fecisse exploratum nobis esse debet: ut initio nascentis Ecclesie, Iesu Christi nomine predicatione illustrior fieret, diuinaque & immensa eius potestas magis celebraretur. Deinde vero rem penitus introscientes, facile intelligimus, nullam earum partium in ea forma desiderari, que ab ipso Salvatore prescripta

scripta sunt, qui enim Iesum Christum dicit, simul etiam patris personam, à quo vñctus, & Spiritū sanctum, quo vñctus est significat. Quanquam dubium fortasse videri potest, an huiusmodi forma Apostoli aliquem baptizauerint si a Amb. & b Basili, sanctis a S. Ambr. simorum, & grauissimorum Patrum auctoritatem lib. i. de Spi sequi volumus, qui ita baptismum in nomine Iesu ritu sancto. Christi interpretati sunt, ut dixerint, ijs verbis signifi- cap. 3.
ficari baptismum non qui à Ioanne, sed qui à Chri- b. S. Basil. &
sto Domino traditus esset, tametsi à communi & vni- Spiritu san.
tata forma, quæ distincta trium personarum nomi- c. 12.
na continet, Apostoli non discederent. Atque hoc lo-
quendi genere Paulus etiam in Epistola ad Galatas
vñsus videtur, cum inquit ^c Quicunq; in Christo ba- c Galat. 3.
ptizati estis: Christum induistis: vt significaret, in fi-
de Christi, nec alia tamē forma, quā idem Salvator
& Dñs noster seruandā præceperat, baptizatos esse.

Hactenus igitur de materia & forma, quæ ad ba-
ptismi substantiam maxime pertinent, fideles doce-
re satis fuerit. Non iam vero in hoc sacramento co-
ficiendo legitimè etiam ablutionis rationem serua-
ri oportet: idcirco eius quoque partis doctrina à
Pastoribus tradenda est, atque ab eis breuiter expli-
candum, communi Ecclesie more & consuetudine
receptum esse, ut baptismus vno aliquo ex tribus mo-
dis confici posset. Nam qui hoc sacramento iniciari
debent, vel in aquam merguntur, vel aqua in eos in-
funditur, vel aquæ aspersione tinguntur.

*Ex his autem ritibus quicunque seruetur, baptismū
vere perfici credendum est. Aqua enim in baptismo
adhibetur ad significandam animæ ablutionē, quā
efficit quare baptismus ab ^a Apostolo lauacrum ap-
pellatus est. Ablutio autem nō magis sit, cum aliquis
aqua mergitur, quod diu à primis temporibus in Ec-
clesia obseruatum animaduertimus: quam vel aque
† An trina a effusione, quod nunc in frequenti vsu positum vide-
blutione sit mus, vel adspersione quemadmodum à Petro factū
opus.*

^c B. Grego.
^b U. a. epi. 4.

*fidei veritatem traduxit & baptizavit. * Vtrū ve-
ro vnicā, an trina ablutio sit nihil referre existimā-
dum est: Vt rōuis enim modo & antea in Ecclesia ba-
ptismum vere confectum esse, & nunc confici posse,
ex Dini Gregorij magni epistola, ad ^c Leandru scri-
pta, satis apparet. Retinendus est tamen à fidelibus is-
titus, quem vnuſquisque in sua Ecclesia seruari ani-
maduerterit: Atque illud præcipue monere oportet,
non quamlibet corporis partem, sed potissimum caput,
in quo omnēstum interiores, tum externi sensus
vigent, abluēdum: simulque ab eo, qui baptizat,
non ante, aut post ablutionem verb. a sacramēti, que
formam continent, sed eodem tempore, quo ablutio
ipsa peragitur, pronuncianda esse.*

Baptismus
a quo insti-
tutus.

*His expositis, conueniet præterea docere, & in me-
moriā fideliū reducere, baptismum, quemadmo-
dum & reliqua sacramenta, à Christo Domino in-
stitutum esse. Hoc igitur Pastores frequenter do-
cebunt*

cebunt: explicabuntq; duo diuersa tempora baptis-
mi notanda esse: alterum cum Saluator eum insti-
tuit, alterum, cum lex de eo suscipiendo sancita est.
Ac, quod ad primum attinet, tunc à domino hoc sa-
cramentum institutum esse perspicitur, cum ipse à
Ioanne ^a baptizatus sanctificandi virtutē aquæ tri-
buit. Testantur enim sancti, ^b Gregorius Nazianze-
nus, & ^c Au eo tempore aquæ vim generandi, in spi-
ritualem scilicet vitam, datam esse. Et alio loco ita
scriptum reliquit: ^d Ex quo Christus in aqua mergi-
tur, ex eo omnia peccata abluit aqua. Et alibi: ^e Ba-
ptizatur Dominus, non mundari indigens, sed tactu
mundæ carnis aquas mundans, ut vim abluendi ha-
beant. Aquæ ad eam rem illud maximo arguento
esse potuit: quod tunc sanctissima Trinitas, in cuius
nomine baptismus conficitur, numen suum præsens de-
claravit. ^f Vox enim patris auditæ est: filij persona
aderat: & Spiritus sanctus in columba specie descen-
dit, præterea cali aperti sunt, quo nobis iam per ba-
ptismum licet adscendere. Quod si quis scire cupiat,
quanam ratione tanta & tam diuina virtus à Do-
mino aquis tributa sit, id quidem humanam intelli-
gentiam superat. Hoc vero satis percipi à nobis po-
test, baptismo à Domino suscepto, sanctissimi & pu-
rissimi eius corporis tactu aquam ad baptismi salu-
tarem usum consecratam esse, ita tamen, ut hoc sa-
cramentum, & si ante passionem institutum fuerit,
à passione tamen, que omnium Christi actionum
tanquam

Baptismus
quando in-
stitutus.

^a Mat. 3.

^b B. Greg.

Naz.oratio

ne in natalē

Saluatoris

circā finem

^c Aug. ser.

29. de tép.

^d Ser. 36.

de tempore

^e Ser. 37.

de temp.

^f Matt. 3.

Marc. 1.

Lucæ. 3.

tanquam finis erat, vim & efficientiam duxisse, credendum sit. Sed de altero etiam, quo scilicet tempore baptismi suscipere lex de baptismo lata fuerit, nullus dubitandi loviendo: quācūs relinquitur: nam inter sacros scriptores cōuenit, do lata est. post Domini resurrectionem, cum Apostolis praecepit:

^a Mar. 16. ^b Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti: ex eo tempore omnes homines qui salutem eternam consecuturi erāt, lege de baptismo teneri cōpisse. Quod qui dem ex Apostolorum Principiis auctoritate colligitur: cum inquit,

^b 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spem viuuā per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Idemq₃ ex

^c Ephes. 5. illo Pauli loco: Seipsum tradidit pro ea, vt illā sanctificaret, (cum de Ecclesia loqueretur) mundans eā lauacro aquæ in verbo: licet cognoscere. Vterq₃ enim baptismi obligationem ad tempus, quod mortem Domini consecutum est, videtur retulisse, vt dubitandum nullo modo sit, verba etiam illa Saluatoris: ^d Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei: id ipsum tempus spectasse, quod post passionem futurum erat.

Ex ijs igitur, si accurate à Pastoribus tractentur, haud dubium esse potest, quin fideles maximam in hoc sacramento dignitatem agnoscant, ac summa animi pietate venerentur: presertim vero cum cogitarint, præclarata illa & amplissima munera, quæ, cum Christus Dominus baptizaretur, miraculorum significationibus declarata sunt, singulis, cum baptizan-

baptizantur, intima spiritus sancti virtute donari
atq^z impertiri. Ut enim, si quemadmodum^a Elisei a 4. Reg. 6
puero contigit, nobis oculi ita operiretur, vt cælestes
res intueri possemus, nemo adeo communī sensu ca-
rere putandus esset, quem diuinā baptismi mysteria
in maximam admirationē non traducerent: cur idē
etiam euenturum non existimemus, cum à Pastorib-
bus huius sacramenti diuītiae ita exposita fuerint, vt
eas fideles si non corporis oculis, at mentis acie, fidei
splendore illuminatae, contemplari queant?

Iam vero, à quibus ministris hoc sacramentum
conficiatur, non utiliter modo, sed necessario tra-
dendum videtur: tum vt q̄, quibus præcipue hoc mu-
nus commissum est, illud sancte & religiose curare
studeant: tum, vt ne quis, tanquam fines suos
egressus, in alienam possessionem intempestive in-
grediatur, vel superbe irrumpat: eum in^b omnibus b 1. Cor. 4
ordinem seruandum esse Apostolus admoneat. Do-
ceantur igitur fideles, triplicem esse eorum ordinē:
ac in primo quidem^c Episcopus & sacerdotes collo- c Isidor. II.
candos esse, quibus datum est, vt iure suo, non extra- 2. de offic.
ordinaria aliqua potestate, hoc munus exerceant. Iis eccl. c. 24.
enim in Apostolis præceptum est à Domino: d Eun- Hilarius in
docendi populi curam deserere cogerentur, baptis- psalm. 77.
mi ministeriū sacerdotibus relinquere soliti essent. Amb. In c.
Quod vero sacerdotes iure suo hanc functionem 4. ad Ephes.
exerceant, ita vt praesente etiam Episcopo ministra- d Mat. 28.

re baptismum possint, ex doctrina Patrum, & vsu Ecclesie constat. Nam cum ad Eucharistiam consecrandam instituti sint, ^a quae est pacis & unitatis sacramentum: consentaneum fuit, potestatem ihs dare omnia illa administrandi, per quae necessario huius

b Disti. 93 pacis & unitatis quilibet particeps fieri posset. Quod c. Diaco. ex si aliquando Patres sacerdotibus, sine Episcopi venia epif. 1. Ge- baptizandi ius permisum non esse dixerunt, id de co- lafij. c. 9. Ne cessitate co- gête qui quis potest bap- tizare.

c C. Eccl. Mag. ca. 1. & 30. q. su- per quibus, & de cosec. dist. 4. In ne cessitate. **d** De conf. dist. 4. ca. A quodam.

e Ibidem ca. Romana. **f** Aug. li. 3. cōt. Donat. c. 15. & li. 7. c. 53. **g** Eccl. Tr. sess. 7. can. 4. de bap.

crandam instituti sint, ^a quae est pacis & unitatis sa- cramentum: consentaneum fuit, potestatem ihs dare omnia illa administrandi, per quae necessario huius

pacis & unitatis quilibet particeps fieri posset. Quod c. Diaco. ex si aliquando Patres sacerdotibus, sine Episcopi venia epif. 1. Ge- baptizandi ius permisum non esse dixerunt, id de co- lafij. c. 9. Ne cessitate co- gête qui quis potest bap- tizare.

hoc sacramentum administrare, plurima sanctorū^b Patrum decreta testantur. Extremus ordo illorum est, qui cogente necessitate, sine solennibus cæremoniis baptizare possunt: quo in numero sunt ^c omnes, etiam de populo, siue mares, siue fœminæ quamcūq; illi seculam profiteantur. Nam & ^d Iudeis quoque,

infidelibus, & ^e hereticis, cum necessitas cogit, hoc munus permisum est, si tamen id efficere propositū

eis fuerit, quod Ecclesia catholica in eo administra- tionis genere efficit. Hec autem cum multa veterum

Patrum, & Conciliorum decreta confirmarunt tum vero à sacra ^f Tridentina Synodo anathema in eos

sancitum est, qui dicere audiant, baptismum, qui etiam datur ab hereticis in nomine patris, & filii,

& spiritus sancti, cum intentione faciendi, quod

pro

profecto summam Domini nostri bonitatem & sapientiam licet admirari. Nam cum hoc sacramentum necessario ab omnibus percipiendum sit, quem admodum aquam eius materiam instituit, quæ nihil magis communem esse potest: sic etiam neminè ab eius administratione excludi voluit: quamvis, ut dictum est, non omnibus licet solenes ceremonias adhibere non quidem quod ritus, aut ceremonie plus dignitatis, sed quod minus necessitatis, quam sacramentum habeant. Neque vero hoc munus ita omnibus promiscue permisum esse fideles arbitrentur, quin ordinem aliquem ministrorum statuere maxime deceat: mulier enim si mires adsint, laicus ite presente clero, tum clericus coram sacerdote, baptismi administrationem sibi sumere non debent. Quanquam obsterices, qua baptizare consueverunt, improbandæ non sunt, si interdum presente aliquo viro, qui huius sacramenti consciendi minime peritus sit, quod alias virtutis magis proprium officium videretur, ipse exequantur.

Accedit autem ad eos ministros, qui, ut hactenus declaratum est, baptismū cōficiūt, aliud etiā ministro rū genus, qui ad sacra & salutarem ablutionē celebrandā ex vetustissima catholice Ecclesiæ cōsuetudine adhiberi solet, iū nūc patrini, olim susceptores sponsores, seu fidei successores, cōmuni vocabulo, à retū dīsignarū a scriptoribus vocabātur. De quorum munere,

De patrini
baptizando
rum.

a S. Dion.
Areop. in ec
cle. hierar.
c. 7.

agen-

agendum erit, ut fideles intelligant, quæ potissimum ad illud recte perficiendum necessaria sint. In primis vero explicare oportet, quæ causa fuerit, cur ad ba-

Patrini cur ptismum præter sacramenti ministros, patrini etiā adhibeātur & susceptores adiungerentur. Quod quidē optimo iure factū esse omnibus videbitur si meminerint, ba ptismū esse spirituale regenerationē, per quam filij Dei nascimur. De ea enim ita loquitur D. Petrus^a

a 1.Pet. 2. Sicut modo geniti infantes rationabiles, sine dolo lac cōcupiscite. Ut igitur, post quā aliquis in hanc lucem editus est, nutrice & pædagogo indiget, quorū ope atque opera educetur, ac doctrina & bonis artibus erudiatur: ita etiam necesse est, ut qui ex baptisi mi fonte vitā spirituale viuere incipiunt, alicuius ſi dei & prudētie committantur, à quo Christianæ religionis præcepta haurire, ad omnemque pietatis rationem institui possint, atq; ita paulatim in Christo adolescere, donec tādem viri perfecti, iuuante Dño euadāt: cum præsertim Pastoribus, qui publica Parochiarum curationi prepositi sunt, tantum temporis non supersit, ut priuatam illam curam pueros in fide erudiendi ſuscipere possint. Huius autem vetustis

b Diony. c. vlt. Eccle. Hierarc. simæ consuetudinis præclarum testimonium à Dionysio habemus, cum inquit: ^b Diuinis nostris du cibus (sic enim Apostolos vocat) in mentem venit, & visum est ſuscipere infantes, ſecundum iſum ſan ctum modum, quod naturales parentes pueri cum cuidam docto in diuinis, veluti pædagogo, tra derens

derent, sub quo, sicut sub diuino patre & salvationis sancta susceptore reliquum vite puer degeret. Eadem vero sententiam confirmat a Higinij authoritas. ^{a Higinij pp. de cons.} Quamobrem sapientissime à sancta Ecclesia cōstitutum est, vt nō solum is, qui baptizat, cum bap- ^{di. 4.c. in ca}
 tizato: sed etiam susceptor cum eo, quem suscipit, & ^{the.}
 cum eis veris parentibus affinitate deuinciatur ita ^{† De affini-}
 vt legitima nuptiarum fœdera inter hos omnes ini- ^{tate, quæ in}
 ri non possint, atq; initia dirimantur. Præterea doce ^{baptis. con-}
 re oportet fideles, quæ sint susceptoris partes. Etenim ^{trahitur.}
 hoc munus adeo negligenter in Ecclesia tractatur, ^{Patrinorū}
 vt nudum tantum huius functionis nomen relictū ^{nem spectant, curent diligenter, vt illi tales se in omni officium.}
 sit: quid autem sancti in eo contineatur, ne suspicari ^{Diony. loco}
 quide[m] homines videātur. Hoc igitur vniuersi suscep- ^{superacitato}
 prores semper cogitent, se hac potissimum lege obstri-
 ctos esse, vt spirituales filios perpetuo cōmendatos ha-
 beant, at quæ in ijs quæ ad Christiane vitæ institutio-
 ni vita prebeant, quales eos futuros esse solenni cere-
 monia spoponderunt. Audiamus quid ea de re S. Dio-
 nyius scribat, verba spōsoris exprimens: Spondeo pue-
 rum inducturū, cum ad sacrā intelligentiā venerit,
 sedulis adhortationib⁹ me is, vt abrenūciet corrarijs
 omnino, profiteatur per agatq; diuinis, quæ pollicē-
 tur. Item D. Augusti. Vos inquit, ante omnia tam vi- ^{August. ser.}
 ros, quam mulieres, qui filios in baptismate suscep- ^{163. & 215}
 sis moneo, vt cognoscatis fideiuſſores apud Deum ^{de temp. &}
 extitisse pro illis, quos nisi estis de sacro fonte susci- ^{de conse. di}
 stin. 4.c. vos ^{ante omnia}

pere ac prosectorum decet maxime cum, qui aliquod officium suscepit, in eo diligenter exequendo nunquam defatigari: & qui se alterius pedagogum & custodem professus est, minime pati illum esse desertum, quem semel in fidem & clientelam suam recepit, donec illum opera & praesidio suo egere intellexerit.

Filiis spiritu
tualib. que
sunt traden- Que autem filiis spiritualibus tradenda sunt patris
da. Diuinus Augustinus comprehendit, cum de hoc ipso suorum
sceptorum officio loqueretur: inquit enim: Debent
eos admisione, ut castitatem custodiunt, iustitiam dili-
gunt, charitatem teneant, & ante omnia Symbolum
& orationem Dominicam eos doceant: Decalogum
etiam, & quae sunt primi Christiane religionis ru-
dimenta. Que cum ita se habeant, facile intelligi-
mus cuinam hominum generi sancte huic tutela
administratio committenda non sit, nimurum ipsis.

Ad patrino qui eam gerere aut fideliter nolint aut sedulo & ac-
rum officiu curate non queant. Quo circu. prater naturales pa-
qui homi- rentes, quibus non licet ea curatione suscipere (vt ex
nes admittē eo magis appareat, quantum hec spiritualis educatio
di no sint. & carnali distet) heretici in primis, Iudei, infideles

a Cōc. Tr. ab hoc munere omnino prohibendi sunt, vt qui in
Sess. 24. ca. ea cogitatione & cura semper versentur, vt fidei ve-
2. reforma. ritatem mendaciis obscurent atque omnem Chri-
matim. stianam pietatem enervant.

Plures quoque ne baptizatum de baptismio sus-
cipiant, sed ut tantum siue vir, siue mulier, vel ad
summum viuis & vna, a Tridentino Concilio statutum

tum est, cum quia disciplinæ, atque institutionis ordin à multitudine magistrorum perturbari poterat; tum quia prouidere oportebat, ne inter plures eiusmodi affinitates coniungerentur, que impedirent, quo minus legitimo matrimonij vinculo omnium inter homines societas latius diffunderetur.

TSed cum ceterorum rerum cognitio: quæ ha-
stenus expositæ sunt, fidelibus utilissima habèda sit:
tum vero nihil magis necessarium videri potest, quæ
ut doceantur, ^a omnibus hominibus baptismi legem
à Domino prescriptam esse, ita, ut nisi per baptismi
gratiam Deo renascantur, in sempiternam miseri. &
& interitum à parentibus, siue illi fideles, siue infi-
deles sint, procreentur. Igitur sepius à Pastoribus ex-
plicandum erit, quod apud Euangelistam legitur: ^b
Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non po-
test introire in regnum Dei.

TQuam legem non solum de ijs, qui adulta-
tate sunt, sed etiam de pueris infantibus intelli-
gendam esse, idquæ ab ^c Apostolica traditione Ec-
clesiam accepisse, communis Patrum sententia &
authoritas confirmat. **P**reterea, credendum est, no-
luisse Christum Dominum baptismi sacramentum,
& gratiam pueris denegari, de quibus dicebat ^d
Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me ve-
nire: talium enim est regnum celorum, quos amplexa-
batur, super quos manus imponebat, quos benedi-
cebat. Deinde cum legitimus totū aliquam familiā à

† Quam ne-
cessaria ba-
pti. suscep-
tio tā adul-
tis, quam in-
fantib.

a Cōc. Trī.
ses. 7. can. 5
de baptis. &
ses. 1. can. 3.
& 4.

b Ioan. 3.

† Primiū ar-
gumentum
pro baptis.
infantum.

c Dion. ca.
ylt. ecclesi.
Hierarch.

Clemēs li. 8
cōstit. Apo.
ca. 15. Aug.
li. 40. de Ge.
ad lit. ca. 33

li. 1. de pcc.
mer. c. 16.

† Secundum.
d. Mar. 19.
Mar. 10.

Ber. ep. 240
ad Helle-
phon.

Tertium.

2. Cor. 1. Paulo^a baptizatam esse satis apparet, pueros etiā,
 Actor. 16. qui in illorum numero erant salutari fonte ablutos
 eum morem maxime commendat. Pueros enim^c
 † Quartum. b Genes. 21 octauo die circuncidi solitos, nemo est, qui ignoret.
 Lucæ. 12. Ac quibus circūcisio^d manu facta in exploitatione
 † Quintum. corporis carnis proderat, iisdem baptismum, qui est
 d Rom. 5. circuncisio Christi non manu facta, prodeesse perspi-
 cō. Milēti. cuum est. Postremo, ut Apostolus docet: Si vnius de
 can. 2. Trī. licto mors regnauit per unum, multo magis abun-
 ses. 5. cano- dantiam gratiae, & donationis, & iustitiae accipien-
 ne. 4. Chiry. homi. de A- tes, in vitam regnabunt per unum Iesum Christum.
 dam & Euā Cum itaque per Adæ peccatum pueri ex origine no-
 Cypr. lib. 3. xam contraxerint: multo magis per Christum Dñm
 epist. 8. Au. serm. 14. de possunt gratiam & iustitiam consequi, ut regnent in
 ver. Apos. vitam: quod quidē sine baptismō fieri nullo modo po-
 ept. 18. In test. Quare docebunt Pastores, infantes omnino ba-
 enchi. e. 5. 1. ptizandos, & deinde paulatim teneram et atē Chri-
 & 64. li. 1. stiane religionis præceptis ad verā pietatē informan-
 de peccat. dā esse. Nā, ut à Sapiēte præclare dictum est: f Ado-
 mier. ca. 9. & 23. li. 3. c. 4. lescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non
 Ber. ept. 77. recedat ab ea. f Neque enim dubitare licet, quin
 f Paul. 22. fidei sacramenta, cum ablauuntur, accipient: non
 Paruu. an si quia mentis suæ assensione credant: sed quia paren-
 dē habeant tum fidei si parentes fideles fuerint: sin minus, fidei
 Ber. scr. 66. (ut Divi Augustini & verbis loquamur) vniuersa
 in ca. & epi. societatis
 77. Au. ter. 14. de verb. Apost. lib. 1. de pecc. mier. cap. 19. Tri. can. 13. de ba-
 ptismo.

societatis sanctorum maniantur. Etenim ab ijs om-
nibus recte dicimus eos baptismo offerri, quibus pla-
cet ut offerantur, & quorum charitate ad commu-
nionem sancti Spiritus adiunguntur.

Hortandi autem sunt magnopere fideles, vt li-
beros suos, quam primum id sine periculo facere
liceat, ad Ecclesiam deferendos, & solennibus cere-
moniis baptizandos curent. Nam cum pueris in-
fantibus nulla^b alia salutis comparanda ratio nisi^b Aug. vsu
eis baptismus prebeat, relict a sit: facile intelligi - pra. cum re-
tur, quam graui culpa illi se se obstringant, qui eos liquis.
sacramenti gratia diutius, quam necessitas postu-
let, carere patientur: cum praeferim propter etat-
is imbecillitatem, infinita poenae vitae pericula illis
impendeant.

Diversam vero rationem in ijs seruandam esse, Adulsi non
qui adulta etate sunt, & perfectum rationis usum
habent, qui scilicet ab infidelibus oriuntur, antiquæ
Ecclesie consuetudo declarat. Nam Christiana quidē
fides illis proponenda est, atque omni studio ad eam
suscipienda cohortandi, alliciendi, inuitandi sunt.
Quod si ad Dominum Deum conuertantur: tum ve-
ro monere oportet, ne ultra tempus, ab ecclesia pre-
scriptum baptismi sacramentum differant. Nam
cum scriptum sit: ^c Non tardes conuerti ad Domi-
num, & ne differas de die in diem: docendi sunt; per
fectam conuersationem in noua per Baptismum ge-
neratione possum esse; præterea, quo serius ad bap-
tismum

a D. Aug.
epist. 23. ad
Bonifaciū.

Infantū ba-
ptismus cur
nō differen-
dus.

liquis.

statim bap-
tizandi, sed
nec ipsi ni-
mū differ-
re debet ba-
ptismi susce-
ptionem.
Ecclesi. 5.

timum veniunt, eo diutius sibi carentum esse certorum, sacramentorum vnu & gratia, quibus Christiana religio colitur, cum ad ea sine baptismo nulli aditus patere possit: deinde etiam maximo fructu priuari, quem ex baptismo percipimus. Siquidem non solum omnium scelerum que ante ea admissa sunt masculin & fortes baptismi aqua prorsus eluit ac tollit sed diuina gratia nos ornat, cuius ope & auxilio in posterum etiam peccata vitare possumus, iustitiamque & innocetiam tueri: qua in re summam Christiane vitae constare facile omnes intelligunt. Sed quamvis hac ita sint, non consuevit tamen Ecclesia baptismi sacramentum huic hominum generi statim tribuere, sed ad certum tempus differendum esse constituit.

a. Ambros. Neque enim ea dilatio periculum, quod quidem pueris imminere supra dictum est, coniunctum habet, in ora, de o-
bita Valen- cum illis, qui rationis vnu prædicti sunt baptismi sa-
tinia. **Aug.** scipiendi propositum atque consilium, & male acto
li. 4. de Bap. vita penitentiæ, satis futura sit ad gratiam & iusti-
tiam, si repetitus aliquis casus impedit, quo minus
nat. c. 22. Bern., epist. salutari aqua ablui possint, Contra vero hec dilatin-
77. Co. Tri. aliquas videtur utilitates asserre. Primū enim, quo-
scf. 6. can. 4 niam ab Ecclesia diligenter prouidendum est, ne-
li. 3. Decre- quis ad hoc sacramentum facto & simulato animi
talium titu. accedat, eorum voluntas, qui baptismum petunt,
de Bapt. & magis exploratur atque perspicitur cuius rei can-
elus effe. c. 3. & 4. sa in antiquis Concilijs decretum legamus, ut b. qui
b. Concil. ex Iudeis ad fidem catholicam veniunt, ante quam
baptis-

baptismus illis administretur, aliquor menses inter Agathē. ca-
cathecumenos essent: deinde, in fidei doctrina, quā no. 14. & de
prositeri debent, & Christiane vite institutionibus cons. dist. 4.
eruditur perfectius. Præterea, maior religionis cul- c. Inde quo
tus sacramento tribuitur, si constitutis tantum Pa- rum.

schœ & Pentecostes diebus solenii ceremonia baptis-
mum suscipiant. Sed interdum tamen baptismi tē-
pus iusta aliqua, & necessaria de causa differendum
non est, veluti si vita periculum instare videatur, ac
præsertim si illi abluendi sint, qui iam fidei myste-
ria plene percepient. Quod quidē^a Philippum, & b
Apostolorum Principem fecisse satis constat, cum al-
ter Candacis reginæ Eunuchū alter Cornelīū, nulla
interposita mora, sed statim, ut se fidē implecti pro-
fessi sunt baptizavit. Docendum præterea & popu-
lo explicādūmerit, quomodo affecti esse debent qui
baptizandi sunt. In primis itaque opus est, ut velint
propositumque illis sit, baptismum suscipere. Nam
cum unusquisque in baptismō peccato moriatur, &
nouā iterationē & disciplinā suscipiat, & quā est,
nō inuito cuiquā, aut recusanti, sed illis tantum, qui
sponte sua, & libetū animo accipiunt, baptismū precebe-
ri. Quare ex sancta traditione semper scrutati am-
mduerimus, ut nemini baptismus ministretur, nisi
prius interrogatus fuerit, an velit baptizari. Nec ve-
ro in pueris quoq; infantibus cū voluntate desse exi-
stūdū est, cū ecclesiæ voluntas, qua pro illis spon-
det, obscurā esse non posset. Præterea amentes &

^a Act. 8.
^b &. 10.

In baptizā-
do quid p̄t
mum requi-
ritur.

furious, qui cum aliquando compotes mentis essent, in insaniam deinde inciderunt, ut qui eo tempore nullam baptismi suscipiendi voluntatem habeant; nisi vita periculum immineat, baptizandos non esse: cum autem in vita discrimine versantur, si antequam furere inciperent, eius voluntatis significatio dederunt, abluedi sunt sin minus, a baptismi administratio abstinendum est. Idemque iudicium de dormientibus fieri debet. Quod si in metu potest ate nunquam fuerunt, ita ut nullum rationis usum habuerint, eos in fide ecclesie non securus ac pueros, qui ratione carent, baptizandos esse Ecclesie auctoritas & consuetudo satis declarant. Verum praeter baptismi voluntatem fides ea etiam ratione, quae de voluntate dictum est, ad consequendam sacramentum gratiam maxime necessaria est. Etenim Dominus & Salvator noster docuit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Deinde, ut quilibet admissorum scelerum, & malae actae vita paeniteat, atque ut idem in posterum a peccatis omnibus abstineret statuat, opus est. Aliter enim, qui ita baptismum peteret, ut tamquam peccandi consuetudinem nollet emendare, omnino repellendus esset. Nihil enim baptismi gratia & virtuti adeo repugnat, quam eorum mens & consilium, qui nullum unquam peccandi finem sibi constituerunt. Cum itaque baptismus ob eam rem expetendus sit, ut Christum induamus, & cum eo coniungamur, plane constat, merito a sacra ablutione reiectendum esse, cui in vitiis & peccatis perseverare propositum est:

Marc. 16.

est: præsentim vero, quia nihil eorum, quæ ad Christum & Ecclesiam pertinent, frustra sancipiendum est: in anemque baptismum, si iustitia & salutis gratiam spectemus, in eo futurum esse, satis intelligemus, qui secundum carnem ambulare, non secundum spiritu a Rom. 8. ritum cogitat: et si, quod ad sacramentum pertinet, perfectam eius rationem sineulla dubitatione consequitur, si modo, cum rite baptizatur, in animo beat id accipere, quod à sancta Ecclesia administratur. Quamobrem Princeps Apostorum magnæ illi hominum multitudini, qui (ut ait scriptura) compuncti corde, ab eo, & à reliquis Apostolis, quid sibi faciendum esset, quesiverant: ita respondit: ^b Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Et alio loco: ^c Pœnitemini, inquit, & convertimini, ut deleantur peccata vestra. Item Beatus ^d Paulus, ad Romanos scribens, aperte ostendit, ei, qui baptizatur, omnino moriendum esse peccatis: quare nos monet, ne exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed exhibeamus nos Deo, tanquam ex mortuis viuentes.

^b Acto. 2.^c Acto. 3.^d Rom. 6.

Hec vero si fideles sepe meditari fuerint, pri-
mum quidem summam Dei bonitatem vehemen-
ter admirari cogentur, qui nihil tale merentibus,
tam singulare, & diuinum baptismi beneficium so-
la sua misericordia adductus tribuit: deinde, cum
sibi ante oculos proponent, quam aliena esse, debeat
ab omni crimen eorum vita, qui tanto munere or-

nari sunt: illud etiam in primis a Christiano homine
requiri facile intelliget, ut quotidie tam sancte & re-
ligiose traducere vitam studerent, perinde ac si ea ipsa
die baptismi sacramentum & gratiam consecuti essent.
Quanquam ad inflammandos ver.e pietatis studio ani-
mos nihil magis proficiet, quam si Pastores accurata
oratione explicauerint quinam sint baptismi effectus.

De his igitur quoniam sepe agendum est, ut sive

De primo les magis perficiant se in altissimo dignitatis gra-
effectu bap du positos esse nec se ab eo deicci vllis aduersarij insi-
tissimi, remis- dijs, vel impetu, vel iniquam tempore patiatur hoc
sione, scili- primum tradere oportet, a peccatum, sive a primis
cet, omniu parentibus origine contractum, sive a nobis ipsis co-
peccatoru missum, quamvis etiam adeo nefarium sit, ut ne co-
gitari quidem posse videatur. admirabili huius sa-

Aug. In en cl. c. 64. It L cont. duas epi. Pelag. c. 13. & lib. 3. c. 3. to ante ab Ezechiele prenunciatum est, per quem
Dominus Deus ita loquitur: Effundam super vos

b Eze. 36. aquam mundam, & mundabitini ab omnibus in-

c 1. Cor. 6. quinam entis vestris. Et **C** Apostolus ad Corinthios,

Chrys. p. ho post longam peccatorum enumerationem, subiecit:

m. ad bapti Et hec quidem fuistis, sed abluti estis, sed san-

zados & ad etificati estis. Atque hanc doctrinam perpetuo a

Neophytor. sancta Ecclesia traditam esse perspicuum est. Sen-

d D. Aug. li. tius enim Augustinus in libro, quem de baptismis

merit. & re- parvolorum conscripsit, ita testatur: Generante

mis. c. 15. carne tantum contrahitur peccatum originale: re-

generante autem spiritu, non solum originalium,

sed

sed etiam voluntariorum peccatorum fit remissio. Et
 S. Hieronymus ad Oceanū, Omnia, inquit, in baptis-
 mate condonata sunt crimina, Ac ne dubitare am-
 plius ea de re cuiquam liceret, post aliorū Concilio-
 rum definitionem sacra etiā^b Tridentinā Syno-
 dus idem declarauit, cum anathēmia in eos decreuit,
 qui aliter sentire auderent, qui nō assenerare non du-
 bitarent, quamvis peccata in baptismō remittantur,
 ea tamen prorsus non tolli aut radicibus euelli, sed
 quodā modo abridi, ita ut peccatorū radices ani-
 mo infixa abhuc remaneant. Namq[ue] (vt eiusdē san-
 ctæ Synodi & verbis vt amur) in rematis nihil odit
 Deus: quia nihil^c damnationis est his, qui vere cōse-
 puli sunt cum Christo per baptismā in mortē: qui
 non secundum carnem ambulant, sed^c veterem ho-
 minem exuentos, & nouum, qui secundum Deum
 creatus est, induentes innocentes immaculati, puri
 innoxij, ac Deo dilecti effecti sunt.

† Ac fateri quidē oportet sicut eodem loco ipsius
 Synodi auctoritate decretum est, in baptizatis con-
 cupiscentiam vel somitem remanere: sed illa vere
 peccati rationem non habet. Nam ex Dini quoque^f
 Augustini sententia, in parvulis baptizatis concu-
 piscentie reatus absoluuntur, ad agonem relinqui-
 tur. Atque idem alibi testatur^g. Concupiscentie rea-
 tus in baptismate soluitur sed inserviat manet Co-
 cupiscentia enim, quæ ex peccato est, nihil aliud est
 nisi animi appetitio, natura sua rationi repugnans,

^a Ibidem.
^d Roma. §
^e &. 6.

^c Ephes. 4.
^f Coloss. 3.
[†] Concupi-
 scētia in re-
 natis nō est
 propriè pec-
 catum.

^f D. Aug.
 li. 2. de pec.
 mer. & re-
 mis. c. 4.

^g Et lib. 3.
 cont. 2. cpi.
 Pela. cap. 3.
 Idem lib. 1.
 de nup. &
 concu. c. 25
 Ber. de cœ-
 na Domī.

qui

qui tamē motus si voluntatis consensum, aut negligētiā cōiunctā nō habeat, à vera peccati natura longe abest. Ac cū D. Paulus inquit:^a Cōcupiscētiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces: ex his verbis, non ipsam concupiscēdī vim, sed voluntatis vi-

Roma. 7.

tium intelligi voluit. Eandem doctrinam tradit D. b D. Greg. Grego ita scribens.^b Si qui sunt qui dicant peccata in baptismo superficie tenus dimitti, quid est hāc prædicatione infidelius? cum per fidēi sacramētū anima à peccatis radicibus absoluta, soli Deo inhāreat. Atque ad eam rem demonstrandam Saluatoris nostri

li. 9. epi. 39.

c Ioan. 13. testimonio vtitur, cum apud sanctum Ioānem ait:^c Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Quod si cui expressam huius rei figuram & imaginem libet intueri proponat sibi ad con-

d 4. Reg. 5.

templandum d Naaman Syri leprosi historiam, qui cum septies Iordanis aqua se ablūisset, testante scriptura, ita à lepra mūdatus est, vt eius caro, caro pueri videretur. Quare baptis̄i proprius affectus est, peccatorum omnium, siue originis vitio, siue nostra culpa contracta sint, remissio: cuius rei causa à Domino & Saluatore nostro institutum esse clarissimis verbis Apostolorum princeps (vt alia testimonia

e Acto. 2.

Per baptis̄. non solum
præcedētia
peccata, sed
omittamus) explicauit, cum inquit: ^e Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum.

f Lam vero in baptismo non solum peccata remittuntur, sed peccatorum etiam, & scelerum pœ-

ne

na omnes à Deo benigne cōdonātur. Nam et si omni- illorum etiā
bus sacramētis hoc cōmune est, vt per illa virtus pas- pœnas re-
fionis Christi Dñi cōmunicetur; de solo tamē bāptis- mitti.
mo dictum est ab ^a Apostolo, nos per ipsum Christo a Rom. 6.
cōmori, & cōsepeliri. Ex quo sancta Ecclesia semper intellexit, sine maxima sacramenti iniuria fieri nō posse, vt ei, qui bāptismo expiandus sit, eiusmodi pie- tatis officia, quæ vītato nomine sancti Patres opera Colos. 2.
satisfactionis vocarunt, ^b imponantur. Nec vero, b Cōc. Flo.
que hoc loco traduntur, veteris Ecclesiae consuetudi-
ni aduersantur: quæolim ^c Iudais, cum bāptizaren- c Greg. li. 7
tur præcipiebat, vt quadraginta cōtinuos dies iejuna- regist. epis.
rent. Neque illud institutū ad satisfactionē pertine- 24. In dict.
bat: sed qui bāptismū percepissent, ea oratione admo nebātur, vt sacramēti dignitatē venerantes, iejunis & orationibus aliquādiu sine intermissione operam darent. Sed quanquam in bāptismo pœnas peccatorum condonari exploratum esse debet: ab eo tamē pœnarum genere, quæ ciuilibus iudicij ob graue aliquod scelus persoluendæ sunt, nemo liberatur, ita vt, qui morte dignus sit, per bāptismum à pœna qua legibus constituta est, eripiatur. Tametsi vehe- menter laudanda esset eorum Principum religio & pietas, qui eam quoque animaduersionem, vt Dei gloria in suis sacramentis illūstrior fieret sōntibus remitterent ac condonarēt. Efficit præterea bāptis- mus post huius vītæ curriculum, pœnarum omnium quæ originale peccatum consequitur, liberationem Baptismus post hāc vi- tam liberat apœnis pur gatorij.

siquidem

Roma. 6. siquidem merito mortis Domini factum est , ut hæc
consequi possemus . Baptismo autem , ut supra dictum
est , ei commorimur . Si enim ut inquit ^a Apostolus , co-
plantati facti sumus similitudini mortis eius , simul
& resurrectionis erimus .

Cur non re-
stituatur sta-
tus naturæ
integræ.

Quod si querat aliquis , car. statim post baptismum in hac etiā mortali vita his incommodis non careamus , atq; ad perfectum illū vitæ gradum , in quo Adam primus humani generis parens ante peccatum collocatus fuerat , sacra ablutionis virtute non trasferamur ? Id quidē dubibus potissimum de causis factū esse , respondebitur . Quarū prima est , quod nobis , qui per baptismū Christi corpori coniuncti atq; eius membra effecti sumus plus aliquid dignitatis tribuendum non erat , quam ipsi capiti nostro tributū esset . Cum igitur Christus Dominus etsi ab initio ortus sui gratia & veritatis plenitudinem habuit , tamen humanae naturæ fragilitatem quam suscepit , non ante depositit ; quia passionis tormenta & mortem pertulit , ac deinde ad immortalis vitæ gloriam surrexit : quis miretur cum videat fideles , qui iam per baptismum celestis iustitiae gratiam adepti sunt . adhuc tamē caduco & fragili corpore vestiri , ut post quam multis laboribus pro Christo perfuncti , & morte obita denuo ad vitam revocati fuerint , tandem digni sint . qui cum Christo uno sempiterno perseruantur ? Altera vero causa , cur in nobis post baptismum infirmitas corporis morbus , dolorum sensus concupiscentia

Secunda cau-
sa.

tie motus relinquatur, illa est, ut scilicet tanquam
 segetem & materiam virtutis haberemus, ex qua
 deinde uberiorum glorie fructum, atque ampliora
 premia consequeremur. Nam cum patienti animo
 vita incommoda omnia toleramus: praeusque ani-
 mi nostri affectiones sub rationis imperium diuine
 ope subiungimus, certa spe niti debemus fore, ut si cum
^a Apostolo bonum certamen certauerimus, cursum
 consummauerimus, fidem seruauerimus depositam quo-
 que iustitiae coronam reddat nobis Dominus in illa die in-
 stus index. Sic vero etiam cum filiis Israel videtur Do-
 minus egisse: quos et si ab ^b Aegyptiorum seruitute,
 Pharaone, atque eius exercitu in mare demerso libe-
 rauit, tamen non statim in beatam illam promissio-
 nis terram introduxit, sed prius in multis varijsque
 casibus exercuit ac deinde, cum eos in promissa ter-
 re possessionem misisset, ceteros quidem incolis a pa-
 triis sedibus exturbauit: quasi enim vero nationes re-
 liquas fecit ^c quas delere non potuerunt, ut populo
 Dei bellicae virtutis, & fortitudinis exercende occa-
 sio non quam deesset. Huc accedit quod si per baptismum,
 prater dona coelestia quibus anima orna-
 tur, corporis etiam bona tribuerentur, dubitari
 merito posset, quin multi presentis potius vite
 commoda, quam futura sperata gloriā conse-
 stantes, ad baptismum venirent: cum tamen ^d Cor. 15
 non falsa hec & incerta, que videntur, sed vera at-
 que eterna, que non videntur, bona Christiano ho-

Aug. libr. 5.
 cont. Iulia.

Pelagi. li. 3.
 de Trint. c.

16. lib. 2. de
 pecc. mer. &

remiss. c. 33.
 & 34. de ex

ul. Dei. lib.
 22. c. 23.

2. Tit. 4.

b Exo. 14.

25. XI. 10.

c Iudic. 3.

Tertia.

25. XI. 10.

mini semper proposita esse debeant. Sed interim tam
men huius vita conditio, quæ misericordia plena est,
suis voluptatibus & latitüs nō caret. Quid enim no
bis qui tam per baptismum, veluti ^a palmites, insiti
a Ioan. 15. sumus in Christum, iucundius aut optabilibus esse
b Mat. 16. potest, quā ^b cruce in humeros nostros sublata, cum

c 2. Tim. 2. ducem sequi nullisque aut laboribus defatigari aut
d 1. Cor. 9. periculis retardari, quo minus ad præmium supernæ
(De altero vocationis Dei omni studio contendamus, alij virgi
bap. fructu. nitatis lauream alij doctrinæ, & prædicationis coro
seu effectu, gratia vide nā, alij martyrum palmā, alij alia virtutum decora à
licet & bo- Domino accepturi? Que quidem præclara laudis in
nis quæ cā signia nemini darentur, nisi prius nos ipsas in hu
comittatur. iuserūno se vita studio exercuissemus, atque in acie
d Marc. 16 inuicti stetissemus.

e Eph. 5. -) (Sed ut ad baptismi effectus oratio redeat, expo
f 1. Cor. 6. nendū erit huius sacramenti virtute nos nō solum à
f Tri. Syn. fel. 6. c. 11. malis, quæ vere maxima dicēda sunt, liberari, verū
g 8. 7. etiā eximis bonis & munieribus augeri. Animus e
Aug. li. 1. ð nim noster diuina gratia repletur, qua iusti & filii
pec. mer. c. Dei effecti aeternæ quoq; salutis heredes instituimus.
9. lib. ð gra Nā, ut scriptū est: ^d Qui crediderit, & baptizatus
tia & li. ar- bitrio. c. 9. fuerit, saluixerit: ^c mūdatāq; ecclesiā lauacro aqua
Naziāze. in in verbo, Apostolus testatur. Est autē gratia (quæ ad
orat. in san. modū Tridētina Synodus, ab omnibus credēdū, pa
cū lauacrū. na anathematis proposita decreuit) nō solū, per quā
peccatorum fit remissio, sed diuina qualitas in ani
ma inhārens ac veluti splendor quidam, & lux, quis
anima

animarum nostrarū maculas omnes delet, ipsasque
animas pulchiores, & splendidiores reddit. Atque
id ex sacris literis aperte colligitur, cū gratiā a ef-
fundī dicant, eamq;^b spiritus sancti pignus sole*int*^{a Tit. 3.}
appellare. Huic autē additū nobilissimus omniū vir
tutū comitatus que in animā cū gratia diuinitus in-
funduntur. Quare, cū Apostolus ad Titū ait: ^c Sal-
uos nos fecit per lauacrum regenerationis & reno-
vationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde
per Iesum Christum Salvatorem nostrū: ^d D. August. d Aug. ex
verba illa, Abunde effudit, explanans: Nimirum, in-
quit, ad remissionē peccatorū, & copiā virtutū. Nam
vero per baptismū etiā Christo capiti tāquā mēbra
copulamur & connectimur. Quēadmodū igitur à ca-
pite vis manat, quae singula corporis partes ad pro-
prias functiones apte exequēdas mouentur: ita etiā
ex Christi ē Dñi plenitudine in omnes, qui iustifi-
cantur, diuina virtus, & gratia diffunditur: quae
nos ad omnia Christianæ pietatis officia habiles red-
dit. Neque vero mirum cuiquam videri debet, si, cū
tanta virtutē copia instracti & ornati simus, tamē
nō sine magna difficultate & labore piis honestas-
que actiones inchoamus, vel certe absoluimus. Id
enim ob eārem non euenit, quod virtutes, à quibus
actiones ipse proficiuntur, Dei beneficio nobis do-
natae non sint: sed quoniam post baptismum acerri-
ma cupiditatis pugna ^e aduersus spiritum relicta ^f Galat. 5.
est: in qua tamen contentionē animo frangi aut de-

a Philip. 4. bilitari Christianum hominem non decet: cum Dei
 b 1. Cor. 13 benignitate freti, optima spe nisi debeamus, fore,
 c Deterio ut quotidiana recte vivendi exercitazione, quæcun-
 effectu ba- prisimi, qui que pudica sunt, quæcunque iusta, quæcunque san-
 est charater Ita, eadem etiam facilia & iucunda videantur. Hac
 Cōcl. Flot. libenter cogitemus, hæc alacri animo agamus, ut b
 & Tri. scs. 7 Deus pacis sit nobiscum.

cā. 9. de fac. c Præterea per baptismum consignamur chara-
 in genere. Ætere, qui ex anima deleri nunquam potest: de quo
 d Baptism. sine sacrile nihil est ut plura hoc loco differantur, cum liceat ex
 gio, iterari ijs, quæ supra dicta sunt, cum vniuersitate sacramen-
 non posse. Iis ageretur, satis multa, quæ ad hoc argumentum
 e Primū at periment, in hunc locum transferre.
 gumentū. d Sed quoniā ex characteris vi & natura ab Ec-

f Ephes. 4. clesia definitum est, baptismi sacramentum nulla
 1. Cōc. Car. can. 1. Leo ratione iterandum esse, ea de re fideles, ne aliquan-
 epist 79. ad do in errores inducantur, sepe & diligenter à Pa-
 Nicetam, & storibus admonendi erunt. e Hoc verò docuit Apo-
 37. ad Leo. stolus, inquiens: f Vnus Dominus una fides, vnum
 né rauē. g Secūdum baptisma. Deinde cum Romanos hortatur, ut mor-
 Rom. 6. tui per baptismum in Christo, cauerent, ne vitam,

Basi. 15. de quam ab illo accepissent, amitterent, cum inquit: g
 Spū sancto. Quod enim Christus mortuus est peccato, mor-
 Damas. 1. 4. tui est semel: hoc videtur aperte significare, sicut
 orth. fidet. ille mori iterū non potest, ita nobis denuo mori per
 c. 10. Aug. baptismum non licere. Quare sancta etiam Ec-
 epis. 203. & de vnicō ba clesia, se vnum baptismum credere, palam profite-
 pti. contra

Petil. c. 13. Tertium Symbo. Const.

tur: quod quidem rei natura, & rationi vehementer coⁿsentaneū esse, ex eo intelligitur, † quod baptif- † Quartum
mus est quādam spiritualis regeneratio. Quem-
admodum igitur naturali virtute semel tantum ge-
neramur, & in lucem edimur, atq^o (vt^a D. Augusti-
vus ait,) uterū non potest repeti: sic etiam una est
spiritualis generatio, nec baptismus ullo ynquam
tempore iterandus est.

a D. Aug.
tract. 11. in
Ioan. & Be-
da in cap. 3
Iordan.

De eorū bap-
tismo, quos
incertū est
esse bapti-
zatos.

Neque vero quisquam putet eum ab ecclesia ite-
rari, cum adhibita huic modi verborum formula,
aliquem abluit, de quo incertum est, an baptizatus
sit: Si tu es baptizatus, te iterum nō baptizo: si vero
nondū baptizatus es, ego te baptizo in nomine Pa-
tri^s, & Fili^y, & Spiritus sancti. Ita enim non im-
pie iterari, sed sancte cum adiunctione baptismum
administrari, dicendum est. Quia in re tamen dili-
genter a Pastoribus aliqua prouidenda sunt, in qui-
bus fere quotidie non sine maxima sacramenti in-
juria peccatur. Neque enim desunt, quin nullum sce-
lus admissi posse arbitrentur si quemvis sine dele-
stu cum adiunctione illa baptizent: quare si insans
ad eos deferatur, nihil proorsus querendum pu-
tant, an is prius ablutus fuerit: sed statim ei baptis-
mum tribuant: quin etiam, quamvis exploratum
babeant, domi sacramentum administratum esse
tamen sacram ablutionem in Ecclesia, adhibita so-
lenni ceremonia, cū adiunctione repeteret non dubi-
tant, quod quidē sine sacrilegio facere non possunt:

a De cons. & eam maculam^a suscipiunt, quam diuinorum re-
distin. 4. c. rum scriptores Irregularitatē vocant. Nam ea bap-
Qaluis, & tisimi forma ex^b Alexandri pape auctoritate in il-
c. Eos quos. lis tantum permittitur, de quibus, re diligenter per-
b Lib. 3. de quisita, dubium relinquitur an baptismū rite su-
cre. de bap. & eius effe- fceperint aliter vero nunquam fas est, etiam cum ad
etu. cap. De iunctione baptismū alicui iterum administrare.
quibus.

Quartus ba- Preter cetera vero, que ex baptismo cōsequimus
ptismi effe- illud veluti extrellum est, quo reliqua omnia viden-
ctus regni tur referrī, quod scilicet celi aditum, propter pecca-
extensis re- tum prius interclusum, unūcuique nostrum patet a-
seratio.

c Matth. 3. ex Ihs plane intelligi possunt, que in Salvatōrē
Matth. 1. baptismo contigisse, euangelica auctoritas^c confr-
Luc. 3. mauit. Etenim celi aperti sunt, & Spiritus sanctus
Beda In. c. 3 columbae specie in Christum Dominum descendens
Luc. Conci. apparuit: ex quo significatum est, eis, qui baptizan-
Flor.

tur diuini numinis charismata impetriri, & calo-
rum ianuam reseruari: non quidem, ut simulatque
baptizati sunt sed ut magis opportuno tempore in-
grediantur in illam gloriam, cum omnian miseria
rum expertes, que in beatam vitam cadere non pos-
sunt, pro mortali conditione immortalitatem asse-
quentur. Atque hi quidē sunt baptisini fructus: quo
si quidē sacramenti vim spectemus, eque ad omnes
pertinere dubitari nō potest: sin autem, quo quisque
animo affectus ad illum suscipiēdum accesserit, con-
sideremus: plus mīnusq[ue] calostū grātia, & fructus

ad unum aliquem quam ad alium, peruenire, omnino fateri oportet.

Restat nunc, ut quae de huic sacramenti pre-cationibus, ritibus, & ceremonijs tradenda sint, aperte & breviter explicitentur. Nam quod Apostolus de linguarum dono admonuit, cum inquit: Si-ne fructa esse si que aliquis loquitur, a fidelibus non intelligantur: idem fere ad ritus: & ceremonias, transferri potest. Imaginem enim & significatio-nem earum rerum praeserunt, quae in sacramento geruntur. Quod si illorum signorum vim & po-te-statem fidelis populus ignoret, non magna admo-dum ceremoniarum utilitas futura esse videbitur. Danda est igitur Pastoribus opera, ut eas fideles, intelligent, certoque sibi persuadeant, si minus necessarie sint, plurimi tamen faciendas, magnoque in honore esse oportere. Id vero tum insti-tuentium autoritas, qui sine controversia sancti Apostoli fuerunt, tum finis, cuius causa ceremonias adhiberi voluerunt, satis docet. Ita enim sa-cramentum maiori cum religione ac sanctitate ad-ministrari, ac veluti ante oculos ponit preclara il-la, & eximia dona, quae in eo continentur, & in animos fideli immensa Dei beneficia magis im-primi perspicuum est. Sed omnes ceremonias, & ijs q̄ mysti-precatio[n]es, quibus in baptismo administratione Ecclesia utitur, ad tria capia redigenda sunt, ut in eis explicanda certus ordo a Pastoribus sequatur post

De precatio[n]ibus ritib[us] & ceremonijs baptis-

a 1. Cor. 14

De baptis-

mi ritib[us] & ceremonijs

vide Dia. A

reco. li. Eccl.

hierat. c. 2.

Cle. epi. 3.

ad vniuer-

sos Terciul.

de corona

militis Ori-

gog. 1. 2. 3.

li. 1. epi. 12.

Basil. c. 2. 7.

Circl. Hie. ca-

tech. my. sta-

ministrari, & 4. Ambr.

li. 1. d[icit] a.

c. 1. & seq.

& init. c. 1. &

seq. Rasba.

li. de insie.

Cler. c. 2. 7.

2143 CATECHISMVS

sit, & quæ tradita ab illis fuerint, auditorum memo-
ria facilius retineantur. Ac primum quidem illarū
genus est, quæ, antequā accedatur ad baptismi fon-
tem, seruantur alterum earum, quæ cum ad ipsum
fontem ventum est, adhibetur: tertium earum, quæ,
peracto iam baptismo addi solent † In primis igitur
nig, quæ an aqua paranda est, quæ ad baptismū vti oportet. Con-
cedunt ac seeratur enim baptismi fons, addito mysticæ vncio-
cessum fon-
nis oleo. Neque id omni tempore fieri permisum est
eius baptismi sed: more majorum, festi quidam dies, qui omnium
celeberrimi & sanctissimi optimo iure habèdi sunt,
expellantur, in quorū vigilijs, sacra ablutionis aqua
conficitur: quibus etiam tantum diebus, nisi necessi-
tas aliter facere coegisset, in veteris Ecclesie more
a Leo. epi.
4. ad Episco pos Sicilie. positum fuit, ut baptismus administraretur. Sed quā
uis Ecclesia hoc tempore, propter communis vita pe-
ricula, eam consuetudinem retainendam non iudica-
rit: tamen solennes illos dies Paschæ & Pentecostes,
quibus baptismi aqua consecranda est, summa cum
religione adhuc obseruauit. Post aque consecratio-
nem, alia deinceps, quæ baptismum antecedunt, ex-
plicare oportet. Afferuntur enim, vel etiam adducū-
tur, qui baptismo initiādi sunt, ad Ecclesiæ fores, at-
que ab eius introitu omnino prohibetur: quod indi-
gni sunt, qui domū Dei ingrediātur, antequā se tur-
pissima seruitutis iugū repulerint, & totos se Chri-
sto Dño eiusq; iustissimo imperio addixerint. Tū ve-
ro sacerdos ab eis exquirit, quid nā ab Ecclesiæ pen-
tant

tant. Quo cognito, primum eos Christiana fidei doctrina, quam in baptismo profiteri debent, instituit id autem Catechismo efficitur, cuius institutionis more à Dñi Salvatoris precepto manasse, nemo dubitate potest: cū ipse Apostolis iussit: ^a Ite in mundum a Marc. 16 vniuersum. & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quae cunque mandaui vobis. Ex quo licet cognoscere, baptismū non esse administrandum, priusquam summa saltē religionis nostrae capita exponātur. Quoniam vero Catechismi ratio ex multis interrogationibus constat, si is, qui instituitur, adulta etate fuerit, ad ea, que rogantur, ipse per se respondet: si autem infans sit, pro illo sponsor rite respondet, solenemq; spōsitionē facit. Sequitur Exorcismus, qui ad expellendum diabolū eiusq; vires frangendas, & debilitandas, sacris & religiosis verbis ac precationibus conficitur. Accedunt ad Exorcismum aliae ceremoniae, quarū singulæ, ut que mystice sint propriā atq; illustrem significationē habēt. Nam, cū sal in illius os, qui ad baptismū addatēdus est, inseritur, hoc significari perspicuum est cum fidei doctrina, & gratie dono consecuturū esse, vt à peccatorum pugredine liberetur, saporemq; bonorum operum percipiat, & diuinā sapientię pabulo delectetur. Obsignatur præterea signo crucis frons oculi, pectus, humeri, aures: quia omnia declarant, baptismi mysterio sensus baptizati aperiri, ac rororari, vt Deum ex-

^{Aug. lib. 1.}
^{de nup. ca.}
^{20. tit. 2. ca.}
^{28. & 29.}
^{Chrysos. In}
^{ho. de Adā}
^{& Euā.}

cipere, praeceptaq; eius intelligere ac seruare possit.
 Postea vero illi nares & aures saliu& liniuntur statimq; ad baptismi fontem mittitur ut quoadmodū
 a Ioan. 9. fatus ille euāgelicus, ² quē Dñs inserat oculos luto
 illitos Siloës aqua ablueret, lumen recuperauit: ita
 etiā intelligam⁹ sacra ablutionis eā vim esse, vt men-
 ti ad cælestē veritatē perspiciendam lumen afferat.

Ceremonie His peractis, ad baptismi fontem veniunt, ibiq;
 que adhibētæ aliae ceremonie, & ritus adhibetur: ex quibus Chri-
 tur apud fō sianæ religionis summam licet cognoscere. Sacer-
 tem. dōs enim, ter conceptis verbis, eum, qui baptizan-
 dus est, interrogat, Abrenuncias Satane, & omni-
 bus operibus eius, & omnibus pompis eius? At ille aut
 eius nomine patrinus, ad singulas interrogations

Aug. II. 2. de respondet: Abrenuncio. Igitur qui Christo nomen
 Symbo. c. 1. daturus est, hoc primum sancte & religiose pol-
 & lib. 3. c. 1. liceri debet, se Diabolum & mundum deserere, ac
 nullum vñquam tempus fore, in quo vtrumq; veluti
 hostē tēterrīmū, non detestetur. Deinde ad ipsum
 baptismi fontem consistens, interrogatur a sacerdo-
 te hoc modo: Crēdis in Deum patrem omnipoten-
 tem? Cui ille respondet: Credo. Atque ita deinceps
 de reliquo Symboli articulis rogatus fidem suam
 solēni religione profitetur. Quibus sane dubiis spon-
 sionibus omnē Christianæ legis vim, & disciplinam
 contineri perspicuū est. Sed cum iam baptis̄ mū ad-
 ministrare oportet, querit sacerdos ab eo, qui bapti-
 zandus est: Num baptizari velit? Quo quidē per se
 vel

vel eius nomine, si infans sit, patrino annuente, statim in nomine patris & filij & Spiritus sancti, salvatori aqua eum abluit. Quod admodum enim homo, sua voluntate serpenti obediens merito damnatus est: ita D^rs neminem ad suorum numerum, nisi voluntarii militem, adscribi voluit: ut diuinis iussis sponte obtoperans, eternam salutem consequeretur.

Iam postquam baptismus absolutius est, sacerdos cæremonie summum baptizati verticem chrismate perungit, post baptismum, ut intelligat se ab eo die Christo capiti tanquam membrum coniunctum esse, atque eius corpori insitum, & ea re Christianum à Christo, Christum vero à Chrismate appellari. Quid vero chrisma significet, ex ijs satis intelligi, que tunc sacerdos orat. D.^a Ambrosius testatur. Induit postea sacerdos baptizatum vestem alba, dicens. Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, ut habeas vitam eternam. Infantibus vero, qui vestitu nō vtuntur, ijsdem verbis album sudariolum datur, quo symbolo significari sancti Patres docent tum resurrectionis gloriam ad quam per baptismum nascimur: tum nitorem & pulchritudinem, qua, dilutis peccatorū malulis, anima in baptismo ornatur: tum innocentiam atque integritatem quam in omni vita baptizatus seruare debet. Et deinde cereus ardens in manum traditur, qui ostendit, fidem charitate inflammat, quam in baptismo accepit, bonorum operum

a D. Amb.
lib. 1. de sa-
cramen. c. 2
& li. 2. c. 7.

studio elendam atque augendam esse. Ad extremum
vero nomen baptizato imponitur: quod quidem ab
aliquo sumendum est, qui propter excellentem animi
pietatem & religionem in sanctorum numerum relatus
est. Ita enim facile fiet, ut quiuis nominis similitudi-
ne ad virtutis & sanctitatis imitationem excitetur:
ac praeterea, quem imitari studeat, eum quoque prece-
tur, & speret sibi aduocatum ad salutem tuam animi, tuum
corporis defendendam venturum esse. Quare reprehen-
dendi sunt, qui gentiliū nomina, & eorum precipue,
qui omnium sceleratissimi fuerunt, tam diligenter co-
septantur, & pueris imponunt: cum ex eo intelligi
possit, quāti Christianae pietatis studium faciendum
existimat, quātū impiorum hominum memoria tanto-
pere delectari videtur, ut velint fidelium aures huic-
modi profanis nominibus vndiq; circunsonare.

Hec de baptismi sacramento si à pastoribus ex-
planata fuerint, nihil eorum fere pretermissum esse
videbitur, quae ad hanc cognitionem maxime per-
timere existimanda sunt. Demonstratum est enim,
quid ipsum baptismi nomen significet, quae sit eius
natura & substantia: tum, ex quibus partibus con-
stet. Dicitum est, à quo institutus fuerit: qui mini-
stri ad conficiendum sacramentum necessarij sint:
quosue tanquam padagogos ad sustentandam bap-
tizati imbecillitatem adhibere oporteat. Traditū
est etiam, quibus & quemadmodum animo affectis
baptismus administrari debet; quae sit eius virtus
& effi-

& efficientia: postremo, qui ritus & ceremoniae ser-
uentur, quantum proposita ratio postulabat, satis co-
piose explicitatum est. Quæ omnia ob eam præcipue
causam docenda esse Pastores meminerint, ut fide-
les in hac cura & cogitatione perpetuo versentur:
ut in ijs, quæ sancte & religiose spoponderunt, cuncti
baptismo iniciati sunt, fidem seruent: atque eam vi-
tam instituant, quæ sanctissima Christiani nominis
professioni respondeat.

b Amb. II. t
de sacramē.
ca. 2. Chrys.
horn. 2 1. ad
pop. Antjo-
ch. Ori. ho.
1 2. in II. Ne
meror.

DE CONFIRMATIO- nis Sacramento.

Sin sacramento Confirmationis explicando Pa-
storum diligentia requirenda vñquā fuit, nunc
certe opus est, illud quā maxime illustrare: cum in
sancta Dei Ecclesia hoc sacramentū à multis omni-
no pratermittatur: paucissimi vero sint, qui diuinę
gratia fructū, quem deberent, ex eo capere studeāt.
Quare fideles ita de huius sacramentinatura, vi, di-
gnitate, tum in die Pentecostes, quo præcipue die ad
ministrari solet, tum alijs etiam diebus, cum id Pa-
stores commode fieri posse iudicauerint, docēdi erūt,
vt intelligant, non solum negligendum non esse, sed
summa cum pietate & religione suscipiendū ne ipso
rum culpa, maximoque malo eueniat, vt fruſtra in
eos diuinum hoc beneficium collatum esse videatur.

Confirmationis sacramē
ti doctrina
cux hodie
necessaria.

† Sed vt à nomine initū sumatur, Confirmationē
ab

† Confirmatio-
niis nomē
cur huic Sa-
cramēto im-
positum.

ab Ecclesia hoc sacramētū idcirco vocari docendum est quoniam qui baptizatus est, cū ab Episcopo sacro chrismate vngitur, additis solēnibus illis verbis. Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti; nisi aliud sacramenti efficientiam impeditat nouæ virtutis robore firmior, atque adeo perfectus Christi miles esse incipit. In confirmatione autem & veram propriam sacramenti rationē catholicæ Ecclesia semper agnouit

a S. Melchiades Pontifex & plures etiam alij chi. papa in sanctissimi, & vetustissimi Pontifices aperte declarat ep. ad epis. ac sanctus **b** Clemens eius veritatis doctrinā graui Hispāoīx.

b S. Clemens papa ab Episcopo cognoscari, id est septiformē gratiā Spīni Iultum & Iulianum. **c** In epist. ad omnes Christianos d In epist. 2. ad Oriēn tales Episcop.

nō autē necessit. ut cōpulsus, hoc sacramentum prae- termiserit, vt à B. Petro accepimus, & ceteri Apostoli, precipiente Domino docuerunt: Hanc vero eandem fidem doctrina sua confirmarunt, qui eodem spi-

ritu pleni pro Christo sanguinem profuderunt, pos. Urbanus; **d** Fabianus, **e** Eusebius, Romani Pontifices, quemadmodum ex eorum decretis licet perspicere. Accedit præterea sanctorum Patrum consentiens auctoritas: inter quos **f** Dionysius Areopagitæ Athēnārum Episcopus, cum dicoret, qua ratione hoc Ecclesiastica sacramentum confidere, coque uti apostole-

ret, a ita inquit: Baptizatum sacerdotes induit vestem congrua munditia, ut ad Pontificem ducant ille vero sacro atque proorsus diutino vnguento baptizatum signans, sacramentum communionis participantem facit, b Eusebius quoque Cesariensis statum huic sacramento tribuit, ut dicere non dubitarit. Nouatum hereticum spiritum sanctum proniereri non potuisse: qui, quem baptizatus esset, in graui aggritudine signaculo chrismatis non est signatus. Sed clarissima habemus huius rei testi: nonia, tum a Dino Ambro-
fio c in eo libro quem de ijs, qui initatur, inscripsit: tum a Diuo d Augustino in libris, quos aduersus Pe-
tilianum Donatistae epistolas edidit: quorum uterque adeo de huius sacramenti veritate nihil dubitari posse existimauit, ut eam scripture etiam locis doceat, ac confirmet. Quare alter quidem verba illa: & li. 3. d'ba Apostoli: Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis: alter vero, quod in Psalmis legitur, f Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, tum illud eiusdem Apostoli, g Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datum est nobis ad Confirmationem sacramentum referri testatus est.

)(Quamvis autem a Melchiade dictum sit baptismum confirmationi maxime coniunctum esse, non idem tamen sacramentum, sed ab altero longe disiectum existimandum est. Constat enim varie Historiam gratia, quam singula sacramenta tribuntur, span. & ci-

& rei

a Cap. 2.
Eccl. hiera.
b Euseb. li.
6. His eccl.
cap. 43. vel.
35. & epist.
Cornelij P6
ti. ad Fabiu
Anthiochē.
c D. Amb.
in fine c. 7.
de ijs. qui
mis. init. &
li. 3. de sa-
cra. c. 2.

d D. Aug.
li. 2. cōt. li.
Petil. c. 104
Don. ca. 6.
c Ephes. 4.
f Psal. 132
g Rom. 5.

)(Confirmationis abaptis.
qd differat
h S. Melch.
pp. in me-
dio epi. ad.
epistol. Hi-
storiā & ci-

natur de cō & rei sensibus subiectae, quæ ipsam gratiā significat.
 sec. dist. 5. efficere, ut variae quoque & diuersa sacramenta sint.
 ea. De his. Cū igitur baptismi gratia homines in nouā vitā gig-
 nātur: confirmationis autē sacramēto, qui iam genitū
 a 1. Cor. 13 sunt, viri euadāt, a euacuatis, quæ erāt parauli, satis
 intelligitur, quātū in naturali vita generatio ab in-
 cremēto distat, tantundē inter se differre Baptismū
 qui regenerāti vim habet, & Confirmationem, cuius
 virtute fideles augescunt, & perfectū animi robur
 assumunt. Præterea quoniā nouum atq; distinctum
 sacramenti genus constituendum est, ubi animus in
 nouam aliquam difficultatem incurrit: facile per-
 spici potest, quemadmodum baptismi gratia ad mē-
 tem fide informandam indigemus, ita etiam maxi-
 me conducere fidelium animos alia gratia confirma-
 ri, ut nullo poenarum, suppliciorum, mortis pericu-
 lo, aut metu à verae fidei confessione deterrean-
 tur. Quod quidem cum sacro Confirmationis chris-
 mate efficiatur, ex eo aperte colligitur, huius sa-
 cramenti rationē à baptismo diuersam esse. Qua-
 b S. Melch. re^b Melchiades Pontifex utriusque discriminem accu-
 pp. in epi. su rata oratione persequitur, ita scribens: In baptis-
 pra citat co mate homo ad militiam recipitur, & in confirmatione
 susverbaha coarctatur ad pugnam. In fonte baptismatis Spi-
 bes de cons. ritus sanctus plenitudinem tribuit ad innocentiam.
 dist. 5. c. Spi Confirmatione autem perfectionem ad gratiam mi-
 nistrat: in baptismo regeneramur ad vitā, post bap-
 tismum ad pugnam confirmamur, in baptismo ab-
 lus

laimur, post baptismum roborantr: regeneratio per se saluat in pace baptismum recipientes, Confirmatio armat atque instruit ad agones. Verum hæc iam non solum ab alijs Concilij tradita, sed præcipue à sacra^a Synodo Tridentina decreta sunt

^a SIn. Tr. sess. 7.

vt iam de ijs non solum aliter sentire, sed ne dubitate re quidem vlo modo liceat.

^b De origi
ne & autho-

^b Quoniā verò suprà demonstratum est, quam necessarium esset, communiter de omnibus sacramēti Cōfirmatiōis docere, à quo nū ortum habuerint: idē etiā de Cō

^c Cōc. Tr. sess. 7. can. 2 de sacramēta in genere.

firmatione tradere oportet, vt fideles huius sacramenti sanctitate magis afficiantur. Igitur à Pasto-

^d S. Fab. pp.
Romano teste, chrisinatis ritam, & verba, quibus

^e Episc. Oriens.

in eius administratiōne catholica Ecclesia vtitur,

^f Materia
4. huius sa-
cramēti Cō

præcepisse. Quod quidem ijs facile probari poterit, qui Confirmationē sacramētū esse consitentur:

^g Vide Aug.
sentē. 362.

cum sacra omnia mysteria humanae naturae vires su-

^h In Psal. 44-
libr. 15. de

perent, nec ab alio, quam à Deo possint institui.

ⁱ Trin. ca. 26

^j Basil. c. 27.

^k de Spūsan-
to.

^l Cyprian.
devotione
Christ.

corpo-

smatis. corpore & permisit, Confirmationis materiam pre-
 Greg. in. c. bant: quæ quidem diuersarum rerum cōpositio quæ-
 1. Cant. Fa- admodū multiplicē Spiritus sancti gratiā que cōfir-
 bia. vt sup. matis tribuitur, declarat, ita etiā ipsius sacramenti
 Conc. Flor. excellentiā satis ostendit. Quod autē ea sit huīus sa-
 Con. Brac. cramenti materia cū sancta Ecclesia & concilia per
 2. can. 4. a S. Dion. petuo docuerūt, tū à facto a Dionysio, & cōpluribus
 de eccl. hic alijs grauiissimis Patribus traditū est, in primisq; à b
 rar. c. 2. & 4. Fabiano Pontifice, qui Apostolos chrismatis cōfessio
 b. S. Fabia. nē à Domino accepisse nobisq; reliquise testatus est,
 pp. in. 2 ep. ad Eccl. O. Neque vero vllā alia materia quā chrismatis, aptior
 rie. & cita- videri poterat ad illud declarandū, quod hoc sacra-
 tur de cōsc. mento efficitur. Oleum enim quod pingue sit, & na-
 dist. 3. c. Li- tura sua manet, ac diffuat, gratiæ plenitudinem ex-
 teris vestris primit: quæ per Spiritum sanctum à Christo capite
 e Psal. 132 in alios redundat, atque effunditur; & sicut vnguen-
 d Psal. 44. tum quod descendit in barbam Aaron, usque in orā
 e Ioan. 1. vestimenti eius. Vnxit enim eum Deus & oleo latitie
 p̄cōsortibus suis, ac & de plenitudine eius nos om-
 nes accepimus, Balsamum vero, cuius odoratus iu-
 cundissimus est, quid aliud significat, quam fidèles,
 cum sacramento Confirmationis perficiuntur tam
 virtutum omnium suavitatem effundere, ut illud
 1. Cor. 2. Apostoli queant dicere: Christi bonus odor sumus
 Deo? Habet præterea balsamum eam vim, vt, quid-
 quid eo circumlitum fuerit, putrefactare non sinat.
 Quod quidem ad huīus sacramenti virtutem signi-
 ficandam valde accommodatum videtur: cum pla-
 ne

ne constet, fidelium animos, coelesti gratia, que in Confirmatione tribuitur preparatos facile à scelerum cogitatione defendi posse. Consecratur autem chrisma solennib⁹ ceremonijs ab Episcopo. Ita enim Salvatorem nostrum docuisse in extrema cœna, cū chrismatis conficiendi rationem Apostolis commendaret, ^a Fabianus Pontifex sanctitate & martyrij gloria clarissimus tradidit. Quanquam, cur ita fieri debuerit, ratione etiam ostendi potest. Etenim in plerisque alijs sacramentis Christus ita eorum materiam instituit, ut sanctitatem quoque illi trivuerit. Non solum enim aquam elemētum baptismi esse voluit, cum inquit. ^b Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu non potest introire in regnum Dei; sed cum ipse baptizatus est, effecit, ut ea deinceps vi sanctificandi prædicta esset. Quare dictum à S. ^c Chrysostomo: aqua baptismi purgare peccata cre- dentium non potest, nisi tactu Dominici corporis sanctificata fuisset. Quoniam igitur Dominus hanc Confirmationis materiam vsu ipso, & tractatione non sacrificauit, necessarium est, ut sanctis, & religiosis preceptionibus consecretur: neq; ad alium ea con- fectio, nisi ad Episcopum pertinere potest: qui eiusdē Sacramenti ordinarius minister institutus est.

Sed explicāda erit præterea altera pars, ex qua sacramentum constituitur, forma scilicet, & verba, quæ ad sacram unctionem adhibentur: monendiq; fideles, ut in hoc sacramento suscipiendo, tunc ma-

^a S. Fab. pp
vt supra.

^b Ioan. 3.

^c S. Chrys.

de cōsec.d.

4. ca. nunq

& simil. ha-
betur hom.

4. oper. im-
perfect. in

Matth.

ximè, cum ea prouinciarī animaduertunt: ad pietatem, fidem, & religionem animos excitent, ne quid cœlesti gratia impedimenti esse possit. His igitur a Cœc. Flo. verbis Confirmationis forma absoluitur: ^b Signo te signo crucis, & confirmo te chrismale salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Sed tamen, si ad veritatem rationem quoq; reuocemus, idem facile probari potest. Etenim sacramenti forma ea omnia continere debet, quæ ipsius sacramenti naturam & substantiam explicant. At qui maximè hoc tria in Confirmatione obseruanda sunt, diuina potestas, quæ ut principalis causa in sacramento operatur: tu robustus animi & spiritus, quod per sacram vocatione fidelibus ad salutem tribuitur: deinde signum, quo notatur is, qui in certamen Christianæ militiae descendensurus est. Ac prius quidem verba illa. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: quæ extremo loco posita sunt: alterum ea, Confirmo te chrismale salutis: quæ in medio sunt: tertium, quæ in principio forme locantur, Signo te signo crucis: satis declarant. Quanquam, si etiam ratione aliqua probari non possit hanc esse huius sacramenti veram & absolutam formam. Ecclesiæ Catholicae auctoritas, cuius magisterio ita semper edociti fuimus, non patitur nos ea de re quidquam dubitare.

Quis ppri^o
Sacramenti
Confirmatio
nis minister
i Hiero 23

Docere etiam Pastores debent, quibus potissimum huius sacramenti administratio commissa sit, Nam cum multi sint, ut est apud prophetam qui currant,

currant, neque tamen mittuntur: necesse est, qui a A&t. 8. Eu
veri & legitimi eius ministeri sint, tradere, ut fidelis seb. P̄otifex
populus Confirmationis sacramentum & gratiam vt sup. Vide
consequi possit. Solum itaque Episcopum huius Clemē. epi.
sacramenti conficiendi ordinariam potestatem ha- 4. Melch. in
bere, sacra litera ostendunt. Nam in Actis^a Apo- epi. ad Epis.
stolorum legimus: cum Samaria verbum Dei acce- Hisp. Cōc.
pisset, Petrum & Ioannem ad eos missos esse, qui ora Flo. Tri. cū.
uerunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum. 3. de Confis.
Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed & & scel. 2 3. cū.
baptizati tantum erant. Quo in^b loco licet videre, 4. Beda in
eum qui baptizauerat, quod tantum esset Diacono. Inoc. 1. epi.
nus, confirmandi potestatem nullam habuisse, sed 1. ad Decē-
munus illud perfectioribus ministris, hoc est, Aposto niū Eugubi
lis reseruatum esse. Quin etiam r̄bīcūque^c sacræ aduersus
scripturæ sacramenti mentionem faciunt, idem ob- Luciferia-
seruari potest. Neque ad eam rem demonstrandam nos. Augu-
desunt sanctorum Patrum, atq; Pontificum, d. Vr- tracta. 6. in
bani, e. Eusebij, f. Damasi, g. Innocentij, h. Leonis cpi. Ioā. Cy
clarissima testimonia: quemadmodum ex eorum de pria. ad Iu-
cretis perspicuum est. D. quoque Augustinus graui- balianum.
ter queritur de corrupta AEgyptiorum & Alexan- c. Acto. 19.
drinorum consuetudine, quorum sacerdotes aude- Isido. lib. 2.
bant Confirmationis sacramentum administrare. de Eccle. of
Ac iure quidem hoc factum esse, ut eiusmodi munus sic. cū. 2 6.
ad Episcopos deferretur, hac similitudine possunt d. In fine e-
pisto ad cōs
Christians

P 2 Pastores e. Epilo. 3.
ad Epis. Tusciae & Campa. f. Epi. 4. c. 3. g. Epis. 1 ad Decenniū.
3. h. Epi. 88. ad German. & Galil. Episcopos.

Pastores declarare. Ut enim in extruendis adificijs, et si fabri, qui inferiores ministri sunt, cemēta, calcē ligna, & reliquā materiā parant atq; componunt, absolutio tamē operis ad architectū spectat: ita etiā hoc Sacramentū, quo veluti spirituale adificiū persicitur, à nullo alio, nisi à summo sacerdote administrari opas erat. † Additur etiam Patrinus, quēadmodū in baptismo fieri demonstratū est. Nam, si qui gladiatoriā dimicacionem subeunt, alicuius indigent, cuius arte & consilio doceantur, qui ictibus ac petitionibus, saluis ipsis, confidere aduersariū possint quanto magis fideles, cum sacramēto Confirmationis, quasi firmissimis armis, tecti ac muniti in spirituale certamen, cui eterna salus proposita est, descendunt, ducis ac monitoris indigebūt? Recte igitur ad huius quoque sacramenti administrationem patrini aduocandi sunt quibus cum eadem spiritualis affinitate coniungitur, quae legitima nuptiarum færa impedit, vt antea docuimus, cum de patrini age- retur, qui ad baptismum adhibendi sunt.

Dē dispositi- Sed quoniam sepe euenit, vt fideles in hoc sacra-
tione & æta mento suscipiendo aut prepropera festinatione, aut
te confirmā dissoluta quadam negligentia, & cunctatione vita-
dorum. tur: (nam de ijs qui ad eum impietatis gradum ve-
 nerunt, vt illud contemnere & aspernari audeant,
 nihil est quod dicamus) aperiendum est etiam Pa-
 storibus, qui, qua etate: quo pietatis studio prediti
 esse debeant, quibus Confirmationem dare oportet.

Atque

Atque illud in primis docendum est, hoc sacramen-
tum eiusmodi necessitatē non habere, ut sine eo sal-
uus quis esse non possit. Quāquam vero necessarium
non est, à nemine tamen prætermitti debet: sed po-
tius maxime cauendum est ne in re sanctitatis ple-
na, per quam nobis diuina munera tam large imper-
tiuntur, aliqua negligentia cōmittatur. Quod enim
omnibus communiter ad sanctificationem Deus pro-
posuit, ab omnibus etiam summo studio expetendum
est. Ac sanctus quidem Lucas cum admirabilem illā
spiritus sancti effusionem describeret, ita inquit: Acto. 2.
Et factus est repente de celo sonus tanquam adue-
nientis spiritus vehementis, & replevit totam domū.
Deinde, p. ruciis interiecit: Ex quibus verbis licet in-
telligere, quoniam dominus illa sancte Ecclesie figurat:
& imaginem gerebat, ad omnes fideles Confirmatio-
nis sacramentum, cuius initia ab eo die dictum est,
pertinere. Atque id etiam ex ipsius sacramentiratio-
ne, facile colligitur. Illi enim sacro chrismate confir-
mari debent, quibus spirituali incremento opus est,
& qui ad perfectum Christiane religionis habitum
perducendi sunt: At nulli id non maxime conuenit.
Vt enim hoc spectat natura, ut qui in lucem edūtur,
adolescent, atque ad perfectam etatem perueniant,
etiam si interdum, quod vult, minus asequantur ita
communis omnium mater catholica Ecclesia vebe-
menter optat, ut in eis, quos per baptismum regene-
ravit. Christiani hominis forma perfecte absoluat-

trr. Id autem quoniam mystice unctionis sacramen-
to efficitur, perspicuum est, eam ad vinculos fide-
les aque pertinere. In quo illud obseruandum est,
omnibus quidem post baptismum Confirmationis sa-
cramentum posse administrari: Sed minus tamen
expedit hoc fieri, ante, quam pueri rationis usum
habuerint. Quare si duodecimus annus non expedit
dus videatur, usque ad septimum certe hoc sacramen-
tum differre, maxime conuenit. Neque enim Confir-
matio ad salutis necessitatem instituta est, sed, ut
eius virtute optime instruti & parati inueniremar-
cum nobis pro Christi fide pugnandum esset: ad quod
sane pugnare genus pueros, qui ad huc usum rationis ca-
rent, nemo aptos esse iudicarit. Ex his igitur, effici-
tur, ut, qui adulta iam etate confirmandi sunt, signi-
dem huius sacramenti gratiam, & dona & sequi cu-
piant, eos non solum fidem & pietatem afferre, sed
grauior etiam peccata, que admiserunt, ex animo
delere oporteat. Quia in re elaborandum est, ut per-
eata etiam prius consituantur, & Pastorum cohorta-
tione ad ieunia, & alia pietatis opera suscipienda in-

**Præparatio
confirmado-
rum.**

a Decret. di cidentur admoneanturque, ludabilem illam antique
stinct. §. c. Ecclesiæ consuetudinem renouandam esse, ut non
vt ieuni. ex uisie ieiuni hoc sacramentum susciperent. Quod qui-
Con. Aure- dem fidelibus facile persuaderi posse, existimandum
llanen.
† De effectu est, si huius sacramenti dona, admirabilesque esse-
cōfirmatio- itus intellexerint.

¶ Itaque Pastores, docebunt, Confirmatione hoc
cum

cum ceteris sacramentis communem habere, ut nisi impedimentum aliquod ex parte eius, qui recipit, inferatur noua gratia tribuat. Et enim hec sacra & mystica signa eiusmodi esse demonstratum est, quae gratia de clavant atque efficiunt: sic quo sequitur, ut peccata etiam voluntates ac remittantur: quoniam gratia simul cum peccato ne singere quidem nobis licet. Sed propter hoc, que cum alijs communica censenda sunt, primus quidem illud propriè Confirmationi tribuitur, quod baptismi gratia perficit, qui enim per baptismum Christi effecti sunt, quasi infantes modo geniti teneritatem adhuc & mollitie quædam habent: ac deinde chrisma tis sacramento aduersus omnes carnis, nudi & dia boli insperatus robustiores sunt, & eorum animas insi de omnino confirmatur ad confitendum & glorificandum novum Domini nostri Iesu Christi: ex quo etiam non enim ipsum inuenimus esse nemo dubitarit. Neque enim, ut quidam non minus imperite, quam impie fixerunt Confirmationis vocabulum ab eo deductur, quod olim, qui infantes baptizati erant, cum iam adulti essent, ad Episcopum adduciebantur, ut fidem Christianam, quam in baptismo suscepere, confirmarent: ita ut confirmatione nihil a catechesi differre videatur: cuius consuetudinis nullum probatum testimonium afferri potest: sed ab eorum rei impositum est, quod huius sacramenti virtute Deus in nobis id confirmat, quod baptismus operari coepit, nosque ad Christianæ soliditatis perfectionem firmat.

a Diony. c.

2. &c. 4. Ec-

cles. hierar.

Cyp. de vn-

ctioe chris.

Tertu. d. ba-

ptis. Pacia-

nus de bap-

tisino, Cyr.

catech. 3..

mystig Au-

gust, lib. 15

de Trinita.

ca. 2. 6. The

ti. Ambr. II.

3. de sacra.

ca. 2. &c. de

iis q. myst.

Initiantur,

ca. 7. 1

b Cœc. Tri-

dent. sess. 7.

can. 1. decib

firmat.

adducit: nec vero confirmat solum, sed auget etiam,
de quo Melchiades ita testatur.

a S. Melch. pp. loco su-
pradicato, ^d Spiritus sanctus
qui super aquas baptismi salutifero descendit illa-
psu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in
Confirmatione augmentum prestat ad gratiam: deinde
non auget modo, sed admirabili quadam ratione au-
get. Hoc autem pulcherrime indumenti translatione
scriptura significauit, ut que expressit; inquit enim
Dns Salvator, cum de hoc sacramento loqueretur:

b Luc. 14. Sedete in ciuitate, quo adusque induamini virtute
ex alto. Quod si pastores voluerint diuinam huius sa-
cramenti efficientiam ostendere: hoc vero ad comouen-
dos fideliū animos maximam vim habiturū esse, dubi-
tari non potest, satis erit, quid ipsis Apostolis euene-
rit, explicare. Illi enim ante passionem, vel sub ipsam
passionis horā adeo infirmi, & remissi fuerūt, ut cū

c Matt. 26 Dns comprehensus est, statim ^e se in fugam con-
d Matt. 16 iecerint: Petrus vero, qui ^d Ecclesie petra & fun-
damentum designatus erat, & summam constan-
tiam, excelsig_z animi magnitudinem praetulerat
vnius mulierculē voce perterritus: se Iesu Christi
discipulum esse, non semel, aut iterum, sed tertio

e Ioan. 20. negauerit: ac post resurrectionem ^e omnes propter
metum Iudeorum inclusi domi, se continuerint. At

f Acto. 2. vero in die f Pentecostes tāta Spiritus sancti virtute
omnes repleti sunt, ut dum Euangeliū, quod eis
commissum erat, non solum Iudeorum regione, sed
vniuerso orbe auditer & libere disseminaret, nihil

filii

ibili feliciter accidere posse existimauerint, quā quod digni haberentur, qui pro Christi nomine contumeliam, vincula, tormenta, cruces perferrent. Habet præterea confirmatio eam vim ^b ut characterem imprimat: quos sit, ut nulla vñquam ratione iterari possit: quod etiam in baptismo supra obseruatum est: ac de sacramento ordinis quoque suo loco coplenius exponetur. Hec igitur si à pastoribus sàpe can. 4. & accurate explicata erunt, vix fieri poterit, quin fideles cognita huius sacramenti dignitate atque utilitate, illud summa cum diligentia sancte & religiose suscipere studeant.

Restat nunc, ut aliqua etiam de ritibus & ceremoniis, quib[us] in hoc sacramento administrando catholica Ecclesia vtitur, breuiter perstringantur. Quae explicatio quanto vsui futura sit, Pastores intelliget, si quæ antea dicta sunt, cum hic locus tractaretur, repeteret voluerint. Qui igitur confirmantur sacro chrismate, in fronte vnguntur. Nam hoc sacramento spiritus sanctus, in animos fideliūm sese infundit in eisq[ue] robur & fortitudine auget, ut in spirituali certamine viriliter pugnare, & nequisiatis hostib[us] resistere queant. Quo circa declaratur eos nullo metu aut verecundie, quarum affectionum signa maxime in frōte solēt apparere, à libera Christiani nominis confessione absterrendos esse. Prater ea nota illa, qua Christianus à ceteris veluti miles insignib[us] quibusd[em] ab alijs distinguitur, in illustrio

^b Cœc. Flo.
Trid. sel. 7.
ca. 9. de sa-
cra. in gene
re. less. 2 3.

ri corporis parte imprimenda erat. Sed illud quoque solenni religione in Ecclesia Dei seruatū est, ut in Pentecoste præcipue hoc sacramentū administretur: quod hoc maximè die ² Apostoli Spiritus sancti virtute roborati & confirmati sint, cuius diuina facta recordatione fideles admonerentur, quæ, qnā tāq; mysteria in sacra unctione cogitāda essent. Deinde vero, qui unctionis & confirmatus est, ut meminiret se tanquam forte athletam, paratum esse oportere ad omnia aduersa in uicto animo pro Christi nomine ferenda, manu leuiter in maxilla ab Episcopo ceditur. Postremo autē pax ei datur, ut intelligat se

b. Philip. 4 gratia cœlestis plenitudinem & pacem, b que exasperat omnem sensum, consecutum esse. Atque hoc summa eorum sit, quæ de chrismati sacramento & Pastoribus non tam quidem nudis verbis & oratione, quam inflammato quodam pietatis studio explicanda sunt, ut ea in animis, intimisq; fidelium cogitationibus inferere videantur.

De dignitate
et sacramē.

Eucharist.

Dionysius
Eccl.hierar.

ca. 2. & 3.
Concil. Tri-

dentin. sessi.

13. can. 2.

& 3.

DE EUCHARISTIÆ Sacramento.

Quemadmodum ex omnibus sacris mysterijs, que nobis tanquam diuinæ gracie certissimæ instrumentæ Dominus Salvator noster commendauit, nullum est, quod cum sanctissimo Eucharistio sacramento comparari queat: ita etiam nulla gravior alienius sceleris animaduertito à Deo metuenda est

da est, quā si res omnis sanctitatis plene, vel potius
qua ipsum sanctitatis authorem & fontem continet,
neque sancte, neque religiose à fidelibus tractetur.
Id vero Apostolus & sapienter vidit, & de eo nos
aperte admonuit. Nam cum declarasset, quanto illi
scelere obstricti essent, qui corpus Domini non diudica-
rent statim subiecit: ^a Ideo inter vos multi infirmi
& imbecilles, & dormiūt multi. Ut igitur fidelis po-
pulus, cum celesti huic sacramento diuinos honores
tribuendos esse intellexerit & gratia r̄briores fru-
ctus capiat & iustissimam Dei iram effugiat, illa
omnia à Pastoribus diligentissime exponenda erunt,
que eius maiestate magis illustrare posse videantur.

Quia in re opus erit, ut Pauli Apostoli ratione-
secuti, qui se quod à Domino acceperat, Corinthiūs
tradidisse professus est, in primis huius sacramenti
institutionem fidelibus explicit: ita vero gestam
rem esse, ex Evangelista perspicue colligitur: ^b Cum
enim Dominus dilexisset suos, in finem dilexit eos,
cuius quidem amoris ut dimum aliquod atque
admirabile pignus daret, sciens horam iam adue-
nisse, ut transiret ex hoc mundo ad patrem: ^c ne
villo inquam tempore à suis abesset, inexplicabili
consilio, quod omnem natura ordinem & conditio-
nem superat perfecit. ^d Etenim, celebrata cum di-
scipulis agni paschalis cena, ut figuraveritati, um-
bra corpori cederet, panem accepit, ^e Deoque gra-
tias agens benedixit, ac sregit deditq; discipulis suis

^a 1 Cor. 2:8

Institutio
huius sacra-
menti.

^b Ioan. 13:

^c Mat. 28:

Vide in Cle-
ment. lib. 3-
de reliq. &
vener. san-
cto.

^d Chry. ho-

24. in. 1.

ad Co. Leo-

ser. 7. de pa-

sione Dñi.

^e Mat. 26:

Marc. 14.

Luc. 22.

¹. Cor. 11.

& dixit

& dixit Accipite & māducate: Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur: hoc facite in me, ī mēam commēorationem. Similiter & calicem accepit, postquā cēnauit, dicens: Hic cālix nouum testāmentū est ī meo sanguine: hoc facite, quotiescunq; bibetis, ī meā commēorationē.

**Varia no-
mina.**

Huius ergo admirabilis sacramenti dignitatē atq; excellētiā, cū sacri scriptores fieri nullo modo posse intelligerent, vt vno vocabulo demonstrarent

† Amb. li. 5. pluribus eam nominib; exprimere conati sunt. **† In de Sacr. c. 3** terdū enim Eucharistiā appellat: quod verbū vel bo-
Cyp. de lap- nā gratiam, vel gratiarum actionem, Latine redde:
fis Oris. li. 8. cōtra Cœle re possumus. Ac recte quidem, bona gratia, dicendū sum. Chrys. est: tum quia vitam aeternā, de qua scriptum, est, a hom. 24. In Gratia Dēi vita aeterna, præsignificat; tū quia Chri-
1. Cor. illud: stum Dñm, qñi vera gratia atq; omnium charisma
Calix bene tum fons est, in se continet. Nec vero minus apte gra-
dictio.
a Roma. 6. tiarum actionem interpretamur, siquidem cum hāc

purissimam hōstiam immolamus, immētas quotidie gratias pro vniuersis in nos beneficijs Deo agimus,
atq; in primis pro eius gratia tam excellēti bono,
quā nobis hoc sacramento tribuit, sed id ipsum etiā
nomen cum his, que à Christo Dño gesta esse in hoc

b Mat. 26. mysterio instituendo legimus, optime cōuenit. **¶ Et**
Marc. 14. enim panem accipiens fregit, ac gratias egit. Da-
Luc. 22. uid quoque, cum huius mysterij magnitudinem con-
1. Cor. 11. templaretur, antequam carmē illud pronunciaret: **c**
c Psal. 10. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors,

& mi-

& miserator Dñs, escā dedit timētibus sc̄: gratiarū
 actionē preponēdā existimauit, cū inquit: Confessio
 & magnificōtia opus eius: Frequenter etiā nomine
 sacrificij declaratur: de quo mysterio paulo post la-
 tius dicēdum erit. Vocatur præterea Cōmunion: quod
 verbum ex illo Apostoli loco sumptū esse liquet, vbi
 ait.³ Calix benedictionis, cui benedicimus, nōne cō-
 municatio sanguinis Christi est? & panis, quē frāgi-
 mus nonne participatio corporis Dñi est? Nam vt
 Damascenus explanauit, hoc sacramentum Christo
 nos copulat, atque eius carnis & Deitatis partici-
 pes efficit, nosq; inter nos in eodem Christo conciliat
 ac coniungit & veluti vnum corpus coagmentat.
 Ex quo factum est, vt sacramentum etiam ^c pacis
 & charitatis diceretur, vt intelligeremus, quam in-
 digni sint Christiano nomine, qui inimicitiā exer-
 cent, odioq;, dissidia, & discordias, vt deterrimas si-
 delium pestes omnino exterminandas esse: cum pre-
 sertim quotidiano religionis nostræ sacrificio, nihil
 nos studiosius seruare, quam pacem & charitatem,
 profiteamur. Sed ^d Viaticum etiam frequenter a
 sacris scriptoribus appellatur: tum quia spiritua-
 lis cibus est, quo in huius vita peregrinatione suspen-
 tamur: tum quia viam nobis ad eternam gloriam, † Con. Car.
 & felicitatē munit. † Quare ex veteri Ecclesiæ ca-
 tholice instituto seruari videmus, vt nemo fidelium
 sine hoc sacramento ē vita excedat. Ac vetustissimi
 quidē Patres, ^e Apostoli autoritatem secuti, Cœna
 etiam

a Cor. 10.

b Damas.

4. ortho. fi-

dei. c. 14. vi

de etiā Ire.

II. 5. Hila. II.

8. de Trint.

Cyril. Hier-

ro. cate. 4.

mysta. Chr.

hom. 61. ad

pop. &. 45.

in Ioan. Cy

rill. in Ioan.

II. 4. c. 16. &

17. & li. 10.

ca. 13 Aug.

tract. 26. in

Ioan.

d. 1. Nice.

Cōc. can. 12

3. Arela. ca.

24. Tribu.

ca. 23. Pan-

li. in vita

Ambros.

thag. 4. can.

77. & 78.

Chry. ho. 1.

in cœnā Do-

mini.

Leo. ser. de etiam nomine sacram Eucharistiam interdum ro-
passion. carunt, quod in illo nouissime cœne salutari myste-
 río à Christo Domino sūt instituta. Neque vero pro-
 pterea à cibo aut potionē Eucharistiam cōfiscere aut
 sumere licet, quod ab Apostolis salutariter introdu-
 ita consuetudo quemadmodum veteres scriptores
 memorie prodiderunt, perpetuo retenta ac seruata
 est, ut à iejunio tantum perciperetur.

Cypria. I. 2. Sed explicata nominis ratione, docendum erit,
 epl. 3. Aug. hoc verum esse sacramentum, atque vnum ex septē
 li. 10. de ci- illis, quæ sancta Ecclesia semper religiose coluit ac
 ut. Del. c. 6. & lib. 3. de venerata est. Nam cum calicis consecratio sit, my-
 Trin. cap. 4. sterium fidei appellatur. Præterea, ut infinito pene
 Amb. lib. 5. sacrorum scriptorum testimonia omittamus, qui
 de sac. c. 4. hoc inter vera sacramenta numerandum esse per-
 Au. epis. 59 ad Paulinū, petuo senserunt: ex ipsa ratione & natura sacra-
 q. 5. menti idem conuincitur. Etenim in eo signa sunt ex
 a 1. Cor. 11 terna, & sensibus subiecta: habet deinde gratia si-
 Verba sunt gnificationem & efficientiam. Præterea de Christi
 Lanfraci cō institutione neque Evangelistæ, neque ^a Apostolus
 tra Bereng. dubitandi locum relinquunt. Que omnia cū in vni
 sub nomine August. in conueniant ad sacramenti veritatem confirman-
 tract. de cō dam, nullis alijs argumentis opus esse perspicitur.
 secr. dist. 2. Sed illud diligenter Pastoribus observandum est,
 c. hoc est, q. bus similia multa in hoc mysterio esse, quibus aliquando sacre-
 habet Aug. menti nomen scriptores tribuerunt. Interdum
 de catechi. enim & consecratio, & perceptio, frequenter vero
 iud. ca. 26. & ipsum Domini corpus, & sanguis, qui in Eucha-
 ristia

ristia continetur, sacramentum vocari consuevit: inquit enim D. Augustinus, sacramentum hoc duobus constare, visibili scilicet elementorum specie, & inuisibili carne, & sanguine ipsius Dñi nostri Iesu Christi. Atq; ad eundem modum hoc sacramentum adorandum esse nimirum corpus & sanguinem Domini intelligentes, affirmamus. Verum hæc omnia minus propriæ sacramenta dici perspicuum est. ⁱ Ipsæ autem panis & vini species veram & absolutam huius nominis rationem habent.

ⁱ Aug. II. 10
de cœli. Del
cap. 5.

Sed quantum hoc sacramentum à reliquis omnibus differat, facile colligitur. Nam cætera sacramenta materiae usu perficiuntur, dum, scilicet, alicui administrari ea contingit. Baptismus enim sacramenti naturam tunc adipiscitur, cum re ipsa homo aqua abluitur: at vero ad Eucharistie perfectio nem satis est ipsius materiae consecratio: utrumq; &c. Chrysostomus enim sacramentum esse non desinit, quamuis in pyxide asservetur. Deinde in conficiendis alijs sacramentis nulla sit materia atque elementi in aliam naturam mutatio. Etenim baptismi aqua, aut chrismatis oleum, cum illa sacramenta adiunctoriantur, priorem aquæ & olei naturam non amittunt: in Eucharistia vero, quod panis & vinum ante consecrationem erat, confecta consecratione, vere est corporis & sanguinis Domini substantia: licet autem duo sint elementa, panis, scilicet & vini, ex quibus integrum Eucharistie sacramentum

Eucharistie
& allorū sa-
cra. differē-
tia. Cyrl. ad
Calosyr.
Amb. lib. 4.
de sacr. c. 4.
&c. 5. Chrys.
in de S. Philo.
& hom. 24.
in. 1. ad Co-
rinth.

Ampphil.
in vita Basili.

mentum conficitur: non tamen plura sacramenta,
sed vnum tantum esse, Ecclesiae auctoritate docti cō-
sitemur. Aliter cum septenarius sacramentorum
numens quemadmodum semper traditum, atq; à

^a In decreto Eugen. ad Conciliis Lateranensi, ^a Florentino, & ^b Tridentino, decretum est, constare non poterit. Nam, cum ^b ses. 7. cā. huius sacramenti gratia vnum corpus mysticū, effi-
^c 1. desacra ciatur, vt sacramentum ipsum rei, quam efficit, co-
ingeneret.

^c Cur in duplīcī specie institutum. ueniat, vnum esse oportet: atque vnum quidem, non
quia indiuiduum sit, sed quia vnius rei significationē
habet. Nam quemadmodū cibus & potio, quae duæ
diuersæ res sunt, ad vnam tantum rem adhibentur,
vt scilicet vires corporis reficiantur: ita etiam duas
illis diuersas sacramenti species respondere, conser-
tancum fuit, quae cibum spiritualem significarent,
quo mentes sustinentur & recreantur. Quare à Do-
mino Salvatore dictum est: ^c Caro mea vere est ci-
bus, & sanguis meus vere est potus.

Eucharist. Sed diligenter explicandum est, quid Eucha-
Sacramentū stiæ sacramentum significet: vt fideles sacra myste-
quid signifi- ria oculis intuentes, simul etiam diuinarum rerum
cer. contemplatione animum pascant. Tria vero sunt,
qua nobis hoc sacramento indicantur. Primum est
Christi Domini passio, quæ iani prateriit: ipse enim

^d d Luc. 22. docuit: ^d Hoc facit in meam commemorationem:
^e 1. Co. 11. & Apostolus testatus est: ^e Quotiescumq; mandu-
calitis panem hunc, & calicem bibetis, morte Do-
mini annuntiabitis, donec veniat. Alterum est diui-

na & cœlestis gratia, que præsens ad animam alienam & conseruandam hoc sacramento tribuitur. Quæ admodum enim baptismio in nouâ vitâ gignimur confirmatione roboramur, ut Satana repugnare, & palam Christi nomen profiteri possumus: ita Eu-
charistie sacramento alimur ac sustentamur. Tertium est, quod futurum prænunciat, æternæ iucunditatis & gloriae fructus, quem in cœlesti patria ex Dei promissione capiemus. Hæc igitur tria, que instan-
tis, preteriti, & consequentis temporis varietate distingui perspicuum est, sacris mysterijs ita signifi-
cantur, ut totum sacramentum, quævis ex diuersis speciebus constet, ad singula horum declaranda, tamen quam ad unius rei significationem, referatur.

Sed in primis cognoscenda est à Pastoribus hu- Quæ sit hu-
ius sacramenti materia: tum ut ipsi rite illud pas-
tus sacramen-
tum conficerent: tum etiam, ut fideles admoneantur, tamen materia,
cuius rei Symbolum sit; atque eius rei, quam signifi-
cat, studio & desiderio exardescant. Duplex ita-
que est huius sacramenti materia, altera panis ex
tritico confectus, de qua primo agetur: de altera
postea dicendum erit. Nam, ut docent Euangeli-
stæ, Matthæus, Marcus, & Lucas, Christus Domini-
nus panem in manus accepit, benedixit, & frègit. Matth. 26.
Marc. 14.
Lucæ. 21.
dicens: *Hoc est corpus meum.* Apud Ioannem quoq;
idem Saluator noster seipsum panem appellavit: eū Ioan. 1.
inquit: *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendit.*
Cum autem varia sint panis genera, vel qua ma-

teria differunt, ut cum aliis ex tritico, aliis ex hordeo, aut ex leguminibus ceterisque terre fructibus confectus est, vel quia diuersis qualitatibus prædicti sunt (vni enim fermentum additur, alter vero fermento omnino expers esse potest) quod ad primum attinet, Saluatoris verba ostendunt, panem ex tritico consici oportere. Comuni enim loquendi consuetudine, cum panis absolute dicitur, panem ex tritico intelligi satis costat. Id etiam veteris testamenti figura declaratur.

a Levit. 24

Præceptum enim a Dño fuerat, ut panes^a propositio-nis, qui hoc sacramentum significabat, ex simili consi-
ceretur. Sed quemadmodum nullus panis, nisi triticeus,
apta ad sacramentum materia putatus est: (hoc enim
Apostolica traditio nos docuit, & Ecclesia Catholi-
ca auctoritas firmavit) ita etiam ex ijs, que Chri-

b Ansel. In stus Dñs gesit, ^b azymum esse debere, facile intelli-
epist. de fer- gitur. Ipse enim primo azymorum die, quo nihil fer-
mentato & mentati domi habere Iudeis licebat, hoc sacra-
azymo.

Raban. II. 1 tum consfecit, atque instituit. Quod si quis Ioannis Eu-
de iustif. cle geliste auctoritatem opponat, qui haec omnia ante
xi. cap. 31. festum diem Pasche acte esse commemorat: ea ra-
Matth. 26. tio facile dissolui potest. Etenim quem primum
Marc. 14. azymorum diem ceteri Evangelista appellavunt:
Lucæ. 12. quod feria quinta vesperi dics festi azymorum in-
ciperent, quo tempore Saluator noster Pascha ce-
lebrauit: eum ipsum die Ioannes pridie Pasche fuis-
se describit: ut qui diei naturalis spatium, quod ab

Iean. 13.

orientem Sole inchoatur, in primis notandum existi-
marit,

marit. Quapropter D. etiā Chris. primū azymorum
diē interpretatur eū dīc, quo ad vespere azyma co-
medēda essent. Sed azymi panis cōfēratiō quātum
cōueniat integratī & mentis mūditiae, quā fideles
ad hoc sacramentum afferre debent, ab Apostolo do-
cemur, cūm inquit. Expurgate vetus fermentum ut
fitis noua cōspersio, sicut estis azymi: etenim: Pascha Flo. Cō. sc̄.
nostrum immolatus est Christus, itaq; epulemur nō vlt,
in fermento veteri, neque in fermento malicie, & ne-
quicie, sed in azymis synceritatis & veritatis. Ne-
que tamen ea qualitās adeo necessaria existimanda
vt, si illa pani desit, sacramentum confici non possit:
vtrumq; enim panis genus verā & propriam panis
rationem, & nomen habet. Quāquam nemini licet a Leo. 9.
priuata auctoritate, vel potius temeritate laudabile ep̄s. contra
Ecclesiæ sue ritum immutare: atq; eo minus id face Michael,
re Latinis sacerdotibus permisum est, quibus pr̄ter Cōstant. c.
ea a Pontifices Max. preceperant, vt ex azymo tan- 56. & 20. In
tum sacra mysteria conficerent. Atque h. ec de altera noc. 3. li. 4.
huius sacramenti materia exposuisse satis sit: in quo de myste.
tamen illud animaduertendū est, quam multa ma- miss. c. 4 li.
teria ad sacramentum conficiendū rti oporteat, desi 3. decretal.
nitum non esse: cum illorum etiam certus numerus el. de eccl. b.
definiri nequeat, qui aut possint, aut debeant sacra miss. c. vlt.
mysteria percipere. Superest, vt de altera huius sacra Vino cura-
menti materia & elemēto dicatur. Est autem vinū qua misce-
ex vitis fructu expressum, cui modicū aqua permix- tur.

CATECHISMVS

244

- Matt. 26. sacramenti institutione usum esse, catholica Ecclesia
 a Marc. 14 si a semper docuit: cum ipse dixerit: ^a Non bibamus amo-
 do de hoc genimine vitiis usque in diem illum. Quo.
 b S.Chrys. in loco Chrysostomus, ^b De genimine, inquit, vitis,
 hom. 83. in que certe vinum, non aqua, produxit. Ut tanto ante
 Matth. illorum heresim, qui aquam solam in hunc mysterium
 adhibendam senserunt, conuellere videretur. Aquam
 vero Dei Ecclesia vino semper admiscuit: primum
 c Cœc. Flo. quod id à Christo Domino factum esse, & ^c Concilio
 Carth. 3.c. rum auctoritate, & S.Cypriani testimonio compro-
 non. 24.
 d S.Cyp.li. batur: ^d deinde, quod sanguinis & aquæ, quæ ex eius
 2.cpt. 3. ad latere exierunt: hac permixtione memoria renoua-
 Cæcilium.
 e Alexá. 1. tur. Tum vero aquæ ut in ^e Apocalypsi legimus, popu-
 lum designant: quare & aqua vino admixta, fidelis
 epist. 1.
 f Apoc. 17 populi cum Christo capite coniunctionem significat.
 g Cō. Bra. Atq; hoc ex Apostolica traditione perpetuo sancta
 3.can. 3.. Ecclesia seruauit. Sed quāvis aquæ admiscenda ita
 graues rationes sint, ut eam sine mortali peccato
 pratermittere non licet: ea tamen si desit: sacramen-
 tum constare potest. Illud autem sacerdotibus ani-
 maduertendum est, ut quemadmodum in sacris my-
 sterijs aquam vino adhibere oportet, sic etiam modi-
 cam infundendam esse. Nam Ecclesiasticorum scri-
 ptorum sententia & iudicio aqua illa in vinum con-
 h Honori⁹ uertitur. Quare de eo ^h Honorius P̄tifex, ita scri-
 li. 3. decret. bit: Perniciosus in tuis paribus inoluit abusus, vide
 tit. de mis. licet, quod maior quantitas aquæ in sacrificio, quam
 cele. ca. de pernitiosus vini, adhibetur: cum secundum consuetudinem ra-
 tionabilem

tionabilem Ecclesie generalis longe plus vini, quam a De cons.
aque adhibendum sit. Huius igitur sacramenti hec
duo tantum elementa sunt: ac merito pluribus decre-
tis sancitum est, ne quid aliud preter panem & vinum
quod nonnulli facere non verebantur, offerre liceat.

Sed iam videndum est, hec duo panis & vini
symbola quam apta sint ad eas res declarandas,
quarum sacramenta esse credimus & confitemur.
Primum enim Christum nobis significant, ut vera
est hominum vita: ipse enim Dominus ait: ^b Caro
mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. ^b Ioh. 6.
Cum igitur corpus Christi Domini vita eterna ali-
mentum illis praebat, qui eius sacramentum pure
& sancte suscipiunt recte iis potissimum rebus con-
ficitur, quibus hac vita continetur: ut fideles facile
possint intelligere, preciosi corporis & sanguinis
Christi communionem mentem animamq; saturari. Secundo.
Non nihil etiam hac infra elementa ad id valent, ut
eam cognitionem accipiant homines, esse in sacra-
mento corporis & sanguinis Domini veritatem. ^c Dama II.
Nam cum panem & vinum in humanam carnem &
sanguinem vi nature quotidie immutari animad-
uertamus facilius adduci possumus hac similitudi-
ne, ut credamus panis & vini substantiam in veram
Christi carnem, verumq; cuius sanguinem celesti be-
nedictione conueri. Afferit etiam aliquid adiumenti ^d 4. orth. fid.
hoc admirabilis elementorum mutatio ad adumbran- ^e 14. Cyp.
dum, quo dicitur in anima. Ut enim, et si nulla extrinse- ^f decenando.
cus

cus panis & vini mutatio appetat, tamen eorum substantia in carnem & sanguinem Christi vere transit; ita etiam, tamen si in nobis nihil immutatum videtur, interius tamen ad vitam renouamur, dum vera vitam Eucharistie sacramento accipimus. Accedit ad haec quod cum unum Ecclesie corpus ex multis membris compositum sit, nulla re magis elucet ea coniunctio quam panis vinique elementis. Panis enim ex multis granis conficitur & unum ex multitudine racemorum existit: atque ita nos, cum multi simus, hunc diuini mysterij vinculo arctissime colligari, & tandem unum corpus effici declarant.

Quarto. Aug. tra. 26. Sequitur nunc, ut de forma, qua ad consecrandum Formacione panem uti oporteat, agatur, non quidem eius rei causa, ut haec mysteria fideli populo, nisi necessitas cogat, tradantur: (eos enim, qui sacris iniciati non sunt, de his erudiri necessarium non est) sed ne forme ignorantie, in sacramento conficiendo a sacerdotibus tutissime peccetur. Itaque a sanctis Evangelistis Matthaeo, & Luca, itemque ab Apostolo docemur illam esse formam. Hoc est corpus meum. Scriptum est Amb. li. 4. enim: Canantibus illis accepit Jesus panem, & benedixit, ac friguit, deditque discipulis suis & dixit: Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum. Quae quidem consecrationis forma cum a Christo Dominno seruata sit, ea perpetuo catholica Ecclesia usum est.

Matt. 26. Marc. 14. Lucæ. 22. Cor. 10. Amb. li. 4. 4. & 5. Chr. ho. de proditione Iudeæ, & hom. ad Timo the. Pratermittenda sunt hoc loco sanctorum Patrum testimonia, que infinitum esset enumerare, & Con-

cilijs Florentini decretum, quod omnibus patet, atq;
in prōptu est, cū presertim ex illis Saluatoris verbis:

^a Hoc facite in meam cōmemorationē, idem liceat ^a Lucæ. 22
cognoscere. Nam quod Dñs faciendū precepit, non Vide Iusti.
solū ad id, quod egerat sed etiā ad ea, qua dixerat, ^b Apolog. 2.
referri debet: atq; ad verba maximè pertinere intel-
ligendum est, que non minus efficiendi, quā signifi-
candi causa prolatā erant. Sed ratione etiā id facile
persunderi potest. Nā forma ea est, qua illud signifi-
catur, quod in hoc sacramēto efficitur. Cū autē hæc
verba id, quod sit, significant, ac declarent, hoc est ^{Ambros. de}
panis conuersiōne in verū Dñi nostri corpus: sequi-
tur, formā in illis ipsis verbis constituendā esse. In
quā sentētiam, quod ab Euangelista dictū est, ^b Be-
nedixit, licet accipere. Perinde enim videtur intelli-
gendū, ac si dixisset, accipiens panē benedixit dicēs:
Hoc est corpus meū. Quāuis enim Euāgelista, verba
illa, Accipite, & comedite, præposuerit illis, tamē nō
materie consecrationē, sed usum tantūmodo signifi-
cari perspicuū est. Quare à sacerdote quidem omni-
no proferti debent, sed ad sacramentū cōficiendū ne-
cessaria nō sunt, quēadmodū etiā profertur cōiunctio
illa. Enim, in corporis & sanguinis consecratione.
Aliter enim siet, vt, si hoc sacramentū nemini admi-
nistrandum sit, confici non oporteat, aut non posset
quidem, cum tamen dubitare non liceat, quin sa-
cerdos prolatis ex more atque instituto sanctæ Eccle-
sie verbis Domini, aptam panis materiam vere con-

lij. qui my-
ster. initian
tur. cap. 9.
^b Matt. 26

secret: quamvis deinde contingat, ut nulli vñquam
sacra Eucharistia administretur.

Forma consecrationis Iam verò, quod ad rini, que est altera huius sa-
cramenti materia, consecrationem attinet, ob ean-
calicis. dem causam, quam supra commemorauimus, opus
est, ut sacerdos eius formā cognitam & perspectam
habeat. Eā igitur his verbis comprehendit certo cre-
dendū est: *Hic est calix sanguinis mei, noui & ater*
ni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro
multis effundetur in remissionem peccatorū. Ex qui-
bus verbis plura quidem ex scripturis colliguntur: quædā vero in Ecclesia ex Apostolica traditione
conseruatā sunt. Nam quod dicitur: *Hic est calix: à*
Lucæ. 12. *D. Luca, & ab Apostolo scriptū est: quod verò sequi-*
i. Cor. 11. *Sanguinis mei, vel sanguis meus noui testa-*
menti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in re-
missionem peccatorum: partim à D. Luca, partim à
Lucæ. 22. *D. Mattheo dictum est. Verba autē illa. Eterni, &*
Matth. 26. *Mysterium fidei, sancta traditio, Catholicæ verita-*
Lib. 3. decr. *tis interpres & custos nos docuit. Verū de hac forma*
de celebra. *nemo dubitare poterit si, quod ante a dictum est de*
Miss. c. Mar- *formā consecrationis, que ad panis elementum adhi-*
thc. *betur hoc etiam loco attēdatur. Cōstat enim, ys ver-*
bis, quæ vini substātiā in sanguinem Dñi conuerti
significant, huius elemēti formā contineri. Quare
cum verba illa hoc aperte declarant, perspicuum
est, aliam formā constituendam non esse. Ex-
primunt autem præterea quosdam effusi sanguinis,
in

in passione domini admirabiles fructus, qui ad hoc sacramentum maxime pertinent. Unus est, ^a aditus ad a Heb. 10.
eternam hereditatem, quae noui atque eterni testamenti iure ad nos venit. Alter est, aditus ad iustitiam per mysterium fidei: Iesum enim per fidem in sanguinem eius propitiatorum Deus proposuit, ut ipse sit iustus, & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Rom. 3.
Christi. Tertius est, ^b remissio peccatorum. b Hebr. 9.

Quoniam vero haec ipsa consecrationis verba plena mysteriorum sunt, aptissimeque ad rem conuenient, diligentius perpendere ea oportet. Quod vero dicitur: Hic est calix sanguinis mei: sic intelligendum est: Hic est sanguis meus, qui hoc calice continetur. Recte autem, & apposite, dum sanguis hic, ut est sacerdotium potus consecratur, calicis mentio facienda est. Neque enim sanguis huiusmodi potionem sat significare videretur, nisi vase aliquo exceptus esset. Sequitur deinde. Novi testamenti: quod quidem ob eam rem additum est, ut intelligeremus Christi Domini sanguinem non figuram, quemadmodum Hebr. 9.
in veteri testamento fiebat (de eo enim apud Apostolum ad Hebreos legimus. Sine sanguine testamentum dedicatum non esse) sed vere & re ipsa ho minibus traditi: quod ad nouum testamentum pertinet: quare Apostolus inquit: Ideo noui testamenti mediator est Christus, ut morte intercedente, reprobationem accipiant, qui vocati sunt, aeternam hereditatis. Verbū vero, Aeterni, ad hereditatē aeternam

Explicatio
verborum
bus vinum
consecratur
Euthym. 1.

Lucæ.

que Christi Dñi, aeterni testatoris morte ad nos iure peruenit, referendū est. Quod subiungitur: Mysteriū fidei, non rei veritatē excludit, sed quod occulte latet, atq; ab oculorum sensu remotissimū est, certa fide credendū esse significat. Diuersa verò hīs coverbis sententia hoc loco subiecta est ab ea, quā habet, cum baptismo etiam tribuitur. Nā quod sanguinē Christi, sub vini specie latentem fide cernimus, mysterium fiduci dicitur. At ^a baptismus, quoniā uniuersam Christianæ fidei professionē complectitur, à nobis fidei sacramētum, à Gracis mysteriū iure appellatur. Quanquā alia etiam ratione sanguinē Domini, fidei mysterium dicimus, quod scilicet, in eo maximè plurimum difficultatis & negotiū humana ratio experiatur, cum nobis fides credendum proponeat, Christum Dominum, verum Dei filium: simulque Deum & hominem, mortem pro nobis pertulisse: que quidem mors sanguinis sacramento designatur. Quapropter apposite hoc loco potius, quam in consecratione corporis, passio Dominicā commemoratur, his verbis: Qui effundetur in remissionem peccatorum. Sanguis enim, separatim consecratus, ad passionem Domini, & mortem, & passionis genus ante omnium oculos ponendum, maiorem vim & momentum habet. Sed verba illa, que adduntur: Pro vobis & pro multis, à Matth. & Luca, singula à singulis sumpta sunt, qua tamen sancta Ecclesia, spiritu Dei instructa, simul conjunxit; pertinent

^a August.
epist. 13.

Matth. 26
Lucæ. 21.

tinent autem ad passionis fructum, atq; vtilitatem declarādam. Nam si eius virtutem inspiciamus, pro omnium salute sanguinem à Saluatore effusum esse satendum erit: si vero fructum, quem ex eo homines percepierint, cogitemus, non ad omnes, sed ad multos tantum eam vtilitatem peruenire facile intelligimus. Cum igitur Pro vobis dixit, vel eos qui aderāt, vel electos ex Iudeorū populo, quales erant discipuli, excepto Iuda, quibus cum loquebatur, significavit. Cum autem addidit, Pro multis, reliquos electos ex Iudeis, aut gentibus intelligi voluit. Recte ergo Heb. 9. factum est, vt pro vniuersi, non disceretur, cum hoc loco tantummodo de fructibus passionis sermo esset, Ioan. 17. que salutis fructum dilectis solum attulit. Atq; huc spectant verba illa Apostoli: Christus semel oblatus est ad malorum exhaurienda peccata. Et quod Dominus apud Ioannem inquit: Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Plurima alia in huius consecrationis verbis latent mysteria, que pastores assidua rerum diuinorum meditatione, & studio ipsi per se, iuuante Domino facile assequentur.

Sed iam ad earum rerum explicationem oratio reuertatur: quae vt à fidelibus ignorentur, nullo modo committendum est. Ac quoniam ^a Apostolus admonet grauisimum scelus admitti ab ijs, qui non diuidicant corpus Domini, hoc in primis doceant Pastores, unum atque rationem à sensibus

Quā admirabilia hoc sacramento contineantur.

^a 1. Cor. 11
Chry. hom.
83. in Matt.
& hom. 60.
ad pop.

omni:

omni studio aduocandā esse. Si enim fideles ea tantū
in hoc sacramēto cōtineri sibi persuaserint, quæ sen-
sibus percipiunt, in summā impietatē adducantur, ne-
cessē est: cum nihil aliud, præter panis ac vini speciē
oculis, tactu, odoratu gustu sentiētes, panē tātūmo-
do ac vinū in sacramēto esse iudicauerint. Curandū
igitur est, vt fidelium mentes, quam maxime fieri
potest, à sensuum iudicio abstrahantur, atq; ad im-
mensam Dei virtutem & potentiam contemplandā

Tria admi-
ratione dig-
na.

Præsentia
corporis Do-
minici.

Trāsubstā-
tiatio.

Accidentia
sine subie-
cto.

De veritate
corporis &
sanguinis
Domini in
Eucharistia

sunt maxime admiranda atq;
suspicienda, quæ in hoc sacramento verbis consecra-
tionis effici, fides catholica sineulla dubitatione cre-
dit ac confitetur. Primum est, verum Christi Domi-
ni corpus, illud idem, quod natum ex virginē, in cel-
lis sedet ad dexteram Patris, hoc sacramento conti-
nerti. Alterum est, nullam in eo elementorum substā-
tiam remanere: quamvis nihil magis a sensibus alie-
num & remotum videri possit. Tertium est, quod ex
utroque facile colligitur, & si verba consecrationis
id maxime exprimunt, accidentia quæ aut oculis cer-
nuntur, aut alijs sensibus percipiuntur, sineulla re sub-
iecta esse, mira quadam atq; inexplicabili ratione,
ac panis quidem & vini accidentia omnia licet vide-
re, quaetamen nulli substantiae inherēnt, sed per se
ipsa constant: cum panis & vini substantia in ipsum
Domini corpus & sanguinem ita mutetur, vt panis
& vini substantia omnino esse desinat.

Verum, vt prius de primo agatur, conentur Pa-
stores

Primum argumentum.
Matth. 26.
Marc. 14.
Luc. 21.

stores explicare, quam perspicua & clara sint Salvatoris nostri verba, quae corporis eius veritatem in sacramento demonstrant. Nam cum inquit: Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus: nemo, qui modo sane mentis sit: ignorare potest, quid nobis intelligē dum sit: presertim cum de humana natura sermone ha-
beatur, quam in Christo vere fuisse Catholica fides dubitare venire patitur: ut vir sanctissimus atque doctissimus Hilarius preclare scriperit, de veritate carnis & sanguinis Christi, cum ex ipsius Domini professione & fide nostra caro eius vere sit cibus, relictum non esse ambigendi locum. ¶ Verum alter præterea locus a Pastoribus enucleandus est ex quo aperte licet cognoscere verū Dominū corpus & san-
guinem in Eucharistia contineri. Nam Apostolus, po-
stequam commemorauit panem & vinum à Domi-
no consecratum & sacra mysteria Apostolis suis ad-
ministrata esse, subiungit: b Provet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi mā locū, Aug. ducat, & bibit, nō diiudicans corpus Domini. Quod contra Do-
fi, vt hæretici dictitant, nihil aliud in sacramento ve-
nerandum esset, prater memoriam & signum pa-
sionis Christi, quid opus erat tam graibus verbis
fideles hortari, vt se ipso probarent? Graui enim il-
la, iudicij, voce declarauit Apostolus, nefarium ali-
quod scelus ab eo admitti, qui, impure sumens cor-
pus Domini, quod in Eucharistia occultelatet, ab
alio

Chry. hom.
60. ad po-
pu. Cyril.
Hiero. Ca-
tech. 4. mis.
Epiph. in
Ancorato
Theoph. in
Mat. Marc.
Ioā. & Euth.
In Matthæ.
a S Hil II. 8
de Tri. tra-
stans illud:
Ut sint vnu
& cæter.

Secundum.
b 1. Cor. 11
Am. in huc
na. c. 8. & l.
1. contra Cre-
sco. c. 25.
& epi. 118.
c. 3.
Chr. ho. 45
1. Ioā. & Cō.
cl. Tri. sc. 2
c. 1. & 7.

Tertium. ^a alio ciborum genere non distinguit. Quod etiam supra in eadem epistola yberius explicauit Apostolus
 a 1. Cor. 10 Chr. ho. 14. in 1. ad Co rint. Theo. & Oecun. In hūc locum. his verbis: ^a Calix benedictionis , cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est : & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est ? Que quidem verba veram corporis & sanguinis Christi Domini substantiam demonstrant.

Hec igitur scriptura loca Pastoribus explicata erunt, atque in primis docendum nihil in eis dubij aut incerti relictum esse, præsertim cum hac Ecclesie Dei sacrosancta auctoritas interpretata sit ad cuius sententia cognitionem dupli via & ratione possumus peruenire. Prima est, cum Patres, qui ab initio Ecclesie, atque omni deinceps etate floruerunt, & Ecclesiastica doctrinae optimi testes sunt, consulimus. Hi vero summo consensu omnes huius dogmati veritatem apertissime tradiderunt. Quorum singula testimonia afferre, quoniam operosi laboris esset, satis erit pauca notare, vel indicare potius, ex quibus iudicium de ceteris facile fieri poterit. Primus igitur D. Ambrosius fidem suam pro-ijs. qui mys. ferat, qui in libro de ijs, qui initiantur mysterijs, init. c. 9. testatus est verum Christi corpus in hoc sacramen-to sumi, sicut verum ex virginem sumptum est, idque Sac. 4. certissima fide tenendum esse. ^b Et alio loco docet, S. Chrysost. ante consecrationem panem ibi esse, post consecra-tionem autem carnem Christi. Accedat alter testis ad populū Antio. ho-mi. 6c. & 51 Diuus Chrysostomus non minoris fidei, & granita-

tis: qui quidem cum multis alijs in locis hanc ipsam 1. trac. illud
 veritatem profitetur & docet, tum vero praeципue quod. i. Re.
 homilia. 60. de ḥs, qui sacra mysteria impure sum 21. secūdū
 munt, itemque homilia. 44. &. 45. in sanctum 70. legitur.
 Ioannem, inquit enim: Pareamus Deo, neque con- Et ferebat
 tradicamus: licet vel cogitationibus, vel oculis no- in manib⁹
 stris videatur aduersari, quod dicitur: Ipsius enim suis.
 sermo infallibilis est: sensus noster facile seducitur. b S. Cyrill.
 His vero omni ex parte consentiunt, que Diuus Au- lib. 4. in Ioā
 gustinus, ^a acerimus catholicae fidei propugnator can. 12. 13.
 semper docuit, atque in primis titulum Psalm. 33. ^b 14. 15. &
 exponens: scribit enim: Portare se in manibus suis 16. & 11. 30.
 homini impossibile est, solique Christo conueni- c. 13. & lib.
 re potest: ferebatur enim ille in manibus suis, quan- 11. ca. 26.
 do commendans ipsum corpus suum, ait. Hoc & 27.
 est corpus meum. Ac b Cyrilus preterea, c Iu- c S. Iustin.
 stinus, & d Irenaeus adeo aperte libro quarto in apolo. 2. 2d
 Ioannem veram Domini carnem in hoc sacramen- Anto. piū.
 to esse affirmat, ut eius verba nullis possint falla- d B. Irc. II.
 cib⁹ & captiosis interpretationibus obscurari. 4. c. 1. 33.
 Quod si Pastores alia etiam Patrum testimonia 34. & II. 5.
 requirent, facile erit sanctos c Dionysium, f Hila- cont. heres.
 rium & Hieronymum, ^h Damascenum addere, inru- e Eccl. hie.
 merabilesque alios, quorum de hac re grauissimas cap. 3.
 sententias, doctorum & piorum hominum indu- f lib. 8. de
 stria & labore in unum congregas, passim legimus. Tri.
 Altera restat via, qua sancte Ecclesie iudicium in g Tho. 3.
 ḥs, que ad fidem perirent, iuvestigare liceat, con- epist. 146.
 traria th. fid. c. 13.
 ad Damas.
 Et edi. 150
 ad Hedib⁹
 q. 2.
 li 4. de or

traria scilicet, doctrinæ & opinionis damnatio. At vero constat, semper corporis Christi veritatem in sancto Eucharistie sacramento, ita per universam Ecclesiam diffusam & disseminatam esse, & consentienti voluntate ab omnibus fidelibus receptam.

Guldmundus li. 1. de veritat. cor. po. & sanguini. & Late ra. Fran. de Euchar. cōtra Bereng. Vvalde. tomo. 2. ca. 43. ut cum ante quingentos annos Berengarius id negare ausus esset, ibi signum tatummodo esse assere ret statim in Vercellensi concilio, quod Leonis. IX. auctoritate conuocatum fuerat, omnium sententia condemnatus, ipse heresim suam anathemati addixerit. Qui postea cum ad eandem impietatis infamiam redijisset, tribus alijs Cœcilijs Turonensi, & duobus Romanis, quorū alterum Nicolaus. II. alterum Gregorius. VII. Pontifices Maximi, conuocarunt, damnatus est. Eam postea sententiam Innocentius.

a Conc La ter. c. 1. III. in^a Concilio Lateranensi magno cōfirmavit ac deinceps a^b Florentina, & c^c Tridentina Syno b Cœc. Flo rent. in do- stabilita est. Hec igitur si pastores diligenter exponer. de sacr. c Cœc. Tri dent. lcf. 13. fuerint: (ut nihil dicamus de ijs, qui erroribus obce cati, nihil magis, quam veritatis lucem, oderunt) & infirmos confirmare, & piorum mentes summa quadam latitia & voluptate afficere poterunt: cum presentim fidelibus dubitare non liceat, quin inter ceteros fideli articulos huius etiam dogmatis fides comprehendatur. Nam cum Dei summam omnium rerum potestatem credant & confitentur, credant &. 5. Dam. etiam necesse est, potestatem ei non desuisse maxi

Amb. lib. 4. de sacr. c. 4. &. 5. Dam.

mihi huius operis efficiendi, quod in Eucharistia sacra lib. 4. orth.
 mento admiramur & colimus. Deinde cum credunt fid. cap. 24.
 sanctam Ecclesiam Catholicam, necessario sequitur, ut
 simul credant esse, quae explicaimus, huius sacra
 meti veritatem. Sed nihil est profecto, quod ad piorum
 iucunditatē & fructū addi possit, cum huius altissimi
 sacramenti dignitatē contemplantur. Primum enim in-
 telligunt, quanta sit Euangelica legis perfectio. cui
 datum est id re ipsa habere, quod signis tantum & a 1. Co. 11
 figuris Mosaicæ legis tempore adumbratum fuerat. Aug. li. 10.
 Quare diuinatus dictum est a Dionysio, Ecclesiam de ciuit. Del
 nostram mediæ esse inter Synagogam & supremam Hier- ca. 29. & lib.
 usalem, ac propterea utriusque participem. Ac profecto 20. C. 21. cō
 satis mirari fideles nunquam poterunt, sanctæ tra. Fau. &
 Ecclesia perfectionem, eiusque gloriae altitudinem: epist. 19.
 cum inter eam & celestem beatitudinem unius tan- b S. Dion.
 tum gradus interesse videatur. Hoc enim nobis cum de Eccles.
 cœlitibus commune est, ut utrique Christum Deum hier. cap. 5.
 & hominem præsentem habeamus: sed (quod uno part. 1.
 gradu ab eis distamus) illi præsentes beata visione
 persuuntur, nos præsentem, & tamen ab oculorum
 sensu remotum, sacrorum mysteriorum admirabi- Chrysost.
 li integumento se occultantem, firma & constanti fide mil. 83. in
 veneramur. Praeterea, fideles hoc sacramento Matth. & li.
 Christi Salvatoris nostri perfectissimam charita- 3. de sacer-
 tem experiuntur: eius enim bonitatem maxime de- dot. Idem
 cuit, naturam, quam a nobis sumperat, a nobis nun
 quam subtrahere: sed quantum fieri posset, esse, ver- homil. 2. ad
 pop.

^{a Prover. 2} sarique nobiscum velle, at illud omni tempore vere
 & proprie dictum videretur,¹ Delicia mea esse cum
 filiis hominum.

Iam verò hoc loco à Pastoribus explicadū est nō
 solum verū Christi corpus, & quidquid ad verā cor-
 poris rationem pertinet, veluti ossa & neruos,² sed

De cōcomiti etiam totū Christū in hoc sacramēto cōtineri. Doce-
 tantia par- re autē oportet, Christū nomen esse Dni & hominis
 tū corporis vnius scilicet, persona, in quo diuinā & humana na-
 Chri in hoc turā cōiuncta sit: quare virāq; substātiā, & que vtri
 sac- amēto. usq; substātia cōsequētia sunt, diuinitatē & totā ha-
^{a Cōc. Tri} manā naturā, que ex anima & omnib⁹ corporis par-
^{a Et sess. 13} can. 1. tib⁹, & sanguine etiā cōstat, cōpleteitur, que omnia
 in sacramēto esse credendū est. Nam cū in cālo tota
 humanitas diuinitati in vna persona & hypostasi cō-
 iuncta sit, nefas est suspicari, corp⁹, quod in sacramē-
 to inest, ab eadē diuinitate seiūctū esse. In quo tamē
 Pastores animaduertant necesse est, nō omnia eadē
 ratiōe aut virtute in hoc sacramēto cōtineri. Quedā
 enim sunt, quae ex vi & efficiētia cōsecrationis in sa-

^{Conc. Tri.} cramēto esse dicimus. Nā cū verba illa efficiāt quid
^{sess. 13. c. 3} quid significāt, id esse in sacramēto ex ui sacramēti
 diuinarū rerū scriptores appellarūt, quod verborum
 forma exprimit. Ita si cōtingeret, vt aliqd ab alijs
 reb⁹ omnino seiūctū esset, id solū, qđ forma significa-
 ret, in sacramento esse, cetera nō itē esse docuerunt.
 Quedā verò in sacramēto cōtinentur, qđ illis rebus
 coniuncta sint, quae forma exprimuntur. Nā cū forma

que

qua ad panem consecratum adhibetur, corpus Domini significet: cum dicitur: Hoc est corpus meum ipsum Christi Domini corpus ex vi sacramenti in Eucaristia erit. At quia corpori sanguis, anima, & diuinitas coniungitur hac quoque in sacramento erunt omnia, non quidem ex consecrationis virtute, sed ut ea, que corpori coniuncta sunt. Atque hoc ex concomitantia in sacramento esse dicuntur: qua ratione totum Christum in sacramento esse perspicuum est. Si enim duo aliqua inter se re ipsa coniungantur: ubi unum sit, ibi alterum etiam esse necesse est. Sequitur itaque totum Christum usque adeo tam in panis, quam in vini specie beatus utrakontineri, ut quemadmodum in panis specie non cor totus Christus modo, sed etiam sanguis & totus Christus vere inest: sic contra in vini specie non solum sanguis, sed corpus, & totus Christus vere insit. Sed quoniam & can. 3. hoc ita se habere omnibus fidelibus certum & persuasissimum esse debet: optimo tamen iure institutum est, ut separatim due consecrationes fierent. Priori Cut conse- de maxime consentaneum fuit, ut quoniā sacramen- to ad alendā animā viēdum nobis erat, tāqñā cibus & potus institueretur, ex quibus perfectum corporis alimentū constare perspicuum est. Neque vero illud prætermittēdum, non solum in utraque specie, sed in b. Hil. pap. quoniam utriusque speciei particula totum Christum

Decol. dis. cōtineri. Sic enim Aug. scriptum reliquit: ^a Singuli
2. cap. Vbi accipiunt Christum Dñm, & in singulis portionibus
pars est. E- totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se
misce. ho. 5. præbet in singulis. Atque id præterea ex Euangeli-
de pasch. Amb. in p̄c stis facile colligi potest. Neque enim credendum est,
fa. Miss. Do singula panis frusta propria verborū forma à Dño
min. 5. post cōsecrata esse, sed eadē simul omnē panem, qui ad sa-
Epiph. cia mysteria cōscienda, atq; Apostolis distribuēda sa-
a Citatur d tis futurus esset. Id quod de calice factum esse appa-
cōsc. dist 2. ret, cum ipse dixit, ^b Accipite, & dividite inter vos.
Singuli.

Et apud

Guldmun- † Hactenus que explicata sunt, eo pertinent, ut
dū lib. 1. cō ostendant Pastores verum Christi corpus & sanguinem in Eucharistie sacramento cōtineri. Nūc quod

Beren.

b Luc. 22. alterum erat propositum, docebunt etiam panis &

† De trāsub vini substantiam in sacramento post cōsecrationem

stantiatio non remanere. Hoc vero quamvis maximam admi-

ne panis & rationem merito habere poscit, tamen cum eo, quod

vini in verū prius demonstratum est, necessario coniungitur. Et

corp^o & san guinē Chri

st. tūc non est, hoc vel loci mutatione, vel crea-

tione: vel alterius rei in ipsum conversione factum

esse. At vero fieri non posse constat, vt corpus Christi

in sacramento sit, quod ex uno in alium locum vene-

rit. Ita enim fieret, vt à cæli sedibus abesset: quo-

niam nihil mouetur, nisi locum deserat, à quo moue-

tur. Creari autem corpus Christi minus credibile

est ac ne in cogitationem quidem cadere hoc potest

Reli-

Relinquitur ergo, ut in sacrificio sit corpus Domini
quod panis in ipsum conuertatur. Quare nulla pa-
nis substātia remaneat necesse est. Hac ratione ad-
ducti Patres & Maiores nostri, in Concilijs, ^a Late-
ranensi magno, & Florentino, huius articuli veri-
tatem apertis decretis confirmarunt: ^{a Latc. Cōd.}
^{c. 1.} à Tridentina b Eugenius
vero Synodo explicatus ita definitum est: Si quis di-
xerit in sacrosancto Eucharistiae sacramento rema-
nere substātiā panis & vini, una cum corpore &
sanguine Domini nostri Iesu Christi; anathema sit.
Hac vero ex testimonij scripturarū facile fuit col-
ligere: primum, quod in eius sacramenti institutio-
ne ipse Dominus dixit: ^d Hoc est corpus meum. Vo-
cis enim, Hoc, ea vis est, ut omnem rei praesentis sub-
stantiam demonstret, Quod si panis substātiā rema-
neret, nullo modo vere dici videretur: Hoc est corpus
meum. Deinde Christus Dominus apud Ioannem: ^e Panis, inquit, quem ego dabo, caro mea est pro mun-
di vita: panem videlicet carnem suā vocans. Ac pau-
lo post subiecit: Nisi manducaueritis carnem filij ho-
minis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vi-
ta in vobis. Et rursus: Caro mea vere est cibus, & san-
guis meus vere est potus. Cum ergo tā claris & per-
spicuis verbis carnem suā panem & cibum verum,
sanguinem itam verum potum nominauerit, satis vi-
detur declarasse, nullam in sacramento substātiā
panis & vini remanere. Atq; hanc perpetuo sancto-
rum Pavru cōsensiente fuisse doctrinam qui eos euol-

1111. in ep.
ad Arme-
niōs data,
approbatē
Con.Flo.

c Sess. 13.
can. 2. Vide
etīā Const.
ses. 8. art. 1.
Vvicleff.

d Mat. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.
1. Cor. 11.

e Ioan. 6.

D.Amb.1.4. uerit, facile intelliget. D.quidē Ambros. ita scribit:
de Sacra.c. Tu forte dicas, Meus panis est usitatus: sed panis
4. Vide & li. iste, panis est ante verba sacramentorum: ubi accesserit
4. de fide.c. rit consecratio, de pane fit caro Christi. Quod quidē
5. & q mys. ut facilius probare posset, varia deinde affert exem-
init.ca.9. plia & similitudines. Alibi vero, cum verba illa inter

^a Psal.134. pretaretur: ^a Omnia quecumque Dñs voluit: fecit in
De cōf. dist. cælo & in terra: Licet inquit, figurae panis & vini
^{a. c.} Omnia videatur, nihil tamē aliud, quā caro Christi & san-
Vide etiam Chry. ho. de quis post consecrationem credendū est. Atq; eisdem
Encaz.&ho. fere verbis eandē sententiā S.Hilarius exponens, do-
34. in Mart. cuius, quāuis extrinsecus panis & vinū videatur, vero
Cyril. Hier. tamē corpus & sanguinem Domini esse: Sed nōneat
catech. 13. Pastores hoc loco mirandum non esse, si post consecra-
& 4. mys. tionem, panis etiam vocetur. Hoc enim nomine Eu-
Greg. Nyss. In Cate. ma charistia appellari consueuit: tum quia panis specie
Iori, cap. 37 habeat: tum quia naturalem alendi & nutriendi cor
Cyp. de cæ- poris vim, quo panis propria est, adhuc retineat.
na Domini, Eam autem esse sacratum literarum cōsuetudinem
Emile. ho. 5 de Pascha. ut res ita appelleat, cuiusmodi esse videantur, satu-
b Gen. 18. ostendit, quod in Genesi dictū est, tres viros Abrā-
c A&E. 1. Vi deetia. illi, qui Apostolis ascende in celum Christo De-
15. mino apparuerunt, cum essent angeli, viri dicun-
Tobi. 5. tur. Difficillima est omnino huius mysterij explicatio: sed tamen conabuntur Pastores, ijs, qui magis in
Marc. 16. diuinarum rerum cognitione profecerunt (nam quia
adhuc imbeciliores sunt, verendum esset, ne rei ma-
gitudine

gnitudine opprimentur) conabuntur inquam, trādere huius admirabilis conuersionis modo : que ita sit, vt tota panis substātia diuinæ virtute in totā corporis Christi substāti totaq; vini substāti in totam sanguinis Christi substāti, sine illa Dñi nostri mutatione conuertatur. Neque enim Christus aut generatur, aut mutatur, aut augescit, sed in sua substātia totus permanet, quod mysteriū cū¹ D. Amb. declararet: Vides, inquit, quam operatorius sit sermo Christi. Si ergo tāta vis est in sermone Dñi Iesu, ut inciperent esse, qua non erāt, mūdus scilicet: quā to magis operatori⁹ est, vt sint quae erant, & in aliud comutentur. In quā sentētiā elij etiā veteres, & grauiissimi patres scriptū reliquerunt: ¹ D. quidē Ang. & reperiuntur similia apud Amb. de initian^s dīc. c. 9. Fideliter fatemur ante consecrationem panē esse & vinū, quod natura formauit, post consecrationē vero carnē Christi & sanguinē quod bēnēdictio cōsecravit. Damascenus: Corpus secundū veritatē coniunctū est diuinitati, corpus ex sancta virgine: nō quod ab orth. s. ipsum corpus assūptū de celo descēdat, sed quod ipse dei. c. 14. panis & vinū in corpus & sanguinē Christi transmutetur. Huius itaq; admirabilis cōuersio conueniēter & proprie à sancta catholica Ecclesia trāsubstātiatio est appellata, quem idmodū sacra¹ Tridē. Sy no. docuit. Ut enim generatio naturalis, quod forma in ea mutatur, recte & proprie transformatio dici potest: ita etiā, quod in sacramento Eucharistie tota unius rei substātia in totā alterius rei substātium R. 4 transmutariam

transeat, verbum transubstantiationis recte & sapienter à maioribus nostris inuentum est.

Sacrosanctū Eucharistię Sed illud sapientissimum à sanctis Patribus repetitum fideles admonendi sunt, ne curiosus inquirant, quo sacramentū pacto ea mutatione fieri possit. Nec enim percipi a nobis potest, nec in naturalibus mutationibus, aut in ipsa rerum creatione erit rei exemplū aliquod habemus. Verum quid hoc sit, fide cognoscendum est: **Cyril.lib.4** quo modo fiat, curiosus non inquirendum. Non minorem verò cautionem Pastores adhibeant oportet in eo etiam mysterio explicando, quo modo Christi Domini corpus, vel in minima panis particula totū continetur: vix enim unquam huiusmodi disputationes instituendae erunt: sed tamen, quando Christiana caritas hoc postulauerit, primum quidem meminerint, fidelium animos illa voce præmituisse: **in Ioan. & 14.Chrys. hom.45**

Lucas. 1.

**Christus non
est in sacra
meto vt in
loco.**

Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dein de verò doceant, Christum Dominum in hoc sacramento, ut in loco non esse. Etenim locus res ipsas conseruit, ut magnitudine aliqua praedita sunt: Christum verò Dominum ea ratione in sacramento esse non dicimus ut magnus, aut parvus est, quod ad quantitatem pertinet, sed ut substantia est. Substantia enim panis in Christi substantiam, non in magnitudinem, aut quantitatem, conuertitur. Nemo vero dubitat, substantiam aequa in parvo atque in magno spatio cōtineri: Nam & aeris substantia, totaq; eius natura sic in parua, ut in magna aeris parte, scemaz tota

tota aquæ natura nō minus in vrnula, quam in flu-
mine in sit, necesse est, cum igitur panis substantia
corpus Domini nostri succedat, fateri oportet, ad
eundem planè modum in sacramento esse, quomodo
panis substantia ante consecrationem. Ea verò vtrū
sub magna, an sub parua quantitate esset nihil ad
rem omnino pertinebat.

Tertium restat, quod in hoc sacramento maxi-
mum atque admirabile videatur: quod quidem iam
duobus alijs explicatis, facilius à Pastoribus tracta-
ri posse existimandū est: panis videlicet, & vini spe-
cies in hoc sacramento sine aliquare subiecta cōst.i-
re. Nam cum antea demōstratum sit, corpus Dñi &
sanguinē vere in sacramento esse, ita ut nulla amplius
subsit panis & vini substantia: quoniā ea accidētia
Christi corpori & sanguini inhärere non possunt: re-
linquitur, vt supra omnem naturæ ordinem ipsa se
nulla alia re visa sustentent. Hec perpetua & con-
stans fuit catholice Ecclesie doctrina: quæ etiā faci-
le eorum testimoniorum auctoritate confirmari po-
terit, quibus antea planum factum est, nullam resi-
dere in Eucharistia panis aut vini substantiam.

Conc. Con
stā. sel. 8. in
ar. V vicleff

† Cyril. ad
Cælosyr.
Ambr. li. 4.
de sacr. c. 4.
& lib. 6. c. 1
& Theo. in
c. 26. in Ma
thæ.

Sed nihil magis fidelium pictati cōuenit, quam, omīssis subtilioribus questionib⁹, huius admirabilis sacramenti maiestatem venerari & colere, ac dein de in eo summam Dei prouidentiam suspicere, quod sacrosancta mysteria sub panis & vini specie admi- nistranda instituerit, † Nam cum à communi homii

S. 14. Mar. nū natura maximè abhorreat, humanae carnis esca
&c. 6. Ioā. aut sanguinis potionē vesci, sapientissimè fecit, vt san
Damas. lib. etissimum corpus & sanguis sub eā rē specie, pa
4. c. 14. nis, inquit, & vini, nobis administraretur, quorum
 quotidiano & cōmuni alimento maximè delectamur.

Vide Euseb. Adiunctæ verò etiā sunt duas illæ utilitates: quarum
lib. 5. histo. prima est, quod ab infidelium calumnia liberati sumus, quam facile effugere non possemus, si Dñm sub
Eccles. c. 1. propria specie comedere videremur, altera est, quod dum corpus & sanguinem Dñi ita sumimus, ut tamē quod vere sit, sensibus percipi non possit, hoc ad fidē in animis nostris augēdam plurimum valet: que S. Greg. Pō fides: vt S. Gregorij sententia perulgatum est: ibi
tif. hom. 26 non habet meritum, ubi humana ratio prabet experimentum. Hac autem, quæ hactenus exposita sunt:
super Euan gelium. nō nisi magna adhibita cautione, pro audientiū captu, & temporum necessitate explicanda erunt.

**De multipli
ci & admī-
rabili fru-
stutanti sa-
cramēnti.**

Verum, quæ de huius admirabili sacramenti virtute & fructibus dici possunt, nullum esse genus fidelium existimandum est, ad quos earum rerum cognitio non pertineat, quibus maximè necessaria videri non debeat. Ut enim Eucharistiae utilitatem fideles intelligent, ob eam potissimum causam, quæ de hoc sacramento tam multis verbis differuntur, cognoscenda sunt. Sed quoniam immensa eius utilitates & fructus nulla oratione explicari possunt unus, aut alter locus à pastorebus tractādus erit ostendāt, quanta in sacrosanctis illis mysterijs bonorum

norum omnium copia & affluentia inclusa sit. Hoc vero aliqua ex parte ita asequentur, si omnium sacramentorum vi atque natura patesfacta, Eucharistiam fonti, cetera riuulis comparauerint. Vere enim, ac necessario fons omnium gratiarum dicenda est, cum fontem ipsum caelestium charismatum & donorum, omniumq[ue] sacramentorum auctorem Christum Dominum admirabili modo in se continet, a quo tanquam a fonte ad alia sacramenta, quidquid boni & perfectionis habent, derivatur. Ex hoc igitur divine gratiae amplissima munera, quae nobis hoc sacramento impertinentur, facile colligi poterunt. Cōmodo etiam fieri videbitur, si panis & vini natura, quae huins sacramenti symbola sunt, perpendatur. Nam a Leo. ser. quos usus corpori panis & vinum affert, eos omnes 14. de Passion. Dom. anima & saluti & iucunditati, ac meliori quidem ac perfectioni ratione, Eucharistia sacramentum prebet. Neque enim hoc sacramentum in substantia non stram, ut panis & vinum, mutatur: sed nos quodaz Chrys. hom. modo in eius naturam conuertimur: ut recte illud^b 45 in Ioan. D. Augustini ad hunc locum transferri posset: Ci- & 60. ad popibus sum grandius: cresce, & manducabis me: nec pul. tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tua, sed tu b. S. Aug. li. mutaberis in me. Quod si gratia, & veritas per 7. cōf. c. 10. Iesum Christum facta est: in animam quoque influat, necesse est, cum eum pure & sancte accipit, qui de se ipso dixit: Qui manducat meam carnem, d. Ioan. 6. & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo Nam

a. Cyrill. 1. Nam qui pietatis & religionis studio affecti hoc sacramentū sumunt, nemini dubium esse debet quin ita
 10. in Ioan. c. 13. Conc. Floren. 1. Nam qui pietatis & religionis studio affecti hoc sacramentū sumunt, nemini dubium esse debet quin ita fidelium Dei in se admittant, ut eius corpori tanquam viua mēbris inseratur: siquidē scriptum est: Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Item: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mūdi vita. Quē lo-

B. Cyrl. II. 4. cū Cyrilus dum interpretaretur, inquit: Dei verbū
 In Ioan. ea. vniens se ipsum proprie carni fecit ipsam viuificati-
 12. 14. &c. uā: Eū ergo docebat mīro quodā modo vñiri corpori
 pif. 10. ad Nestorium. busper sacram eius carnem & pretiosum sanguine

qua accipimus in benedictione viuificatiua in pane & vino. Verū, quod dicitur Eucharistia gratiam trubui Pastores admoneāt oportet, ita intelligendū nō esse, perinde ac necesse non sit, vt, quire ipsa hoc sacramētū utiliter percepturus est, gratiā antea adeptus fuerit. Cōstat enim quē admodum mortuis corporibus naturale alimētū nihil prodest, ita etiā anima, qua spiritu nō viuit, sacra mysteria nō prodesse. Ac propterea panis & vini speciem habent, vt significetur, non quidem reuocandae ad vitam anime, sed in vita conservande causa instituta esse. Verum hoc ideo dictum est, quoniam primū etiam gratia (qua omnes preditos esse oportet, ante quam sacram Eucharistiam ore contingere audeant, ne iudicium sibi manducent, & bibant) nemini tribuitur, nisi hoc

1. Cor. 11. ipsum sacramentum desiderio & voto percipient.
 b. Cōf. Tri. Est enim omnium sacramentorum ſinus, & Eccleſiastice veritatis ac coniunctionis ſymbolum: neque

extra Ecclesiam cōsequi gratiā vllus.potest. Deinde quoniā vti corpus cibo naturali nō cōseruatur modo sed etiam augetur gustusq; nouam quotidie ex eo voluptatem & suauitatem percipit: ita etiam sacræ Eucharistie cibus non solum animam sustentat, sed vires illi addit, efficitq; vt spiritus diuinarum rerum delectatione magis ac magis commoueatur: ob eam causam fit, vt gratiam hoc sacramento tribui recte & verissime dicatur. Iure enim mannae cōparari potest, ex quo omnis saporis suauitas percipiebatur. Remitti vero Eucharistia & condonari leuiora peccata, quæ venialia dici solent, non est, quod dubitari debeat. Quidquid enim cupiditatis ardore anima amisit, dum leui aliqua in re parū offendit, totum id Eucharistia, eas ipsas minores culpas abstergens, restituit: quemadmodū etiam (neque enim à proposita similitudine discedendum videtur) quod innati caloris vi quotidie detrahitur ac deperit, paulatim addi & refici naturali alimento sentimus. Quare me rito. à D. Ambro. de hoc caelesti sacramento dictū est: Iste panis quotidianus sumitur in remediu quotidia na infirmitatis. Verū hæc de ijs peccatis intelligēda sunt, quorū sensu & delectatione animus nō permisuetur. Illa præterea in sacris mysterijs vis est, vt nos à criminibus puros & integros, atq; à tentationum impetu in columnes seruet, ac tanquā caelesti medicazō animā præparet, ne alicuius mortifera & perturbationis veneno facile infici ac corrūpi queat. Atq;

ca. 2. Aug.
li. 21. de ci-
uita. Del. c.
25.

Sap. 16.
Coaci. Trl.
scs. 13. c. 2.
Bern. ser. de
cena Dñi.

D. Amb. li.
2. de Sacra.
c. 6. & lib. 5
c. 4.

B. Ignatius
in epist. ad
Ephesi. Ber.
de cena Do
mini.

S. Cyp. 1. i. ob eam etiam causant ut testatur D. Cyprianus cum epist. 2. ad olim à tyrannis fideles ad tormenta & cædem pro-Corneliū, pter Christiani nominis confessionem vulgo rapere tur: ne illi forte dolorum acerbitate victi, in salutari certamine deficerent, verus in Ecclesia catholica mos fuit, ut iis ab Episcopis Dominici corporis & san-

Cyril. lib. 4 guinis sacramenta præberentur. Sed carnis etiam li-
in Ioā. c. 17 bidine cohivet ac reprimit. Dū enim charitatis igne
Chry. ho. 15 animos magis incendit, cōcupiscentiæ ardore restin-
in Mat. Ber. de cena Do guat necesse est. Postremo, ut uno verbo omnes huius
mini.

sacramenti utilitates & beneficia cōprehendantur,
dicendum est, sacra Eucaristiæ summa vim esse ad

eternam gloriam comparandam, Scriptū est enim.

Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, habet vitam eternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Huius videlicet sacramenti gratia fideles, dum hanc vitam degunt, summa conscientia pace & tranquillitate perfruuntur: deinde eius vita

a 3. Reg. 19. tute recreati, non secus atq; Helias, qui subcineri-

cij panis fortitudine ambulauit usque ad montem

b Chry. ho. Dei Horeb, b cum ex vita emigrandi tempus adue-

24. in. 1. ad nit, ad eternam gloriam, & beatitudinem ascendet.

Cor. & lib. 2 Hæc omnia à Pastoribus latissime explicabuntur, si

de sacerdo- vel D. Ioan. cap. 6. in quo multiplices huius sacra-

tio. menti effectus aperiuntur, tractandum sumpserint,

vel admiranda Christi Domini facta percurrent-

c Lucæ. 10 tes, ostenderint, cum eos iure ac merito beatissimos

& 11. fuisse existimamus, in quorum. C. tecta mortalis re-

cepimus

ceptus est, vel ^a qui illius vestis, aut fimbriæ tactus ^a Matth. 25.
mitatem recuperarūt multo nos beatores & felicio ^{14.}
res esse, in quorū animā immortali gloria præditus
ingredi non grauetur, ut eius vulnera sanet omnia
eamq;^j amplissimis muneribus ornatū sibi cōiungat.

Verum docendum est, à quibus ingentes illi sacrae De trispicte
Eucharistie fructus, qui modo commemorati sunt, modo sumē
percipi possint, neq;^j vnam tantum esse communi- di sacramē.
candicationem, vt fidelis populus discat meliora
chrismata emulari. Recte igitur & sapienter MA-
iores nostri, vt in ^b Tridentina Synodo legimus. b Trid. Sy-
Tres huius sacramenti sumendi rationes distinxer- nod. scs. 13
rant. Aly enim sacramentum tantum accipiunt, c. 8.
vt peccatores, qui sacra mysteria imputo ore &
corde accipere non verentur, quos ^c Apostolus ait c 1. Co. 12
indigne manducare, & bibere corpus Domini. De
his Diuus Augustinus ita scribit: Qui nō manet in D. Aug. tra-
Christo, & in quo non manet Christus, procul du- stat. 26. ia
bio non manducat spiritaliter eius carnem, li- Ioan.
cet carnaliter & visibiliter premat dentibus sacra-
menta corporis & sanguinis. Qui itaque hoc mo-
do affecti sacra mysteria accipiunt, non solum ex d 1. Co. 13
bis nullum capiunt fructum, sed ipso ^d Apostolo te- Aug. tract.
ste, iudicium sibi manducant & bibunt. Aly verò 25. in Ioan.
spiritu tantummodo Eucharistiam sumere dicun- Prosper. sen-
tur: q; sunt, qui desiderio & voto propositum cele- tent. 339.
stem illum panem comedunt, fidem vini incensi, & que e Galat. 5.
per dilectionem operatur: ex quo si non omnes,
maxi-

maximos certe utilitatis fructus consequuntur. Alij
 deniq^s sunt, qui sacramento & spiritu sacram Eu-
 charistia percipiunt: qui cum ex^a Apostoli doctrina
 prius se probauerint, ac veste nuptiali ornati ad di-
 uinā hanc mēsam accesserint, ex Eucharistiā capiūt
 uberrimos illos, quos antea diximus, fructus. Quare
 perspicuum est, eos se maximis & cœlestibus bonis
 priuare, qui cum ad corporis Domini sacramentum
 etiam sumendum parati esse possint, satis habent si
 ritu tantum sacram communionem accipere.

De prepara- Sed iam docendum est, qua ratione preparatos
tione cū ani- fidelium animos esse oportet, antequam ad sacra-
mi: tū etiā mentalem Eucharistiae perceptionem veniant. Ac
corporis.

Ioan. 13. primum quidem, ut pateat, eam preparationem ma-
Theoph. in ximè necessariam esse, Saluatoris nostri exemplum.

Ioā. Chrys. proponendum est. Nā antequam Apostolis pretiosi
hom. 45. in corporis & sanguinis sui sacramenta daret, quam-
Io. Theod. uis tam mundi essent, pedes eorum lauit: ut decla-
c. 11. prior. raret omnem diligentiam adhibendam esse, ne quid
ad Cor. Ba- fil lib. 2. de nobis ad summam animi integritatem & innocen-
bapt. c. 3. tiā desit, cum sacra mysteria percepturi sumus.

Aug. lib. 5. Deinde verò fideles intelligant, quemadmodum, si
contr. Do- optimè affecto & preparato animo Eucharistiam
na. c. 8. & aliquis sumat, amplissimis cœlestis gratia munericō
lib. 1. cōtr. ornatur: ita contra si imparatus accipiat, non solū
Crescō. Grā nihil comodi, sed maxima etiam incomoda &
ma. ea. 35. detrimenta eum accipere. Optimis enim rebus &
 maximè salutaribus hoc proprium est, vt, si in tem-
 pore

pore ijs vt amur, vehemēter profint: si alieno tempore adhibeantur, perniciem & exitium afferant.

Quare mirandum non est, ingentia quoque & praelarissima Dei dona, cum bene constituto animo accipiuntur, ad cœlestem gloriam consequendam maximo nobis adiumento esse: at vero cum ijs nos ipsos indignos prebemus, sempiternam mortem afferre.

Id vero arca Dñi exemplo comprobatur. Arca enim fœderis, qua nihil præstantius Israëliticus populus habuit, cui etiā per illā maxima & innumerabi-

a Iosue. 3. 6
b 1. Reg. 3

lia beneficia Dñs tribuerat, à philistæis ablata, b sum

mam illis pestē & calamitatē cū aeterno dedecore coiunctam importauit. Sic etiā cibi, qui ore accepti, in

stomachū bene affectū illabuntur, corpora alunt & sustentant: qui vero in stomachū vitiosis humoribus

plenum infundi solent, graues morbos efficiunt. Pri-

Aug. epist.
18. ad Ia-

nam itaque illam preparationem fideles adhibeant, ut discernant mensam à mensa, hanc sacram ab alijs profanis, cœlestem hunc panem à communione.

nua. cap. 3.
Theo. in. 1.

Atque hoc sit, cum certo credimus presens esse verum corpus & sanguinem Domini, quem in celo angelii adorant, c ac cuius nutum columnæ celi con-

c Iob. 26.
d Isai. 6.

tremiscunt, & paudent, d cuius gloria plenum est, d celum & terra. Hoc nimirum est dijudicare corpus

1. Cor. 11.
Chry. lib. 1.

Domini, quod Apostolus admonuit: cuius tamen mysterij magnitudinem venerari potius oportet, quam

in disputationibus eius veritatē curiosius perquirere. Altera vero illa preparatio maxime necessaria

decōpūctio est, vt vnuſquisque à ſcipſo quaraſt, num pacem cum
de cordis. alijs habeat, num proximos vere atq; ex animo dili-
a Mait. 5.

gat. ^a Si ergo offeres munus tuum ad altare, & ibi re-
cordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid ad-
versum te, relinque ibi munus tuum ante altare, &
rude prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniem

Basi li. 1. de offeres munus tuū. Deinde cōſcientiā noſtrā ſcn
baptis. c. 3. tari diligenter debemus, ne forte exitiali aliquo pec
Cypria. ſcr. cato contaminatiſimus, cuius pañitere neceſſe ſit vt
de lapſis.

prius contritionis & confeſſionis medicamento illud

Syn. Tride. eluat ur. Definitum eſt enim à ſancta Tridentina
ſef. 13. c. 7. Syrodo, nemini licere, quem mortalis peccati cōſcie
& can. 11. tia ſtimulet ſi ſacerdotis facultas data ſit; antequā

Chryſhō. 5 fe ſacramentali confeſſione purgarit, quantum uis ſi
in Matth. & bi contritus eſſe videatur ſacram Eucharistiā acci-
hō. 3. in ep. pere. Præterea taciti cum animis noſtris cogitemus,

ſios. quām indigni ſimus; quibus diuinum hoc beneficium

b Orig. ho à Dño tribuatur: b quare illud Centurionis, de quo
mil. 5. in di idē ipſe Saluator teſtatus eſt, ſe nō inueniſſe tamā
uersos Euā fidem in Iſrael ex animo dicendū eſt: c Dñe, nō ſum
geliſ locos.

c Matth. 8 ūignus, vt intres ſub tectū meum. Exquiramus etiā
d Ioan. 21 à nobis ipſis, an illud Petri nobis vſurpare liceat: d

Matth. 22. Dñe tu ſcis, quia amo te. Meminiffe enim oportet,
eum, qui ſine reſte nuptiali in Dñi cōiuio accubue-
rat, in tenebroſum carcerem coniectum: ſempiter-

Augu. epis. nis pœniſ addictum fuiffe. Neque verò animi ſolum
118. ad Ia- ſed etiam corporis præparatione opus eſt. Nam ieſu-
nu. c. 6. ni ad ſacram mensam accedere deheneruſ; ita vt ſal-
tem

tem à dimidia antecedētis dici nocte, vsque ad illud Chr. ho. 272
temporis punctum, quo Eucharistiam accipimus, ni- in. ad Cor.
bil omnino comedērimus aut biberimus. Postulat Aug. Ser. 2.
etiam tanti sacramenti dignitas, vt qui matrimo- de tempore
nio iuncti sunt, aliquot dies à concubitu uxorum ab & de conse.
stineant, ^a Davidis exemplo moniti, qui cum panes Omnis ho-
propositionis à sacerdote accepturus esset, putum se, mo.
& pueros suos ab uxorum consuetudine tres ipsos a 1. Reg. 21
diesesse professus est. Hec fere sunt, quae maxime ob-
seruari à fidelibus oportet, vt se ad sacra mysteria Eucharistie
utiliter accipiendz ante a parent. Reliqua enim, quae sacramentū
hac in re prouidenda esse videantur, ad hanc ipsa ca- quādo, quo-
pita facile redigi poterunt. tics, & à quib
bus sumen-
dum.

Sed ne forte aliqui segniores ad hoc sacramen-
tum percipiendum reddintur: quod tantam prepa-
rationem adhibere graue admodum & difficile du-
cant, fideles sape admonendi sunt, omnibus eam le-
gem propositam esse, vt sacram Eucharistiam acci- b. Cō. Late.
piant. Præterea constitutum est ab Ecclesia, vt sub Innoç.
qui semel saltem singulis annis in Pascha non com- 3. Cō. 21. &
municauerit, ab Ecclesia arceatur. Neque tamen si Cō. Tridē.
deles hoc satis habeant, se huius decreti auctoritati 9. Ief. 4 3. can.
obtemperantes, semel tantummodo corpus Domi- S. Au. Aver.
ni quotannis accipere: verum sèpius iterandam Domi.
Eucharistie communionem existiment. Verum au- Ser. 28. quā
tem singulis mensibus, vel bēdonis dis: vel diebus id defūpius
magis expeditat certa omnibus regula præscribi non est ex Amis.
potest, veruntamen illa est sancti Augustini norma 110. f. de la.
certissima: cra. c. q. 39

† Exod. 6. certissima: Sic viue, ut quotidie possis sumere. Quare Parochi partes erunt, fideles crebro adhortari, ut quemadmodum corpori in singulos dies alimentum subministrare necessarium putant: ita etiam quotidie hoc sacramento alendae & nutriendae animae cunctius ad ram non abiiciant. Neque enim minus spirituali cibis Ephes. bo animam, quam naturali corpus indigere perspicuum est. Vehementer autem proderit hoc loco rede orat. Do petere maxima illa & diuina beneficia, quae, ut ann. C. 6. Tr. ses. 13. ca. 8 te a demonstratum est, ex Eucharistie sacramenta D. Aug. tali communione consequimur. Illa etiam figura serm. 28. de erit addenda. † cum singulis diebus corporis vires ver. Domini manna reficere oportebat: Itemq; sanctorum † Patrum auctoritates, quæ frequentem huius sacramenti perceptionem magnopere commendant. Neque ad Luciniū. enim vnius sancti patris Augustini ea fuit sententia. ^a Quotidie peccas, quotidie sume, sed, si quis cō. Iouin. diligenter attenderit, eundem omnium Patrum, Tert. lib. 2. qui de hac re scripsierunt, sensum fuisse facile comperiet. Ac tempus quidem olim fuisse, cum fideles ad uxorem Aug. epist. quotidie Eucharistiam acciperent, ex Apostolo: 118. ad Ia- rum ^b Actis intelligemus: Omnes enim, qui tunc nu. c. 3. c. Anaclet. Christianam fidem profitebantur, vera & sincera charitate ita ardebat, ut, cum sine intermissione orationibus, & alijs pietatis officijs vacarent, secr. dist. 1. ea. Episcop. quotidie ad sacra Dominici corporis mysteria sumenda parati inuenirentur. Eam postea consueperacta, tuidinem, quæ intermitte videbatur, ^c Anacletus, sanctissi-

sanctissimus martyr. & pontifex aliqua ex parte re
 nouauit: præcepit enim, vt ministri, qui Missæ sacri-
 ficio interessent, communicarent: quod ab ^a Aposto-
 lis constitutum esse affirmaret. ^b Diu etiam in Ec-
 clesia ille mos fuit, vt sacerdos, per acto sacrificio,
 cum Eucharistiam sumpsisset, ad populum, qui ade-
 rat, conuersus, his verbis ad sacram mensam fideles
 inuitaret: Venite fratres ad communionem, tunc
 qui parati erant, summa cum religione sacrosancta
 mysteria sumebant. Sed cum deinde charitas, &
 pietatis studium adeo resfixisset, vt raro admodum
 ad communionem fideles accederent, sancitum est
 à ^c Fabiano Pontifice, vt ter quotannis, natali Do-
 mini, & Resurrectione, & Pentecoste omnes Eu-
 charistiam sumerent, id quod postea à multis Cón-
 cilij, presertim vero ab ^d Agathensi primo confir-
 matum est. Ad extreum, cum eo res adducta esset,
 vt non modo sancta illa & salutaris perceptio non
 seruaretur, sed in plures etiam annos sacræ Euchari-
 stie communio differretur: decretum est ^e Lateri-
 nensi Concilio, vt semel ad minus singulis annis in
 Pascha fideles omnes sacrum Domini corpus acce-
 perent: qui vero id facere neglexissent, Ecclesiæ adi-
 tu prohiberentur.

^a Cano. 9.

Apost.

^b Vide Dio-

ny. Areo. de

Eccles. hic.

ca. 2. par. 2.

^c S. Fabia.

papa epist.

^d 3. ad Hila-

Episc. & ha-

betur de cō

sec. dist. 2.

^e c. Etsi non,

^f Cō. Aga.

c. 18. & Cō

ci. Eliber. ve

citatur ab

Iuone, par.

^g 2. c. 33. &

cōs. dist. 2.

cap. Omnis

homo. Et

Cō. Turc. e.

50. c. Conc.

Latet lab.

Innoc. 3. c.

^h 21.

ⁱ f. Cō. Tril.

scf. 13. ca. 9

& scf. 21. c.

4. & can. 2.

^j

^k

^l

^m

ⁿ

^o

neque sacram Eucharistiam à profano & communi
pane sciunt discernere, neque ad eam accipiendam,
pietatem animi & religionem afferre possunt. Atq;
Matth. 26. id etiam à Christi Domini institutione alienissi-
De commu nione infan tines autem idoneos non esse, qui accipient &
tum.

Vide Cypr. sermo. 8. de lapsis post med. Et Era grium Scho lasticū li. 4. hist. eccles. c. 35. Nicc. li. 17. c. 25. comedant, sacis constat. Vetus quidem illa fuit in quibusdam locis consuetudo, ut infantibus etiam sa cram Eucharistiam præberent: sed tamen tum ob eas causas quae ante dictæ sunt, tum ob alias Chri stiane pietati maxime consentaneas iam diu eiusdē Ecclesiæ auctoritate id fieri desijt. Qua vero etate pueris sacra mysteria danda sint, nemo melius consti tuere poterit, quam pater & sacerdos, cui illi con tentur peccata. Ad illos enim pertinet explorare, & à pueris percunctari an huius admirabilis sa cramenti cognitionem aliquam acceperint, & gu stum habeant, à mentibus præterea, qui tunc à pietatis sensu alieni sunt sacramenta dare minime oportet: quamuis, si antequam in insaniam inciderint,

C. 6. Cap. 4. ca. 76. piam & religiosam animi voluntatem prese tulerunt, licebit eis in fine vita, ex Concilij a Carthagi De commu nensis decreto, Eucharistiam administrare: modo vo nicādi ritu mitionis, vel alterius indignitatis & incommodi pe An laici cō munitum nullum timendum sit.

municare posset sub vera que spē cle. † Quod vero ad communicandi ritum pertinet, doceant Parochi, sanctæ Ecclesiæ lege interdictum esse, ne quis sine ipsius Ecclesiæ auctoritate, præter facer-

sacerdotes, corpus Dñi in sacrificio conscientes, sub
vtraque specie sacrā Eucharistiā sumant. Nā, vt à
Tridentina Synodo explicatum est, quāuis Christus
Dñs in vltima cēna altissinū hoc sacramentū in pa-
nis & vni speciobus instituerit, & Apóstolis tradi-
derit: ex eo tamen non efficitur, hanc legem à Dño
Saluatore cōstitutā esse, vt omnibus fidelibus sacra
mysteria sub vtraque specie administranda sint. Et
enim idem Dñs nōster, cum de hoc sacramēto loque-
retur, alterius tantum specie sapientis meminit, vt cū
inquit: ^b Si quis manducaverit ex hoc pane, viuet
in eternum: & Panis quem ego dabo, caro mea est
pro mundi vita: & Qui manducat hunc panem, vi-
uet in eternum. Multis verò, & q̄s quidē gratissi-
mis rationibus adductam esse Ecclesiā patet, vt
hanc potissimum sub altera specie communicandi
consuetudinem non solum approbaret, sed etiam de-
creti auctoritate firmaret, Primum enim maxi-
me caudendum erat, ne sanguis Domini in terram
funderetur: quod quidem facile vitari posse non vi-
debatur, si in magna populi multitudine eum mini-
strare oportuisset. ^c Præterea, cum sacra Euchari-
stia agrotis præsto esse debeat, magis opere timēdam
erat, ne, si diutius vini species asseruaretur, conces-
ceret: Per multi præterea sunt, qui vini saporem,
ac ne odorem quidem perferrre vilo modo possint.
Quare ne, quod spiritualis salatis causa dandū est,
corporis paletudini noceret, prudentissimè sanctū

b. 21. c. 1.

vide Luc. 4.

& ibi. Theo-

dor. & Bed.

Aug. lib. 3.

de conse.

Euāg. c. 15.

& Ier. 140.

146. de té-

po. Chryso-

ho. 17. ope.

imperf. Vi-

de Cōc. Cō-

stāt. ses. 13.

Euseb. li. 5.

hilsto. Eccl.

ca. 36 Aug.

ser. 252. de.

tépo. Tert.

li. 2. ad yxo

ré Basil. ad

Cæsariā pa-

triam.

b. Ioan. 6.

Cōmunicā

di consuetu-

dinem sub

vna specie,

Ecclesiācūe

approbat.

c. 1. Causa.

d. Secūda.

e. Tertia.

Quarta. est ab Ecclesia, ut panis tantummodo speciem fideles acciperent. Accedit ad alias rationes, quod in pluribus prouincijs summa uini penuria laboratur:

Quinta. neque id aliunde, sine maximis impensis, ac non nisi longissimis & difficillimis itineribus, conuehi potest. Deinde quod maxime omnium ad rem pertinet, conuellerat eorum heresis, qui negabant cōficitur at sub vtraque specie totum Christum esse, sed corpus que administratur tantum exangue sub panis, sanguinem autem sub vini specie contineri afferbant. Ut igitur fidei catholica veritas magis ante omnium oculos ponetur sapietissimo consilio alterius speciei, hoc est, panis communio inducta est. Sunt & aliae rationes, ab ijs collecte, qui de hoc arguento differunt: quæ & Tolestan. prou. si opus esse videbitur à Parochis afferri poterunt.

Iam de ministro, quamuis id à nemine fere ignorari possit, agendum est, ne quid pretermisso sit, quod ad huins sacramenti doctrinam pertinere videatur. Itaque tradendum est, solis sacerdotibus postulatatem datam esse, ut sacram Eucharistiam^a conficiant, ac fidelibus distribuant. Eum autem morem in Ecclesia semper seruatum esse, vt fidelis populus à sacerdotibus sacramenta acciperet, sacerdotes Cōc. i. Nicæ. cā. 14. autem sacra facientes ipse se communicarent, sanctæ^b Tridentina Synodus explicauit: ostenditq; hanc consuetudinem, tanquam ab Apostolicâ traditione profectam, religiose retinendam esse: cum praesertim huius res illustre nobis exemplum Christus

stus^c Dominus reliquerit, qui & sanctissimum cor
pus suum cōsecravit, & Apostolis suis manibus por-
rexit. Verum, ut quacunq; ratione tanti sacramen-
ti dignitati consuleretur, non modo eius admini-
strandi potestas solis sacerdotibus data est, ^d sed le-
ge etiam Ecclesia vetuit, ne quis, nisi cōsecratus es-
set, sacra vasa, linteal, & alia instrumenta, que ad
illius confectionē necessaria sunt tractare aut rāge-
re auderet, modo grauis aliqua necessitas non inci-
deret. Ex quo tū sacerdotes ipsi, tum reliqui fideles
intelligere possunt, quanta religione & sanctitate
præditos esse oporteat, qui ad Eucharistiam, vel con-
secrandam, vel administrandam, vel sumēdam acce-
dunt. Quanquam, quod antea de ceteris sacramen-
tis dictum est, ea non minus per improbos admini-
strari, si, que ad illorum perfectam rationem atti-
nent, rite seruentur, ^e idem valet in Eucharistie sa-
cramento. Neq; enim hæc omnia ministrorum me-
rito niti, sed Christi Domini virtute & potestate
geri credendum est. Hæc sunt, que de Eucharistia,
ut sacramentum est, explicanda erunt.

Nunc, quod restat dicendum, ut sacrificium est,
explanare oportet: ut intelligant Parochi que po-
tissimum de hoc mysterio, quemadmodum sancta
Synodus decreuit. Dominicis & festis diebus fidelis
populo tradere debeant. Etenim hoc sacramentum:
non solum thesaurus est cœlestium diuitiarum: quo
si bene utamur, Dei gratiam nobis conciliamus &

^c Matth. 26.
^d Marc. 14.
Sixtus I.
epi. 2. & Ste-
pha. 1. epis.
1. ad Hilar.

^e Chrysos.
hō. 2. i. 2. ad
Timo. 3. &
homil. 3. ad
Colo. & ho-
mil. 8. in. 1.

ad Corin.
De missæ sa-
crificio.

Trid. Syno.

lss. 22. c. 8

amorem: sed in eo præcipua quædam ratio inest, qua ei pro immensis in nos collatis beneficiis aliquam

Missæ sacri gratiam referre possumus. At verò hæc victima si rificiunt Deo te & legitime immoletur, quam grata & accepta quâ sit gratia Deo sit, ex hoc colligitur. Si enim veteris legis sacrificia, de quibus scriptam est: ^f Sacrificium & oblationem noluisti: & iterum: ^g Si voluisses sacrificium dedissem: utique holocaustis non delectaberis: ita

^f Psal. 39.

^g Psal. 50.

^h Genes. 8

placuerunt Domino, vt ^h scriptura Deū odoratum esse odorem suavitatis, id est, grata ei & accepta fuisse testetur: quid nobis sperandum de eo sacrificio, in quo ille ipse immolatur atque offertur, de quo cœlestis vox his auditæ est: ⁱ Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Hoc igitur mysterium Parochi diligenter exponent, vt, cum fideles

ⁱ Matth. 3.

& 17.

ad rem diuinam conuenerint, attente & religiose sacra illa, in quibus intersunt, meditari discant. In primis autem docebunt, Eucharistiam duabus de causis à Christo Domino institutam esse. Altera est vt cœlestè animæ nostræ alimentum eßet, quo vitam spiritualem tneri & conservare possemus: altera, vt Ecclesia perpetuum sacrificium haberet, quo peccata nostra expiatentur, & cœlestis pater sceleribus nostris saepe grauiter offensus, ab ira ad misericordiam, à insta animaduersionis severitate ad clemētiam traducoretur. Huius rei figuram & similitudinem in agno Paschali licet animaduertere, qui ut sacrificium & sacramentum à filijs Israel offerri & conie-

Deut. 16.

comedi consueverat. Nec vero cum Saluator noster
Deo p̄atri seipsum in arā crucis oblaturus esset vllā
sue erga nos immensa ch. virūtis illustriorem signifi-
cationem dare potuit, quam cum nobis visibile sacri-
ficiūm reliquit, quo cruentum illud, semel in cruce
paulo post immolandum, instaurare iur, eiusq; me-
moria vsque in finem sacerduli quotidie summa cū vti-
litate ab Ecclesia per vniuersum orbem diffusa cole-
retur. Differunt autem plurimum inter se hæ duera-
tiones, sacramentum enim consecratione perficitur:
omnis vero sacrificij vis in eo est, vt offeratur. Quare
sacra Eucharistia, dum in pyxide continetur, vel ad
egrotum defertur, sacramenti, non sacrificij rationē
habet: deinde etiam vt sacramentum est, ijs, qui diui-
nam hostiam sumūt, meriti causam assert, & omnes
illas vtilitates, q̄ae supra commemoratæ sunt: vt au-
tem sacrificium est, non merendi solum sed satisfa-
ciendi quoque efficientiam continet. Nam vt Chri-
stus Dominus in passione sua pro nobis meruit, ac sa-
tisfecit: sic qui hoc sacrificium offerunt, quo nobiscū
communicant, Dominicæ passionis fructus meren-
tur, ac satisfaciunt.

Iam, de huius sacrificij institutione nullum am-
bigendi locum sancta Tridentina Synodus reliquit
declaravit enim in extrema Cena à Christo Domi-
no institutum esse: simulq;ne anathemate eos dam-
nauit, qui asserunt, verum & proprium sacrificium
Deo non offerri, aut offerre nihil aliud esse, quam

Christum

Institutio
sacrificij
M.I.C. Tri. Sy-
no. fels. 22.
can. 2.

Eiusd. Sym. Christum ad manducandum dari. Nec vero illud
scsl. 22. cap. prætermisit, quindiligerent explicaret, vni Deo sa-
3. Aug. 1. 8. crificium fieri. Nam etsi Ecclesia interdum Missas
de Clui. Dei in memoriam & honorem sanctorum celebrare con-
ea. 27. sueuit, non tamen illis sacrificium, sed vni Deo, qui
Sanctos immortali gloria coronauit, offerri docuit.

Quare nec sacerdos vñquam dicere solet: Offero
tibi sacrificium Petre, vel Paule, sed dum vni soli
Deo immolat, gratias illi agit pro beatissimorum
martyrum insigni victoria, eorumque patrocinium

^a Probatio ita implorat, vt ipsi pro nobis intercedere dignentur
huius sacri- in calis, quoru[m] memoriam facimus in terris, ^a Hec
ficij ex scri- autem, quæ de hu[m]us sacrificij veritate à catholica
ptura sacra Ecclesia tradita sunt, ex Domini verbis accepit, cum
noui testa- extrema illa nocte hec ipsa sacra mysteria ^b Apo-
menti.

^b Luc. 22. stolis commendans: Hoc facite inquit, in meam com-
1. Cor. 11. memorationem. Eos enim, quemadmodum à sancta
Có. Tri. scsl. Synodo definitum est, tunc sacerdotes instituit, pre-
22. c. 1. Dio- cepitq[ue], vt ipsi, & qui eis in sacerdotali munere suc-
nysl. Areop. cessuri essent, corpus eius immolarent & offerrent,
c. 3. eccl. hie atque id etiam Apostoli verba ad Corinthios scripta
rar. Martia- satis demonstrant, cum ait: ^c Non potestis calicem
lis ad Burde gal. c. 3. Cy Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non pote-
pria. libr. 2. stis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmo-
ep. 3. Itē. li. niorum. Ut enim pro dæmoniorum mensa altare, in
4. cap. 3^o. quo eis immolabatur, intelligendū est: ita etiā (vt q[uod]
Chrys. hom. 8^o. in Matt. Apostolus proponit, probabiliter argumentatione con-
c. 1. Cor. 11 cludatur) mensa Domini nihil aliud, nisi altare, in
quo

Eucharistiae
sacrificiū fi-
guris & pro-
phetis vete-
ristestamē-
tiprædictū.

^a Malach. i
vnde Iust. in
dialog. cum
Triph. Irē.

1.4. cap. 33.

Chry. ipsal.

95. Aug. li.

18. de Ciui.

Dei. c. 35. &

li. 19. c. 23.

^b Gen. 14.

Psalms. 109.

Heb. 7. Vi-

de Euseb. 5.

de demō. c.

3. Ambr. de

init. c. 8. &

li. 4. de Sac.

c. 3. & 6. &

1. 5. cap. 6.

Aug. In. c.

26. de Ciui.

Dei. c. 22. c.

Chry. ho. 2.

in. 1. ad Ti-

mo. & ho. 17

ad Heb.

e Luc. 22.

1. Cor. 11.

quo sacrificium Domino siebat significare potest.

Quod si ex veteri testamento huius sacrificij figurās & oracula requiramus: primum quidem de eo ^a Malachias apertissime vaticinatus est, his verbis: Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus & in omni loco sacrificatur: & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. Praterca haec hostia tam ante, quam post latam legem, varijs sacrificiorum generibus pronunciata est. Etenim bona omnia quae in ijs sacrificijs significabantur, haec una victima, tanquam omnium perfectio & absolutio, complexa est. Veruntamen nulla in re eius imaginem magis expressam licet videre quam in ^b Melchisedech sacrificio. Ipse enim Salvator sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in aeternum constitutum declarans, corpus & sanguinem suum in extrema cena sub speciebus panis & vini Deo patri obtulit, Vnum itaque & idem sacrificium esse fatemur, & haberi debet, quod in Missa peragitur, & quod in cruce oblatum est: ^c quemadmodum una est & eadem hostia, Christus videlicet Dominus noster, qui seipsum in area crucis semel tantummodo cruentum immolauit. Neque enim cruenta & incruenta hostia, duæ sunt hostiæ, sed una tantum: cuius sacrificium, postquam Dominus ita præcepit: ^d Hoc facite in meam commemorationem, in Eucharistia quo tidie

† Chrys. ho. tidie instauratur. Sed unus etiam atque idem sa-
 60. ad pop. cerdos est Christus Dominus. Nam ministri, qui sa-
 & de prodi crificium faciunt, non suā sed Christi personam su-
 tione lude. scipiunt, cum eius corpus & sanguinem consiciant.
 Aug. serm. 4. de Inno- Id quod & ipsius cōsecrationis verbis ostenditur. Ne-
 centibus. que enim sacerdos inquit: Hoc est corpus Christi: sed
 Hoc est corpus meum: personam videlicet Christi Do-
 mini gerens, & panis & vini substantiam in veram
 eius corporis & sanguinis substantiam conuertit.

Sacrificium Quae cum ita sint: sine vll. dubitatione docēdum
 propitiato. est, id quod etiam sancta Synodus explicauit, sacro-
 riū est Tr. sanctum Missē sacrificium esse non solum laudis &
 Syn. scilicet. gratiarum actionis, aut nudam commemorationem.
 e. 2. & can. 3. sacrificij, quod in cruce factum est, sed vere etiā pro-
 a Heb. 4. pitiorum sacrificium, quo Deus nobis placatus
 b. Iacobus & propitius redditur. Quare si puro corde, &
 Basi. & Chr. accensā fide, & intimo nostrorum scelerum dolore
 in Liturgijs Cypria. de affecti hanc sanctissimam hostiam immolemus &
 Hiero. in. c. ex ea Dñi. offeramus, dubitandum non est, quin misericordiam
 1. ad Tit. à Domino consecuturi sumus, & gratiam in auxi-
 Alexad. ep. lia opportuno. Huic enim victimæ odore ita delecta-
 1. & 1. Do- tur Dominus, ut gracie & pénitentie donum no-
 minica. 9. bis impertiens, & peccata condonet. Quamobrem
 post Pente- & solennis est illa Ecclesia precatio, Quoties hu-
 cos. in orat. ius hostiae commemoratio celebratur, toties opus no-
 lecre. stra salutis exercetur: nimirum uberrimi illi crue-
 tæ hostiae fructus per hoc incruentū sacrificiū ad nos
 † Trident. manant. Deinde vero huic sacrificij causam vim
 esse

esse, Parochi docebunt, ut non solum immolanti & c. 2. & cā. 3.
 fumenti profit, sed omnibus etiam fidelibus, sine illi Itē sess. 25.
 nobiscum in terris viuant, sine iam in Domino mor In decre. de
 tui, nondum plane expiati sint. Neq; enim minus purgatorio
 ex Apostolorum certissima traditione pro his vti- a Chrysos.
 liter offertur, quam pro viisorum peccatis, pænis, Phil. & 69.
 satisfactionibus, ac quibusuis calamitatibus & an- ad popul.
 gustys. Ex quo facile perspicitur, omnes Missas com Dā. de defū
 munes censendas esse, b vt que ad communem om- Etls. Augus.
 nium fidelium utilitatem & salutem pertineant. de cura pro
 Habet autem hoc sacrificium multos, eosq; maxi- mortuis c.
 mè insignes ac solennes ritus, quorum nullus su- 1. Trid. scf.
 peruacancus aut inanis existimandus est: verū 22. c. 6. & can. 8.
 omnes eo spectant, vt & tanti sacrificij maiestas b Chrysos.
 magis eluceat, & salutaribus mysterijs intuendis libr. 6. de sa
 ad rerum diuinarum, que in eo sacrificio occulte cerd. Trid.
 sunt, contemplationem fideles excitantur. Sed de scf. 22. c. 5.
 his nihil est, vt plura dicamus: tum quia hoc argu nys. Arcop.
 mentum longiorem explicationem postulare vide- c. 3. Eccles.
 tur, quans proposita institutioni conueniat: tum hierar. Cle-
 quia innumerabiles pene libellos & commentarios, mens lib. 8.
 qui de hac re à pijs & doctissimis viris conscripti cō. 15. & se
 sunt, sacerdotes in promptu habebunt. Hactenus quēt. Isido.
 igitur satis fuerit, earum verū, que ad Euchari- lib. officior.
 stium, tum quia sacramentum, tum quia sacrificiū Eccl. c. 15.
 sit, pertinent, potiora capita, iuxante Domino, ex Cyril. Cate
 posuisse. ch. 5. mīsta.
 Beda. lib. 1.
 De histor. c. 29.

CATECHISMVS
DE POENITENTIAE
Sacramento.

Sacramenti
pœnitentie
necessitas
Cōc. Trid.
fess. 14. c. 1.
Aug. lib. 1.
de adul. cō.
c. 28. Leo.
epist. 91. ad
Theodor.
For. Fab.
episto. 2. ad
Orienta. E-
piscopos.

Quemadmodum humana nature fragilitas & imbecillitas omnibus nota est, eāq; in se ipso quisque facile experitur: ita quantam habeat necessitatem pœnitentie sacramentum, ignorare nemo potest. Quod si diligentiam, quæ à Paro- chis in vno quoq; argumento adhibenda est, ex rei, quam tractant, magnitudine & pondere metiri oportet: omnino fatebimur, eos vñquam in huic loci explicatione adeo diligentes, futuros esse, ut sa- tis videri possit: quin etiam de hoc sacramento, quā de baptismo, eo accuratius agendum est, quod ba- ptismus semel tātum administratur, nec iterari po- test: pœnitentia verò toties locus datur, eiusque

a Tr. Syn. fes. 14. c. 1. repetenda toties necessitas imposita est, quoties post baptismum peccare contingat. Ita autem à^a Tride- b S. Hiero. tina Synodo dictum est, sacramentum pœnitentie in. c. 3. Isa. non secus lapsis post baptismum, ac baptismum non sup illud. dum regeneratis, ad salutem necessarium esse, vul- Ruit Hieru gataq; illa sancti^b Hieronymi sententia ab omni- sto. ad De- bus, qui deinceps res sacras tradiderunt, magnope- me. & Cōc. re comprobatur: pœnitentiam esse secundam tabu- Tri. fes. 6. lam. Ut enim confacta naui, vnum vitæ seruande c. 14. Ter- perfugium reliquum est, si forte tabulam aliquam tu. de pœn. de naufragio liceat arripere: ita post amissam ba- Ambros. ad virg. lapsā. ptismi innocentiam, nisi quis ad pœnitentia tabu- e. 8. lam confugiat, sine dubio de eius salute desperan- dum

dum est. Hec autem non ad Pastores solum sed ad reliquos etiam fideles excitandos dicta sint: ne forte in eis rei maxime necessariae incuria reprehēdatur. Primum enim cōmuniſ fragilitatis memores omni studio optare debet, vt diuinā opē adiuti, sine casis aut prolīpſione aliqua in via Dñi progredi possint. Quod si nō unquam offendim̄t, tū vero summā Dei benignitāte intuentes, ^a qui tanquā bonus Pastor ouīn suarum vulnera obligare, eis que mederi solet hoc saluberrimū pœnitentiae medicamentū nūquam in aliud tempus differendum esse cogitabunt.

Ezecl. 34:1

Vt autem rem ipsam aggrediamur, prīns ex De varia p̄clicandum est varia huius nominis potestas & notio nitentia sig- ne aliquis ambiguitate vocis in errorem inducatur. Nonnulli enim pœnitentiam pro satisfactione accipiunt. Alij à catholice fidei doctrina longissime remoti, cum arbitrentur pœnitentiam nullam temporiis prateriti rationē habere, nihil aliud, quam nouam vitam esse diffiniunt. Docendū est igitur, multipicem esse huius nominis significationē. Primum enim pœnitētia de iis dicitur, quibus aliquid displaceat, quod antea placuerit, nulla habita ratione huius cogitationis, bonumne an malum fuerit. Sic omnes pœnitent, ^b quorum tristitia secundum seculum est, non secundum Deum: cuiusmodi pœnitentia non salutem affert, sed mortē. Altera est pœnitentia, cū quis ex scelere admisso, quod quidem antea placebat, dolorem non Dei, sed sui ipsius causa concipit.

1. Cor. 7:1

Tertia est, cum non solum admissi sceleris causa in-
 timo animi sensu dolemus, vel eius doloris externū
 etiam aliquid signū damus, verum viuis Dei causa
 in eo mœvore sumus. Ac singulis quidē pœnitentie ge-
 nericibus, que cōmemorata sunt pœnitentiae vox pro-
 prie conuenit: Nāc cum in sacris literis Deū pœni-
 tere legimus, id per translationē dici perspicuū est.
Gen. 6. **Reg. 15** **Psalm. 105**
Hierem. 26 Eo enim loquendi genere, quod ad hominum mores
 accommodatum est, sacre littere utuntur, cum Deum
 mutare aliquid constituisse declarant, quod non ali-
 ter facere videatur, quam homines, quos si alicuius
 rei pœnitentiat, eāt cōmutare omni studio laborat. Sic
Gene. 6. ergo scriptum est: Pœnituisse eum, quod hominē fe-
1. Re. 15 cisset. Et alio loco: quod Saul regē cōstituisset. Ve-
 rū inter has pœnitentie significaciones magnū di-
 scrimen obseruare oportet. Prima enim in vito po-
 nenda est: altera est quedam cōmoti & perturbati
 animi affectio: tertia tum ad virtutem pertinere, iū
 sacramentū esse dicimus, que significatio huīus loci
 propria est. Ac primum quidem de ipsa, vt virtutis
 parte agendū est, nō solum, quia fidelis populus ad
 omnia virtutis genus instituit a Pastoribus debet: sed
 etiam, quia huius virtutis actiones tanquam mate-
 riā prevent, in qua pœnitentiae sacramētum ver-
 satur: ac nisi prius, que sit pœnitentiae virtus, recte
 intelligatur, sacramenti etiam vim ignorari necesse
 est. Quare in primis monendi bortandiq; sunt fide-
 les, vt omni contentionē & studio in intima animi
 pœni-

pænitētia, quā virtutē dicimus, elaboret: sine qua ea
quæ extrinsecus adhibetur, parū admodū profutura
est. Intima autē pænitentia est illa, cū ad Deū nos a Eze. 18
ex animo cōuertimus, & cōmissa à nobis sclera de-
testamur, & odio habemus, simulq; ilud nobis certū
& deliberatum est, mala vītē consūtudinem, corru-
ptosq; mores emendare non sine spe venie à Dei misericordia
consequenda. Hanc vero dolor & tristitia,
quæ perturbatio & affectio est, & passio à multis vo-
catur, consequitur, veluti comes peccatorum, dete-
stationi adiuncta. Quamobrem apud complures ex
sanctis Patribus pænitentie definitio huiusmodi ani-
mi cruciatu declaratur. Verum in eo, quem pænitent
fides pænitētiam antecedat, necesse est. Neque enim
potest quisquam se ad Deum conuertere, qui fide ca-
reat, ex quo sit, ut nullo modo pænitentia pars recte
dici possit. Quod autē intima hęc pænitentia, vt an-
te diximus, ad virtutem pertineat, aperte ostendit
multa, quæ de pænitētia tradita sunt, præcepta. Lex
enim de ipsis tantum actionibus, quæ suscipiuntur cum
virtute, præcipit. Negare præterea nemo potest,
quin dolere, quando, quomodo, & quatenus oportet
virtutis sit: hoc autem ut recte fiat, pænitentie vir-
tus præstat. Interdum enim evenit, ut ex admisis
sceleribus minorem, quam par est, dolorem homines
capiant. Quin etiā, vt à Salomonе scriptum est, non Prover. 2.
nulli sunt, qui cū malefecerint, latantur. Rurisus ve-
ro alij ita se mōrori animi & egritudini dedunt, vt

de salute etiā prorsus desperent: qualis fortasse Cain
videri potest, qui ait: Maior est iniquitas mea, quam
ut veniam merear: & qualis certe Iudas fuit, qui pœ-
nitentia ductus, suspendio vitam & animam amisit:
Genes. 4.
Match. 17. Ut igitur modum in dolore tenerē possimus, pœni-
tentia virtute adiuuamur. Sed idem etiam ex ijs re-
bus colligi potest, quas sibi tanquam finem proponit,
is quem vere peccati pœnitit. Primum autem hoc ei
propositum est, ut peccatum aboleat, omnēq; anime
culpam & maculam abstergat. Alterum est, ut pe-
sceleribus adamissis Deo satisficiat: quod quidem ad
iustitiam referri perspicuum est. Nam etsi inter Deū
& homines propria iustitia ratio intercedere non po-
test, cum tam longo intervallo inter se distent, ali-
quam tamen esse iustitiam constat, cuiusmodi est in
ter patrem & filios, inter dominum & seruos. Ter-
tium est ut homo in Dei gratiā redeat: in cuius of-
fensionem & odium propter peccati fœditatem in-
currit: Hæc vero omnia satis declarant, pœnitentiam
ad virtutem spectare.

Quib⁹ vijs ad virtutē pœnitentię diuinam virtutem liceat ascendere. Primum itaque
perueniat Dei misericordia nos præuenit, cordaq; nostra ad se
Vide Conc. conuertit. Quod cum precaretur Prophetaz: Coll.
Tri. sels. 6. uerte, inquit, nos Domine ad te, & conuertemur,
do iustifi. c. Deinde hoc lumine illustrati, per fidem ad Deum
6. animo tendimus. Credere enim oportet acceden-
2 Thre. 5. tem ad Deum, ut Apostolus testatur, quia est, & in
b Heb. 11. quirem-

quarentibus se remunerator sit. Præterea motus timoris consequitur: & suppliciorum acerbitate proposita, animus à peccatis renovatur. Atque huc videntur spectare illa Isaiae verba: ² Sicut quæ concipit a Isaiae. 26 cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus. Huc deinde accedit spes impetrande à Deo misericordie, qua erexit, vietam & mores emendare constituumus. Postremo charitate corda nostra accenduntur ex qua liberalius ille timor, probis & ingenuis filiis dignus, oritur, atque ita vnum illud veriti, ne quæ in re Dei maiestatem ledamus, peccandi consuetudinem omnino deserimus. Hisce igitur quasi gradibus ad hanc præstantissimam penitentia virtutem peruenitur: que prorsus diuinæ & celestis virtus existimanda est: cui scilicet regnum celorum sacra litera pollicentur. Nam apud S. Mattheum scriptum est: ³ Pœnitentiam agite: appropin b Matt. 4. quabit enim regnum celorum. Et apud Ezechiel: ⁴ c Ezecc. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est: & custodierit omnia preceptra mea, & fecerit iudicium, & iustitiam vita viuat. Tum alio loco: ⁵ d Nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius à via sua, & viuat. Quod quidem de eterna & beatâ vita intelligendum esse, plane constat.

Dæ externa vero pœnitentia docendum est, eam esse in qua sacramentum ratio consistit, habereq; exterias quasdam res sensibus subiectas, quibus de-

^b Ezecc. 18. ^c De pœnitentia ut est sa
cramentum.

clarantur ea, quae interius in anima sunt. In primis autem explanandum fidibus viderunt, quare factum est, ut Christus Dominus paenitentiam in numerum sacramentorum referri voluerit. Huius autem rei illa omnino causa fuit, ut nobis de remissione peccatorum, quam Deus pollicitus est, cum ait, ^a Si impius egerit paenitentiam, & minus dubitare nobis liceret, vehementer enim pendere animo de intima paenitentia opus esset, cum de suo cuique iudicio in ipsis, que agit sacramentum merito timendum sit. Ut igitur Dominus huic uocata Deus cur in sollicitudini subuenire, paenitentie sacramentum instituerit.

^b Matth. 9:14. ^c Tōfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Deinde vero, cum nemo salutem, nisi per Christum eiusque passionis beneficio consequi possit, consentaneum, nobisque utilissimum fuit, eiusmodi sacramentum institutum, cuius via efficiens Christi sanguis ad nos desluens peccata post baptismū admissa elueret, atque ita reconciliationis beneficium illi unius Salvatori nostro acceptum referre profiteremur.

Paenitentia
esse vere sa-
cramentum
Ioan. 10.

Quod vero paenitentia sacramentum sit, Pastores ita facile ostendunt. Ut enim baptismus sacramentum est, quia peccata omnia, ac presentia

quod

quod origine contractū fuit delet: eadē ratione p̄ce & Ma.18.VI
 intentia, quae peccata omnia post baptismū, voluntā de Cō. Trī.
 te vel actione suscepta, tollit vere & proprie sacramētū fess 4.d. p̄ce
 dicēdū est. Deinde, quod caput est, cum illa, nūl.c.1.&c.2.
 quae extrinsecus tum à p̄nitente, tū à sacerdote fi- & fess.6.c.3
 unt, declarant ea, quae interius efficiuntur in anima & Cōstā. sef
 quis neget p̄nitentia vera & propria sacramenti 15.Lucis.21
 ratione predita esse? Siquidē sacramētū sacra rei 5.dacret.de
 signū est: peccator autē, quē p̄nitet, verum & ver- H̄eret.c. Ad
 borū votis plane exprimit, se animum a peccati tur- abolenda
 pitudine abduxisse: itemque ex ijs, quo a sacerdote
 geruntur, & dicuntur, misericordiam Dei, peccata
 ipsa remittentis, facile cognoscimus. Quanquā hoc Matt.16.
 aperte indicant illa Salvatoris verba: Tibi dabo cla-
 ues regni celorū & quocunque solueris super ter-
 ram, erit solutum & in celis. Absolutio enim, sa-
 cerdotis verbis enunciata, remissionem illam pecca-
 torum signat, quam in anima efficit.

Neque vero solum fidèles docendi sunt, pa-
 rentium in numero sacramentorum habendam esse, P̄nitētia t-
 sed eorum etiam, que iterari possunt. Quarenti terari potest
 enim Petro, num septies venia peccati danda es- Cōci. trid.
 set, Dominus respondit: Non dico tibi usque septies fess.14.d p̄ce
 sed usque septuages septies. Quare sic cum eiusmo- nit.c.1. Au.
 di hominibus agendum sit, qui summa Dei bonita- lib.de vera
 ti & clementiae dissidere videantur: confirmandas & falsa pre-
 erit illorum animis, atque ad spēm diuinę gratia mit.c.5. & e
 erigendus. Quod quidem facile consequentur tum pisto.54.ad
 Macedon.

huius loci, & aliorum tractatione, qui in sacris literis permulti occurrent: tum verò ijs rationibus & argumentis, quæ ex sanctorum Chrysostomi libro ^a de lapsis, Ambrosi, libris de pœnitentia epistol. 5. ad petere licebit.

Theodorū
lapsum.

De materia
huius sacra.

Iam quoniam nihil fideli populo notius esse de-
bet, quam huius sacramenti materia: docendum
est, in eo maximè hoc sacramentum ab alijs dif-
ferre, quod aliorum sacramentorum materia est
res aliqua naturalis, vel arte effecta: sacramenti ve-
ro pœnitentiae quasi materia sunt actus pœniten-
tis, nempe contritio, confessio, & satisfactio, vt à
Tridentina Synodo declaratum est: qui quatenus
in pœnitente, ad integratatem sacramenti, & ple-
nam, ac perfectam peccatorum remissionem ex
Dei institutione requiruntur, hac ratione partes pœ-

Trid. Syn.

fcl. 14. c. 3.

depœnit. &

canon. 4 &

Flor. In do-

ctr. de sacr.

nitentiae dicuntur. Neque vero h̄i actus, quasi ma-
teria à sancta Synodo appellantur, qui vere ma-
teria rationem non habeant, sed quia eius generis
materia non sint, quæ extrinsecus adhibeatur, vt
aqua in baptismo, & chrisma in confirmatione.
Quod autem ab alijs dictum est, peccata ipsa huius

Forma hu-

ius sacram.

Cōc. Flor. ē.

sacramenti materiam esse: nihil plane diuersum
dic̄i videbitur, si diligenter attendamus. Ut enim
ignis materiam ligna esse dicimus. quæ vi ignis con-
sumuntur: ita peccata, quæ pœnitentia delentur, re-
cte huius sacramenti materia vocari possunt: Sed
formæ etiam explicatio Pastoribus prætermittenda
non

nō est, quod eius rei cognitio exciter filiū animos & Trid. sel.
ad percipiendū summa cum religione huius sacra-^{14. c. 3.}
menti gratiam. Et autem forma, Ego te absoluo:
quam nō solum ex illis verbis licet colligere. Que-
cunq;^z, solueritis super terram, erunt soluta & in
cœlis: sed ex eisdem Christi Domini doctrina ab
Apostolis traditam, accepimus. Ac quoniā sacramen-^{a Psal. 118}
ta id significant, quod efficiunt: & illa, Ego te absol-
uo, ostendunt peccatorum remissionem huius sacra-^{Prouerb. 5.}
menti administratione effici: planum est, hanc esse
pœnitentia perfectam formam: ^{Leo ep. 9 &} a Psal. 118
Sunt enim pecca-^{ad Theod.}
ta tanquam vincula, quibus constricta anime tenē-
tur, & ex quibus pœnitentia sacramento laxantur.^{Foro Iulien}
Quod quidem non minus vere de illo etiam homi-
ne sacerdos pronunciat, qui prius ardenter & con-^{sem. Maior}
tritionis vi, accedente tamen confessionis voto, pec-^{facerdotū}
catorum veniam à Deo consecutus sit. Adduntur
præterea complures preces non quidem ad for-^{noꝝ legi}
matum necessarie, sed ut ea remoueantur, quæ sacra-^{potestas? q.}
menti vim & efficientiam illius culpa, cui admini-^{veteris le-}
stratur, impedire possent. Quamobrem peccato-^{gis. Leu. 13}
res Deo ingentes gratias agant, qui tam amplam
potestatē in Ecclesia sacerdotibus tribuerit. Neque
enim, vt olim in veteri lege sacerdotes testimonio
suo aliquem à lepra liberatum esse, duntaxat re-^{14. Chry. li.}
nuntiabant: ita nūc in Ecclesiæ tantum potestas sa-^{3. de facer.}
cerdotibus facta est, vt aliquē peccatis absolvū esse
declarent: sed vere tanquam Dei ministri absol-^{Ambro. lib.}
geli.

298 CATECHISMVS
uunt, id qđ Deus , ipse gratia & iustitia author ac
parens, efficit. Diligenter vero ritus et iā, qui ad hoc
sacramentū adhibentur, fideles obseruant, ite e-
nim fiet, vt animo magis bareant, quæ hoc sacra-
mento cōsecuti sunt, nimirum se tanquam seruos
clementissimo Domino, vel filios potius optimo pa-
renti recenciliatos esse, & simul facilius intelligant,
quid eos facere oporteat, qui velint (velle autem om-
nes debent,) se tanti beneficij gratos & memo-
res probare. Nam quem peccatorem pœnitit, is se
humili ac demissō animo ad pedes sacerdotis deject:
vt cum se tam humiliter gerat, facile posse agnoscere
superbia radices euellēdas esse, à qu e omnia sce-
lera, quæ deflet, ortum habuerint & enata sint. In

a Con. Trī, sacerdote autem, qui in eum legitimus index sedet,
scil. 14. dñe Christi Domini personam & potestatem venera-
nit. c. 6. & ca no. 10. Am tur. ³ Sacerdos enim quemadmodum in alijs, ita in
br. l. 1. de pœnitentiæ sacramento administrando Christi munus
nit, ² Hier, exequitur. Deinde peccata sua pœnitens ita eni me-
epi. 1. ad Hc rat, vt se maxima & acerbissima animaduersione
liodorum dignum esse fateatur: supplexque delitorum venia
b Episto. ad petit. Quæ save omnia vetustatis sua certissima re-
stitionia a sancto ¹ Dionysio habent.

Sed nihil prosector tam proderit fidelibus, nihil
Quam salu que maiorem illis alacritatem pœnitentiæ scisci-
taros fructu⁹ pienda afferet, quam si à Parochi sape explicatum
ex pœnitentiæ sacram. fuerit, quantum ex ea utilitatem capiamus. Vere
enim de pœnitentia illud dici posse intelligent, eius
quidem

quidē radices amaras, fructus vero suauissimos esse.
 Pœnitentia itaq; omnis in eo vis est, ut nos in Dei
 gratiā restituat, cū eoz summa amicitia coniungat.
 Hac vero reconciliatione intercedit in hominibus p̄s,
 qui hoc sacrauerūt sancte & religiose percipiunt, inā
 xima conscientia pax & tranquillitas, cū sancta spiri-
 tūs iucunditate consequi solet. Nullum est enim tam
 graue & nefarium scelus, quod pœnitentia sacramē-
 to non quidem somel, sed iterum & sepius nō dele-
 tur. Qua de re ita Dominus per Prophetam inquit
 Ezech. 18.
 Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis
 suis, que operatus est, & custodierit precepta mea
 & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non
 morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus
 est, non recordabor. Et sanctus Ioh. in. Si confiteamur
 peccata nostra, fidelis est, & iustus, ut remittat no-
 bis peccata nostra. Et paulo post: Si quis peccauerit
 inquit (nullum videlicet peccati genus excipiens,) aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum
 iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris,
 non pro nostris autem tantum, sed etiam prototinus
 mundi. Quod autem in scripturis legitimus, quod dicitur
 Dño misericordiam non esse consecutos, qui uisit eam
 vehementer implorauerint: id vero idcirco factum
 esse intelligimus, quod eos vere atq; ex animo deli-
 ctorum non pœnitebat. Quare cum huiusmodi sen-
 tentie in sacris literis, vel apud S. Patres occurrent
 quibus videtur affirmare aliqua peccata remitti nō
 posse

percipiatur
 a Cō. Tri.
 sess. 14. de
 pœni. ca. 3.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 2.

2. Mach. 9.

An aliqua
 peccata re-
 mitti non
 possunt.

posse, ita eas interpretari oportet, ut difficilem admodum esse venie impetrationē intelligamus. Ut enim morbus aliquis ea re insanabilis dicitur, quod aegrotus ita affectus sit, ut salutaris medicinae vim oderit: sic quoddam est peccati genus, quod nō remittitur, nec condonatur: propterea, quod proprium salutis medium, Dei gratiam repellit. In hanc sententiam

D. Aug. l. 1.
de ser. Dñi
in mōte, ca.
43. & 44.

à D. August. dictum est: Tanta labes est illius peccati, cum post agnitionē Dei, per gratiam Christi oppugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam inuidia & facibus agitatur, ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum mala conscientia agnoscere, & annūciare cogatur. Sed vt ad

Luc. 3.

pénitentiam reuertamur, haec adeo propria eius vis est, ut peccata deleat, ut sine pénitentia remissio peccatorum impetrare, aut nec sperare quidem usque modo liceat. Scriptum est enim: Nisi pénitentiā habueritis, omnes similiter peribitis. Quod quidem de grauioribus & mortiferis peccatis dictum à Domino est: et si aliquo etiam pénitentiae genere indigent leuiora peccata, quae venialia vocantur. Sacerdos enim

D. Aug. lib.
5. homil.
litarū, homi
lia. 50. c. 8.
De partib⁹
tac reg. Ispw

Augustinus inquit: Cum quedam sit pénitentia, qua quotidie in Ecclesia pro peccatis venialibus agitur, illa sane frustra esset, si peccata venialia absque pénitentia dimitti possent.

Sed quoniā de ijs rebus, que aliquo modo in nitentia actionem cadunt, non satis est vniuersalē loqui curabunt Pastores sigillatum ou tradore, ex quibus vero

& salutaris pœnitentiae ratio à fidelibus percipi queat. C. 6. Tri. sol.
 Est autem huius sacramenti proprium, ut præter ma- 14. de pœn.
 teriam & formam quæ omnibus sacramentis cōmu- c. 3. & ca. 4.
 nia sunt partes etiā, ut antea diximus, illas habeat, & less. 6. de
 quæ tanquam totam integramq; pœnitentiam con- Iustif. c. 14.
 situant, Contritionem scilicet Confessionem & sa- S Chr. to. §
 tisfactionem: de quibus D. Chrysost. his verbis loqui ser. de pœn.
 tur: Pœnitentia cogit peccatorē omnia libenter suf- 2. Reg. 16.
 ferre, in corde eius cōtritio in ore confessio, in opere Psal. 50. &
 tota humilitas, vel fructifera satisfactio. Haec autem 6. & 37. &
 partes ex earū partium genere esse dicuntur, quæ ad 101.
 aliquod totum constituendum necessariae sunt: quo 3. Reg. 21.
 niam, quemadmodum hominis corpus ex pluribus & Ioan. 3.
 membris cōstat, manibus, pedibus, oculis & alijs hu-
 iusmodi partibus quarum aliqua si desit, merito im-
 perfectum videatur, perfectum vero, si nulla deside-
 retur: eodem etiam modo pœnitentia ex hisce tribus
 partibus ita constituitur, ut, quāvis, quod ad eius na-
 turam attinet, contritio, & confessio, quibus homo
 iustus efficitur, satis sit: tamen, nisi tertia pars
 id est, satisfactio accedit, aliquid ei omnino ad per-
 fectionem desit necesse sit. Quare adeo inter se haec par-
 tes connexæ sunt, ut contritio confitendi & satisfa-
 ciendi consilium & propositum inclusum habeat, cō-
 fessionem contritio & satisfaciēdi voluntas, satisfa-
 ctionem vero due reliquæ antecedant. Harum autē
 trium partium eam rationē afferre possumus, quod
 animo, verbis, & re ipsa peccata in Deum cōmittan-

tur. Quare consentaneum fuit, ut nos ipsos Ecclesie clauibus subiecte, quib⁹ rebus Dei sanctissimū nūmen à nobis violatum esset, iſdem etiā eius iram placare, & peccatorū veniam ab eo impetrare conaremur. Sed idē etiā alio argumento confirmari potest. Etenim pénitentia est veluti quod in delictorū compensatio, ab eius voluntate proscita, qui deliquit, ac Dei arbitrio in quē peccatum commissum est, constituta. Quare & voluntas cōpensandi requiritur, in quo maxime contritio versatur, & pénitens sacerdotis iudicio, qui Dei personam gerit, se subjiciat necesse est, ut pro scelerum magnitudine pénam constituere in eum possit, ex quo tum confessionis, tum satisfactionis ratio & necessitas perspicitur.

De Contritione.

Quoniam vero harum partium vim & naturā tradere fidelibus oportet, prius incipendum est à contritione, eaque diligenter explicanda. Neque enim ad ullum temporis punctum, cum in memoriam praterita peccata redeunt, vel cum aliquid offendimus, contritione animus debet vacare. Hanc

Cōtritionis Patres in Concilio Tridentino ita definiunt: Contritione est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Et paulo post, de contritionis motu subicitur: Ita denum preparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuina misericordie & voto praestandi reliqua coniunctus sit, que ad ritè suscipiendum hoc sacramentum requiruntur. Ex hac itaque definitione intelli-

14. ca. 4. &
& can. 5. de
pœnit. Vi-
de & Cōcil.
Florent.

intelligeret fideles contritionis vim in eo tantum posse
non esse, ut quis peccare desinet: aut propositum ei sit,
nouum vita genus instituere, aut ipsum in instituat:

¶ sed in primis male acte vita odium & expiationem † Aug. In I.
suscipienda esse. Id verò maxime confirmant illi sanctorum de peniten-
tiorum Patrum clamores, quos in scriptis literis fre- medici ca. 2
quenter profusos esse legimus: ^a Laboravi, inquit & 15. & sc. 3
D. uid. in gemitu meo: Lanabo per singula noctes in Natal. do
lectum meum: ^b Exaudiuit Dominus vocem fieri sibi a Psal. 6:
Et rursus alius: ^b Recogitabo tibi oes annos meos b Esa. 38.
in amaritudine animae mee. Quas certe & alias hu-
iusmodi voces, vchemens quoddam ante acte vita o-
dium & peccatorum detestatio expressit. Quod autem
contritio dolore definita est, monendi sunt fideles Contritione
ne arbitrentur cum dolorem corporis sensu percipi- propria vis
pi. Contritio enim est voluntatis actio. Et S. Aug. & efficacia.
testatur, dolore, paenitentiae comite esse, non paeniten-
tiā. Verum peccati detestationē & odium, doloris vo-
cibulo Patres significarunt: tu quia sacra liberare it, et
utuntur: (inquit enim David: Quādārū ponā cōfiliū Psal. 12.
in anima mea: dolore in corde meo per dies) tu quia
dolor in inferiori animae parte, que vim concupiscē-
di habet, ex ipsa contritione oritur, ut non incom-
mode contritio dolore definita fuerit, quod dolorem
efficiat, ad eumque declarandum paenitentes vestem Matt. 5. 22
etiam mutare soliti sint, de quo Dominus apud san-
ctum Matthæum inquit: Væ tibi Corozain, vae tibi
Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone facte essent

virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Recte autem cōtritio-
nis nomen peccati detestationi, de qua loquimur, ad
significandā vim doloris impositum est, ducta simili-
tudine à rebus corporeis, que minutatim faxo, aut
duriore aliqua materia cōfringuntur: ut eo vocabulo
declararetur, corda nostra, quæ superbia obdurue-
runt, pœnitentiæ vi cōtundi atq; conteri. Quare nul-
lus aliis dolor vel ex parentū, & filiorum obitu: vel
eiusuis alterius calamitatis causa suscep^t, hoc no-
mine appellatur: sed illius tantum doloris proprium
est nomen, quo ex amissa Dei gratia, atq; innocentia
afficimus. Verum alijs quoq; vocabulis eadem res de-
clarari solet. Nam & contritio cordis dicitur: quia

a Matth. 5. cordis nomen frequenter sacra literæ pro voluntate
&c. 22. I. ac. usurpant. Ut enim à corde motionum corporis prin-
cipium sumitur: ita voluntas reliquas omnes anime
vires moderatur, ac regit. Vocatur etiā à sanctis pa-
tribus cordis compunctio, qui libros de contritione
conscriptos, & cōpunctione cordis inscribere malue-
runt. Etenim quemadmodū ferro tumida ulceræ se-
catur, ut inclusum virus possit erumpere: ita corda,
quasi scalpello contritionis exhibito, inciduntur, ut
peccati mortiferum virus queant ejcere. Quare &
scissio cordis à loele propheta appellata est: Conuer-
timini, inquit, ad me in toto corde vestro, in ieiu-
nio & in fletu, & in planctu, & scindite corda ve-
stra. Summum vero & maximum dolorem ex pec-
catis

Iocel. 2.

caris, que cōmissa sunt suscipiendū esse, ita ut nullus
 maior ex cogitari possit, facile erit hīcē rationibus
 demonstrare. Nam cum perfecta cōtritio sit chari-
 tatis actio, a qua ab eo timore, qui filiorū est, profi-
 cisceatur: patet eundē charitatis & contritionis mo-
 dū statuendū esse. At quoniam charitas, qua Deus dili-
 gitimus perfectissimus est amor, hinc fit ut contritio
 vehementissimū animi dolore coniunctū habeas. Ut
 enim maxime diligendus est Deus: ita, qua nos à Deut. 6.
 Deo alienāt, maxime detestari debemus. In qua etiā
 illud obseruandum est, eodē loquendi genere, chari-
 tatis & contritionis magnitudinē in sacris literis Iocel. 2.
 significari. De charitate dictū est: Diliges Dominū
 Deum tuū ex toto corde tuo. Rursus, quod ad con-
 tritionē pertinet, clamat Dominus per Prophetam:
 Conuertimini in toto corde vestro. Præterea si, ut
 Deus summū bonū est inter omnia, qua diligenda
 sunt, ita etiam b peccatum summū est malum inter
 omnia, quæ odisse homines debent, illud sequitur,
 ut quamob causam Deum summe diligendum esse
 confitemur ob eandem rursus peccati summum o-
 dium nos capiat, necesse sit. Omnibus vero rebus
 Dei amorem anteponendum esse, ita ut ne vite qui-
 dem conseruanda causa peccare liceat, aperte nos
 docet illa Domini verba: Qui amat patrem aut ma-
 ryē plus quam me, nō est me dignius: Et qui voluerit a-
 nimā suam salutem facere, perdet eam: Sed illud
 etiam animaduertendum est, ut quemadmodum,

b Psal. 5. ec
 clest. 12. Sa-
 plē. 14. Chr.
 hō. 17. in Ge
 ne. & hō. 18
 in epist. ad
 Romanos:
 c Mat. 10. 16
 Marc. 8. luc.
 t4. Joan. 1. 21

S.Ber, circa sancto Bernardo teste, nullus finis & modus chari-
mediū li. de tati præscriptur: (Modus enim, inquit ille, diligen-
diligen- di Deum, est, ipsum diligere sine modo) ita peccati
Dcū. desolation: nullus modus desinatur. Sit præterea

Deut. 4. non solū maxima, sed vehementissima, atque aideo
perfecta, omnemque ignorantia & socordia excludat.

Hiero. 29. Etenim in Deuteronomio scriptum est. Cū quasie-
ris Dñm Deum tuum, inuenies eū: si tamen toto cor-
de quæsteris, & tota tribulatione anime tue. Et a-
pud Hieremiam. Quæretis me, & inuenietis, cum que-
sieritis me in toto corde vestro, & inueniar a vobis

^a Amb. It. 2 ait Dñs. Quanquæsi id minus nobis consequi liceat,
depæni. c. 5 ut perfecta sit, vera tamen & efficax cōfessio esse po-
Chry. hō. 6. test, sepe enim usu venit, ut, que sensibus subiecta
In Matth. & sunt, magis, quæ spiritualia nos afficiant. Quare nō
hō. 2. de pæ nūlli interdum maiore ex filiorū obitu: quæ ex pecca-
nit. Itē scr. de penit: & tū turpitudine doloris sensum capiunt. Idē etiam iū
de penit: & tū turpitudine doloris sensum capiunt. Idē etiam iū
in psal. 50. dicium faciendum est, si lacrymæ doloris acerbitate
hō. 2. Greg. non consequantur: que tamen in penitentia sum
3. parte cu- moperi optanda & commendanda sunt. Praeterea
ræ pastora- est enim ea de re sancti. Augstii ni sententia: Non
lis admoni- sunt, inquit, in te Christiane charitatis viscera, si
tione. 31. b S. August. luges corpus, a quo recessit anima, animam vero, a-
Ser. 41. de qua recepsit Deus, nō luges. Atque hic spectant illa
Sanctis. saluatoris nostri verba, que supra allata sunt: ^c Va
e Matth. 11. tibi Corozaim, va tibi Bethsaïda: quia si in Tyro &
Si donec factæ essent virtutes: que factæ sunt in vo-
bis, olim in cinere & cilicio penitentiam egissent.

Tametsi

Tametsi ad eam rem comprobandum satis esse debet
 clarissima^a Niniuitarū,^b Davidis,^c peccatricis,^d
 Apostolorum Principis exempla: qui omnes plurimis^a Ionæ. 3.
 Lacrymis Dei misericordiam implorantes, peccato-^b Psalm. 6.
 rum veniam impetrarunt.^c 56. & 101.
^d Lucæ. 7.

Maxime autem hortandi, & monendi sunt fide-
 les, ut ad singula mortalia criminia proprium contri-
 tionis dolorem adhibere studeant: ita enim Ezechias
 cōtritionē describit, cū ait: Recogitabo tibi omnes
 annos meos in amaritudine animæ meæ, etenim, Re-
 cogitate omnes annos, est singulatim peccata excute-
 re, vt ea ex animo doleamus. Sed apud Ezechielem
 quoque scriptum legimus: Si impius egerit pénitē-
 tiā ab omnibus peccatis suis, vita vivet. Atq; in hanc
 sententiā^e S. Aug. inquit: Cōsideret peccator quali-
 tatem criminis in loco, in tempore, in varietate, in
 persona. Nequeramen hacin re desperent fideles de-
 summa Dei bonitate & clementiae: is enim cum no-
 stræ salutis cupidissimus sit, nullam moram ad tri-
 buendam nobis veniam interponit, sed peccatore pā-
 terna charitate complectitur, simul atque ille se col-
 legerit, & vniuersa peccata sua detestatus (quæ de-
 inde alio tempore, si facultas erit, singula in memo-
 riā reducere ac detestari in animo habeat) ad Do-
 minū se conuerterit. Ita enim nos per Prophetam iu-
 bet sperare, cam inquit: Impietas impij non nocebit
 ei, in quacumque die conuersus fuerit ad impietate-
 sus. Ex his igitur colligi poterunt, qua ad veram

contritionē maxime sunt necessaria: de quibus fide: lē populū accurate oportebit docere: ut quisquis in-telligat, qua ratione cōparare eam possit: regulamq; habeat, qua diiudicet, quātum ab sit ab eius virtutis perfectione.

a Vide Chry. ho. 2. nīa, quæ admisimus, odisse, & dolere, ne, si quædārā in psal. 50. tum doleamus ficta & simulata, neque salutaris pē- & li. 1. & 2. nitentia à nobis suscipiatur. Nam vt à S. Iacobo Apo-de cōpun-stolo dictū est: ^b Quicūq; totam legem seruauerit, Etione cor- offendit autē in vno factus est omnium reus. Alterū dis. b Iacob. 2. est, vt ipsa contritio, confitendi & satisfaciendi volū tatem coniunctam habeat, de quibus postea suo loco agetur. Tertium est, ^c vt pœnitens vitæ emendanda certam & stabilem cogitationem suscipiat. Hoc vero de pœnitē- Propheta his verbis aperte nos docuit: ^d Si impius tiae medici-na. c. 11. egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis, quæ ope-d Ezec. 18. ratus est: & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiā, vita viuet, & non morie-tur: omniū iniquitatū eius, quas operatus est, non recordabor: Et paulo post: Cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudi-cium & iustitiam, ipse animam suam viuificabit. Ac paucis interiectis, conuertimini, inquit, & agite pœnitentiā ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitatis: projicite à vobis om-nes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati- estis: & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Idem etiam Christus Dominus mulieri, q[uo]d in adulterio

adulterio deprehensa est, præscripsit: Vade inquit, & Ioan 8.
 iam amplius noli peccare. Itē paralytico illi, quē ad
 probaticā piscinā curauerat: Ecce, ait, sanus factus Ioan. 5.
 es, iam noli peccare. Sed natura quoque ipsa, & ra-
 tio plene ostendunt duo illa ad contritionē esse in pri-
 mis necessaria, dolore scilicet peccati admissi, & pro-
 positū cautionēq;_z, ne quid huiusmodi in posterū cō-
 mittatur. Nam qui amico reconciliari velit, quē in-
 iuria aliqua affecerit, & doleat oportet, quod in eū
 iniuriosus & contumeliosus fuerit, & diligenter reli-
 quo tempore prouideat, ne qua in re amicitiam lessisse
 videatur: quæ duo obedientiam adiunctam habeant
 necesse est. Hominem enim legi, siue naturali & di-
 uine, siue humane, quibus subiectus est parere conue-
 nit. Quare si quid pœnitens alteri per vim aut frau-
 dem abstulit, restituat oportet: itemq;_z alicuius aut
 commodi, aut officij compensatione illi satisfaciat,
 cuius dignitatem, aut vitam dicto facto ve violauit.
 Tritum enim est omnium sermone, quod apud san-
 ctum Augustinum legimus: Non remittitur pecca-
 tum, nisi restituatur ablatum. Neque vero inter cœ-
 tera quæ ad contritionem maxime pertinet, minus
 diligenter & necessario curandum est, ut quidquid
 iniuriarum ab altero acceperis, id totum remitta-
 tur, ac condonetur. Ita enim Dominus & Saluator Matth. 6.
 noster monet, atque denunciat: Si dimiseritis homi-
 nibus peccata eorum, dimitte & vobis pater vester
 caelstis delicta vestra; si autem non dimiseritis ho-

S. Aug. epis.
54. ad Ma-
cedo.

minibus, nec pater vester dimittet vobis peccata ve-
stra Hec sunt, quæ fidelibus in contritione obseruan-
da sunt: cetera quæ ad hanc rem colligi à Pastoribus
facile poterunt, efficient quidem, vt in suo genere co-
tritio sit magis perfecta & absoluta: verum adeo ne-
cessaria existimanda non sunt, vt sine his vera & sa-
lutaris pénitentia ratio constare non posset.

Sed quoniam non satis esse Pastoribus debet, si
ea doceant, quæ ad salutem ridentur pertinere, nisi
etiam omni cura & industria laborent, vt fideles
ad eam ipsam rationem, quæ illis præscripta est, vi-
tam, actionesq; suas dirigant, vehementer prode-
rit, contritionis vim & utilitatem sepius propone-
re. Nam cum pleraque alia pietatis studia, veluti
beneficentia in pauperes, ieiunia, preces, & alia id
genus sancta & honesta opera hominum culpa, à
quibus proficiuntur, à Deo interdum repudien-
tur: ipsa certe contritio nunquam illi grata & ac-
cepta esse non potest. Nam inquit Propheta: Cor
contritum & humiliatum Deus non despicies Quin
etiam statim, vt eam mentibus nostris concepimus,

*Veræ cōtri-
tionis vis &
utilitas.*

Psal. 50.

Psal. 31.
Lucæ. 17.

Vide Cōcl.

peccatorum remissionem nobis à Deo tribui, alio lo-
co eiusdem Propheta verba illa declarant: Dixi,
consitebor aduersum me iniustitiam meam Domi-
no, & tu remisiisti impietatem peccati mei. Atque
eius rei figuram in decem leprosis animaduertimus,
qui à Saluatore nostro ad sacerdotes misi, ante-
quam ad illos peruenirent, à lepra liberati sunt, Ex
quo

quo licet cognoscere, vere & contritionis (de qua supra Trt. sc. 14. dicitum est) eam vim esse, ut illius beneficia omnium paenit: c. 4. delictorum venia statim a Dño impetrremus. Plurimum etiā valebit ad fidelium mentes excitandas, si Pastores rationē aliquā tradiderint, quā se quisque ad contritionē exercere possit. Movere autem oportet, ut omnes conscientiā suam frequenter excutientes, videant, num, que a Deo, sive Ecclesiasticis sanctioribus precepta sunt, seruauerint. Quod si quis alii cuius sceleris reum se esse cognoverit, statim se ipsum accuset, supplexque a Dño venia exposcat, & spatiū tum confitendi, tum satisfaciendi sibi dari postulet: in primisque diuina gratia praesidio se ad iuuari petat, ne in posterū eadē illa peccata admitat, que admisisse vehementer paenitet. Curandum erit præterea Pastorisbus, ut in peccatum, sumimum fidelium odium cōcitetur: tū, quia summa est illius fœditas & turpitudo: sum quia gravissima dñe na, & calamitates nobis assert. Nā Dei benevolētiā à quo maxima bona accepimus, longeque maiora expectare & consequi licebat, à nobis abalienata & summorum dolorum cruciatibus perpetuo afficiendos, sempiterne morti nos addicit,

Hattenus de contritione nunc ad confessionem, quae est altera paenitentie pars, veniamus. Quia tum vero cura & diligentia in ea explicanda posse Pastores debent, ex ea facile intelligent, quod omnibus fere p̄ys pars uafsum est, quid hoc

Chry. hō. 15
in Gēnē, &
in ser. de pē
nit. & cōfes.
sione Itē hō
z in plā. 50.
& hō in p̄s. 4
Chrysost.
hō. 22. ad po
b Iacob. 1.
Rom. 6.
Ioan. 8. & l.
Ioan. 3.
Ezec. 18. &
13.
Amb. ad vir
gine lapsā
c. 8.

De cōfessio
ne sacramē
tali.

tempore sanctitatis, pietatis, & religionis in Ecclesia summo Dei beneficio conservatum est, id magna ex parte confessioni tribuendum esse: vt nulli mirandum sit humani generis hostem, cum fidē catholicā funditus euertere cogitat, per ministros impietatis suae satellites; hanc veluti Christianæ virtutis arcem totis viribus oppugnare conatum esse.

Cofessionis institutio quā sit utilis & necessaria Tertuli. in l: se. Ut enim hoc concedamus, contritione peccata de de pænitentia, quis ignorat illam adeo vehementem, acrem, ac incensam esse oportere, vt doloris acerbitas cū scelerum magnitudine equari, conferrique possit? at quoniam pauci admodū ad hunc gradū perueniret, fiebat etiā, vt à paucissimis hac via peccatorum venia speranda esset. Quare neceſſe fuit, vt clementissimus Dominus facilitiori ratione communi hominum saluti consuleret. Quod quidem admirabili cō filio effecit cū claves regni cœlestis Ecclesiæ tradidit. Etenim ex fidei catholicæ doctrina omnibus credendum, & constanter affirmandum: si quis ita animo affectus sit vt peccata admissa doleat, simul que in posterum non peccare constituat: et si eiusmodi dolore nō afficiatur, qui ad impetrandam veniam satis esse posſit: ei tamen, cum peccata sacerdoti rite cofessus fuerit, vi^a clauium scelera omnia remitti ac condonari: vt merito à sanctissimis viris Patribus nostris celebratum sit, Ecclesiæ clavibus adi-

**a Cōc. Trī.
fess. 14. dpc
nit. c. 5. Am
br. lī. 1. d. pc
niticap. 2.**

aditum in cœlum aperiri : de quo nemini dubitare fas est, cum à Flor. Concilio decretum legamus, pænitentiæ effectum, esse absolutionē à peccatis. Verū ex eo præterea licet cognoscere, quantam afferat confessio vtilitatem quod ijs, quorum est corrupta vitæ consuetudo nihil tam prodeesse ad mores emendandos experimur, quā si interdum occultas animi sui cogitationes, facta, dictaque omnia, prudenti & fideliamico patefaciant, qui eum opera & consilio iuuare possit. Quare ad eadem ratione maxime salutare existimandum est ijs, qui scelerum conscientia agitantur, ut sacerdoti, tanquam Christi Dñi viario, b Cōc. Late sub Innocē: 3. cap. 2. 1. cui perpetui silentij severissima lex propo- sita est, animæ suæ morbos & vulnera aperiat : statim enim parata sibi medicamenta inueniet, que nō solum presentis ægritudinis sananda, verū ita preparandæ animæ cœlestem quandam vim habent : ut deinceps facile futurum non sit, in eiusdem morbi & vitijs genus recidere. Neque vero illa confessionis Chrys. c. 20. vtilitas prætermittenda, que ad vitæ societatem & hō. In Gen. coniunctionem magnopere pertinet. Constat enim si sacramentalē confessionem è Christiana disciplina exemeris plena omnia occultis & nefandis sceleribus futura esse, que postea & alia etiā multo grauioræ homines peccati consuetudine deprauati, palam committere non verebuntur, Etenim confite di verecundia, delinquendi cupiditatib⁹ & licentia tanquam frenos inijcit, & improbitatem coerct.

Flor. Conc.
In Decrēto
Eugen. 4.

Sed iā cōfessionis vtilitate exposita, quē sit eius
Confessio- natura & uis, Pastoribus tradēdū erit. Eam igitur
nisi sacramē definiunt esse peccatorum accusationē, quē ad sacra
talis descri mēti genus pertinet, eo susceptā, vt veniam virtute
ptio & natu clauium impetremus. Recte autē accusatio dicitur,
ra. quod peccata ita cōmemoranda non sunt, quasi sce-
a Prouer. 18 Gr. 1. 3. Mo ral. c. 13. & 14. &c. psal. 2. p̄nit. Au fer. 8. de ver bis domini. b S. Chris. hom. 50. in Genesi. Citantur a S. Thom. in 4. sent. dist 17. q. 3. art. 2. vide etiā Gre. 1. 8. Mo ral. c. 15. l. 6i z. reg. c. 2. & S. Gregorius. Confessio est peccatorum detesta-
naturae ostentemus, vt ī faciunt, qui letantur cum male fecerint, aut omnino enarranda, vt si rem aliquā gestā otiosis auditoribus delectandi causa ex ponamus: verum^a accusatorio animo ita enumeran da sunt, vt ea etiā in nobis vindicare cupiamus. Ve-
nīa autē impetranda causa, peccata confitemur:^b
quoniam hoc iudicium longe dissimile est forensibus capitaliū rerum questiobus, in quibus confessioni
pēna & supplicium, non culpæ liberatio & errati
venia constituta est. In eandē fere sententiā, quā
uis alijs verbis, sanctissimi Patres videntur confes-
sionē definiuisse: veluti cum S. Augustinquit Confes-
sio est, per quam in orbus latens spe venio aperitur:
& S. Gregorius. Confessio est peccatorum detesta-
tio: quarum utraque, quod in superiori definitione
continetur, facile ad eam referri poterit. Sed iam,
quod omnium maximi faciendum est, docebunt Pa-
rochi, ac sine illa dubitatione fidelibus tradēt, hoc
Confessio- sacramentum à Christo Domino, qui bene omnis,
nisi sacramē & unius salutis nostrae causa fecit, ob eius summam
talis author bonitatem & misericordiam institutum esse. Apo-
& institutor stolis enim, post resurrectionem unum in locum con-

gregatis, insufflavit dicens: ^a Accipite spiritum san- a Ioan. 20.
 etum quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, Cō. Tris. sel.
 & quoruū retinueritis, retenta sunt. Cum igitur Do 14. de peni-
 minus potestatem retinendi & remittendi peccata c. 5. Gre. ho
 sacerdotibus tribuerit: perspicuum est, ipsos etiam ea mil. 2 6. in
 de re iudices constitutos fuisse. Atque idem significa Euāg. Amb.
 re visus est ^b Dominus, cum Apostolis id negotij de- li. 1. de pœ-
 dit, vt Lazarum, à mortuis excitatum, à vinculis sol- b Ioan. 11.
 uerent, quibus constrictus erat. Nam S. Augustinus Greg. vt su-
 eum locū ita explanat. ^f Ipse, inquit, sacerdotes plus pra.
 iam possunt proficere, plus conscientibus parcere, qui vera & falsa
 bus crimen remittunt: Dominus scilicet per ipsos Apo pœni. c. 19
 stolos Lazarum, quem iam suscitauerat, obtulit di- & ser. 8. de
 scipulis soluendum: ostendens potestatē soluendi es- verbis Dñi
 se cōcessam sacerdotibus. Quo etiam pertinet, quod & tract. 49.
 ihs, qui à lepra in itinere curatis sunt, prœceperat, vt in Ioan. &
 sacerdotibus se ostenderent, illorumq; iudicium subi cō. 2. i psal.
 rent. Cum igitur Dominus potestatē remitten- 101. Itē tra-
 di & retinendi peccata sacerdotibus tribuerit, per- ciat. 22. In
 spicum est, ipsos etiam ea de re iudices constitutos Ioā. & l. 50.
 fuisse. At, quoniam, vt sancta ^c Tridentina Syno- ho. 27. Luc.
 dus sapienter admonuit, de qualibet re verum iu- 17. Hier. in
 dicium fieri, atque in repetendis criminum pœnis c. 16. Mat.
 iustitiae modus teneri non potest, nisi plane cognita Chry. l. 3. &
 & perspecta causa fuerit, ex eo sequitur, vt pœni- sacer. Au. l.
 tentium confessione sigillatim peccata omnia sa- 2. de vīsi. in
 cerdotibus patefacienda sint. Hec igitur Pastores firmaorū: c. 4
 decobunt, que à sancta Tridentina Synodo decreta, c. Cō. Tri.
 sel. 14. c. 5.

† Dionys. ac perpetuo à catholica Ecclesia tradita sunt. Si Arco. epi. 8. enim Patres sanctissimos attente legimus, nusquam ad Demoph. non apertissima testimonia occurrent quibus Clemēs epi. 1. ad fratrē firmetur, hoc sacramentum à Christo Domino insti Domin. tutum esse, & confessionis sacramentalis legē, (quā Orig. ho. 1. illi exomologesin, & exagoreusin Græco vocabulo & 2. in Psal. appellant) tanquam Euangelicam accipiendam es- 37. Cypr. de laps. Leoep. se. Quod si etiam veteris testamenti figurās exqui- rimus: sine dubio ad peccatorum confessionem vi- 80. ad Epis. dentur pertinere varia illa sacrificiorum genera, per. Cāpa. Cyrilli. 2. in quae ad expianda diuersi generis peccata sacerdoti- Leuit. Ter- bus siebant.

tul. 1. de pœ † Sed quemadmodum confessionem à Domino nitēta. Hie Saluatore institutam esse fideles docendi sunt: ita re. in. c. 10. etiam monere eos oportet, quosdam ritus & solen- Eccl. Augu. ho. 41. & 50 nes cærimonias Ecclesiæ auctoritate additas esse: & ho. 12. ibi que etsi ad sacramenti rationem non spectant, eius dem. tamen dignitatem magis ante oculos ponunt, & co- De ritib. & fitentium animos, pietate accensos, ad Dei gratiam cærimonij ad Confessio facilius consequendam preparant. Cum enim aper- nē adhiben to capite ad pedes sacerdotis abiecti, demiso inter- dis. Dionys. ramvultu, supplices manus tendentes, aliaq; huius- ep. 8. ad De modi Christianæ humilitatis signa dantes, qua ad moph. Ter. sacramēti rationem necessaria non sunt, peccata cō in lib. de pœ sitemur, ex his perspicue intelligimus, tum in sacra- nit. Aug. lt. 2. devīlitat, mento cælestē vim agnoscendam tum à nobis diui- infirmorū. nam misericordiam summo studio requirendā, atq; c. 4. effigitandam esse.

Iam vero, nemo existimet confessionē à Domino quidem institutam sed ita tamen, ut eius usum necessarium esse non edixerit. Etenim sic statuant fidèles, oportere eum, qui mortali scelere premitur, confessionis sacramento ad spiritualem vitam reuocandum esse, quod quidem pulcherrima translatio- ne à Domino aperte significatum videmus: cum hu- 288. & 289. ius sacramenti administrandi potestatem, ^a clauem Cypria. de regni celorum appellavit. Ut enim lacum aliquem ingredi nemo potest sine eius opera, cui claves com- missae sunt: sic intelligimus neminem in celum ad- ad Corne- mitti nisi fore sacerdotibus, quorum fidei claves lium. Aug. Dominus tradidit, aperiantur. Aliter enim nullus li. 2. 1. cōtra plane clavium usus in Ecclesia esse videbitur: ac fru- stra is, cui clavium potestas data est, quempiam ca- li. aditū prohibebit, si tamen alia via introitus pa- tere queat. Hoc vero præclare à sancto Augusti- no cognitum est, cum inquit: ^b Nemo sibi dicat: oc- culte ago apud Dominum pœnitentiam: nouit Deus qui mihi ignoscat, quid in corde ago: ergo sine cau- fa dictum, ^c Quæ solueritis in terra: soluta erunt in celo ergo sine causa claves datae sunt Ecclesie Dei. Atq; in eandem sententiam sanctus Ambro- sius in libro de pœnitentia, scriptum reliquit, cum Nouatianorum hæresim conuelleret, qui soli Domi- no potestatem peccata remitti reseruandam asser- rebant: Ecquis Deum, inquit, magis veneratur, qui ne mandatis illius obtemperat, un qui resistit: Deus nobis

Cōfessionis
usus lapsis
ad salutē ne-
cessarius.

Basil. in re-
gulis bre-
vioribus. q.
288. & 289.

Cypria. de
lapsis. & l. 3
epi. 14. & l.
1. epist. 3.

Faustū Ma-
nic. c. 29. &
In psal. 66.

In psal. 37.
a. Matt. 16.
b. S. Au. I.
50 hom. 49.

Orig. ho. 2.
c. Mate. 18
S. Amb. II. 1
de pœnit. c. 2. 1. 100.

in T. 100.
ib. 100. 100.
ib. 100. 100.

nobis iussit, eius ministris obtemperare: quibus cum pareamus, honorem soli Deo deferimus, Sed cum minime dubitari possit, confessionis legē ab ipso Dño latet am & constitutam esse sequitur, ut videndum sit,
ætas confi- qui nam quo etatis & anni tempore ei parere debeat.
tentium.

Late. Conc. Primū itaq; ex Latera. Concilij canone, cuius initiu-
c. 21. est. Omnis utriusque sexus, perspicitur, neminem co-
fessionis lege adstrictum esse ante eam etatem, qua-
rationis usum habere potest. Neque tamen ea etas
certo aliquo annorum numero definita est: sed illud
uniuersè statuendum videtur, ab eo tempore confes-
sionem puero indictam esse, cum inter bonū &
malum discernendi vim habet, in eiusq; mentem dolus
cadere potest. Nam cum ad id vita tempus quisque
peruenerit, in quo de salute æternæ deliberandum est
tum primum sacerdoti peccata confiteri debet: cum
aliter salutem sperare nemini liceat, qui scelerū co-

Quoties & scientia premitur. Quo vero potissimum tempore
quando cō confiteri oporteat, eo canone, de quo antea diximus,
scđum. La sancta ecclesia decreuit: iubet enim semel saltem
te. Concl. c. quotannis fideles omnes peccata sua confiteri. Ve-
z. & Con. Tri. sels. 14. rum si quid salutis nostra ratio postulet, considere-
de p̄c̄nt. c. mus, profecto, quoties vel mortis periculum immi-
5. & can. 8. net, vel aliquam rem tractare aggredimur, cuius
a Cō. Tri. tractatio homini peccatis contaminato non conue-
sels. 13. de niat, veluti cum a sacramenta administramus aut
Eucharist. c. percipimus, toties confessio pretermittenda non est.
7. & can. 11. Atq; idem omnino seruare oportet: cum veremur, ne
nos

nos alicuius culpe, quam admiserimus, obliuio capiat: neque enim peccata confiteri possumus, quæ non meminimus: neque peccatorum veniam à Dominino impetramus: nisi ea penitentia sacramentum per confessionem deleat.

Sed quoniam multa in cōfessione obseruāda sunt quoruū alia ad sacramenti naturam pertinet, alianō ita necessaria sunt: de his accurate agendū erit. Ne que enim desunt libelli & cōmentarij, ex quibus facile est horū omnium explicationem de promere,) Il- luid autē in primis doceant Parochi, in confessione curandū esse, ut integra & absoluta sit. Et cni moni nū mortalia parata sacerdoti aperire oportet. Nā venialia, quæ nos à Dei gratia non diuellunt, & in que frequentius labimur, tametsi recte atque rati liter (quod piorū vsus demonstrat) confitentur, tamē sine culpa pratermitti, multisque alijs rationibus expiari possunt. At mortifera peccata, vt iam diuinus singula enumerāda sunt, quamuis etiā oculissime lateant, & eius generis sint, quæ à nobis tantum extremis Decalogi capitibus interdicuntur. Sepe enim euenit, vt ea grauius animam vulnerēt, quā illa, quæ aperte ac palente peccare homines solent ita vero à sancta Tridentina Synodo definitum, atque catholica Ecclesia semper traditum est, quem admodum sanctorum Petrum testimonia declarat. Est enim apud sanctum Ambrosiam in hunc modum: Non potest quis iustificari à peccato, nisi confe

tionib. & cir-

cūstāt jis ad confessio-

requisitis.

(Cōc. Tri-

sess. 14. d pē-

nit. c. 5. & cā-

clanus in pa-

rānes. ad pēnit. Aug.

in li. de vera

& falsa pē-

nit. c. 9. &

z. o. Itē. l. z.

c. 4. & c. 5. de

vīsitāt, infir-

mōrū Chry-

so. hō. 4. i. ad

pop: & 3. l.

ad Hebr.

a Tri. Syno-

sess. 14. ca. 5.

b. S. Amb. II.

de parad. ca

a Hier. sup confessus fuerit peccatum. S. etiā^a Hieronymus in illud. Eccle Ecclesiaste idē plane confirmat, inquit enim, si quē sia. 10. Si serpens Diabolus occulte momorderit, & , nullo con mordeat ser pens. &c.

scio, eū peccati veneno infecerit si tacuerit & pae nitentiā non egerit, nec vulnus suū fratri aut magistro voluerit cōfiteri, magister, qui lingua habet ad curandum, prodesse nō poterit. Præterea S. Cyprianus in sermone de lapsis apertissime hoc docet his verbis: Quamuis nullo sacrificij aut libelli facinore s. de lapsis cōstricti sint, quoniam tamen de eo cogitauerunt, iū circa finem. psum apud sacerdotes Dei dolenter confiteantur.

Denique hæc omniū Ecclesie doctorū cōmunis vox est: atque sententia: Sed in cōfessione summa illa cura & diligentia adhibēda est, quā in rebus grauiis ponere solemus, omneque studiū ita eo. confere

Cōc. Later. dū, ut sanemus animæ vulnera, & peccati radices sub Inno. 3. euellamus. Neque vero solum peccata gratia narrā

c. 21. Vuor do explicare oportet, verū etiā illa, que vnum quod matié. can. que peccatū circunstant, & prauitatē valde augent 25. Tridēt. vel minuant. Quædam enim circūstantiae adeo gra

ses. i. 4. de pœnit. c. 5. ues sunt, ut peccati mortiferi ratio ex illis tantum

Aug. lib. 1. Aug. lib. 1. constet, quare hæc omnia semper confiteri oportet.

de visit. in firmorum Si quis enim hominem interemerit, explicandū est,

c. 4. & . 5. Item lib. de vtrū ille sacris initiatus, an profanus fuerit. Itemq;

Item lib. de si cum muliere concubuit, matrimonij ne lege live-

ver. & falsa ra, aut alterius vxore, aut propinquā, aut alicuius voti sponsione Deo consecrata, aperiāt necesse est.

pœni. c. 14 & cap. 20. Hæc enim diuersa peccatorum genera constituunt,

ita

ut aut primum quidē simplex fornicatio, alterū adulterium, tertium incestus, quartū sacrilegium à deo. uniarum rerū doctoribus appelleretur. Furtū etiā in peccatis numerandum est: verum si quis aurum nūmū furetur, leuius omnino peccat, quem. is, qui centrum vel ducentos, vel ingentē aliquā auri vint, presertim vero, qui sacrā pecunia abſtulit. Quæ etiam ratio ad locum, & ad tēpus pertinet: quocum exempla notiora sunt ex multorum libris, quam ut à nobis cōmemoretur. Hæc igitur, ut diximus enumera ſunt: quæ vero prauitatem rei magnopere non augent, ſine crimine omitti poſſunt. Sed ad confessio

ne: adeo neceſſarium eſt, vt, (quod ante a diximus) Conc. Trid. integræ & abſoluta ſit, vt ſi quis dedit & aperga, alia feſt. 14. & pꝫ
quidē ex ijs, quæ explicari debent, pretermittat, & r. f. c. 5. Viſit alia vero tantummodo confeſteatur, non ſilentiæ ex ea co Aug. l. & ve
fēſtione is, cōmodum nullum cōsequatur, ſed etiā no ra & fallapę
uo ſeclere ſe obſtringat, neque eiusmodi peccatorū vi. ca. 15. &
enumeratio confessionis nomine, in qua sacramen Tert. in II.
tūratio inſit, appellanda eſt: quin potius paenitenti
confessionem repetere eſt neceſſe, ſequi ipſum illius
peccati regum facere, quod sacramenti ſanctitatem
ſimulatione confessionis violauerit. At vero ſi alia
de cauſa confessioni aliquid deſuſſe videatur, vel
quia paenitens nōnulla criminia oblitus fit erit, vel
quia conſcientia ſue latebras non ita accurate per
quisuerit, cum tamē illud in animo haberet, ut in
tegre peccata omnia conſiteret: nihil et opus erit

confessionē iterare:satis autē habebit, si quādo peccata, quæ oblitus erat in memoriam reducerit,eas sacerdoti alio tempore cōfiteri. In quo tamen animaduertendū est ne forte nimis dissolute & remisse conscientiā nostrā scrutari simus, adeoque negligenter peccata admissa memoria repetere. Auduerimus, vt ea ne recordari quidem voluisse merito videri possimus. Id enim si factū fuerit cōfessionē iterare omnino oportebit. Praterea curandum est , vt confessio nuda, simplex, & aperta sit, nō artificiose composita ut à nonnullis sit, qui potius vitæ sua rationem expōnere, quā peccata cōfiteri videntur. Ea enim confessio esse debet , quæ nos tales sacerdoti aperiāt, quales nos ipsos nouimus , certaque pro certis, ac dubiis pro dubijs demonstret. Quod si vel peccata nō recusentur: vel alieni à re, quā trattamus , sermones iriscerātur: perspicuum est, confessionē hac virtute carere. Vehementer etiā commendandi sunt, qui prudētiū & verecūdiam in explicādis rebus adhibēt. Neque enim nimis multis verbis agendū est, sed quæ ad cuiusque peccati naturam & rationē pertinent, breui oratione, quæ modestiam coniunctam habent, aperienda sunt. Illud vero tum cōfidenti, tum sacerdoti maxime elaborandum est , vt eorum sermo in cōfessione secreto habeatur. Quare fit, vt nemini omnino nō que per nūcium, neque per literas quoniā ea ratione nihil iam occulte agi potest, peccata cōfiteri liceat. Sed nulla res fidelibus ad eo cu-

Aug. II. d
lutarib⁹
do
cumentis. c

5.

a Aug. de
vera: & fal-
sa pœnit. c.

10.

beat, aperienda sunt. illud vero tum cōfidenti, tum sacerdoti maxime elaborandum est , vt eorum sermo in cōfessione secreto habeatur. Quare fit, vt nemini omnino nō que per nūcium, neque per literas quoniā ea ratione nihil iam occulte agi potest, peccata cōfiteri liceat. Sed nulla res fidelibus ad eo cu-
ra esse

esse debet, quā ut frequenti peccatorū cōfessione ani
mā studeant expiare. Etenim cum aliquis mortifero
scelere vrgetur, nihil ei magis salutare esse potest,
ob multa, quae impendent, vita pericula, quā statim
peccata sua cōsisteri. Nam, ut sibi quisque diuturnā
vitā spatiū polliceri queat, turpe profecto est, cum in
eluendis corporis, aut vestium fōrdibus tam diligē-
tes simus, non eadem saltē diligentia curare, ne ani-
mæ splēdor turpissimiis peccati maculis obsolecatē.

Sed iam de ministro huius sacramēti dicēdū est. Dr. legi-
timo & idem
Eum autem sacerdotem esse: qui ordinariam aut de-
legatā absoluendi potestatē habeat, ex Ecclesiasticis
sanctionibus satis appetit. Habeat enim oportet nō
solū ordinis verum etiā iurisdictionis potestatē, qui
hoc munere fungi debet. Illustre vero huius ministri
testimonii probent illa Dñi verba apud S. Ioan-
nē: Quoru[m] remiseritis peccata, remittuntur eis: &
quoru[m] retinueritis, retenta sunt. Neque enim omni-
bus sed Apostolus tantum h[ab]et dicta fuisse cōstat: qui
bus in hac functione sacerdotes succedunt, idq[ue] etiā
maxime consentaneum est. Nam cum omne gratiae
genus quae hoc sacramento tribuitur, à Christo capi-
te ad mēbra deriuatur: merito debent corpori Chri-
sti mystico, id est fideliibus illud administrare, qui so-
li verum eiusdem corpus conficiendi potestatem ha-
bent: cum præsertim fideles hoc ipso penitentie sacra-
mento ad sacram Eucharistiam sumendum apti
idoneiq[ue] reddantur. Verum quanta olim religione

geo confes-
sionis sacra-
mentalismi
ministro.

a Ioan. 26.

Cōf. Trī sc̄.
fā de p̄mī.
c. 6. & ca. 10
Flor. Itē La-
terā, sub In-
nocen. III.
8. ri. Basiliā
regalis bre-
vi. q. 288.
q. quæst. 2.
& capitū. Si

Episco. in. 6 in antiquissima Ecclesia ius ordinarij sacerdotis cō-
 Cō. Tri. sc. seruatū fuerit, ex veteribus Patrum decretis facile
 14. de pe- intelligitur: quibus cantū est, ne quis Episcopus, aut
 ni. ca. 7. & sacerdos in alterius parochia aliquid gerere aude-
 Late. 1. 2. ret, sine eius auctoritate, qui illi p̄cesset, aut nisi
 magna necessitas cogere videretur. Ita vero ab Apo-
 stolo sanctū est cum Tito pr̄cepit ut in singulis ciui-
 tatis fātibus sacerdotes constitueret: qui scilicet doctrina
 & sacramentorum celestī p̄abulo fideles alerent &
 Tit. 1. educarēt. Quāquā si mortis periculum imminet, &

Trid. Syno. ses. 14. c. 7. proprijs sacerdotis facultas non datur: ne hac occasio

Idoneus ne aliquis pereat, in Ecclesia Dei custoditū fuisse, Cō
 cōfessionis ciliū Tridentinū docet, vt vnicuiq; sacerdoti liceret,
 minister q̄s nō solū omni peccatorū genere, cuiuscumq; potesta-
 sit Aug. de tis sit, illa condonare, sed etiam ab excommunicatio-
 vera & falsa nis vinculo soluere. ¶ Iam preter ordinis & iurisdi-
 pcent. c. 20. & de salutē cōfessionis potestatem, que prorsus necessaria sunt, in
 ri. documen primis opus est, vt huius sacramenti minister tum
 tis. c. 52. scientia & eruditione, tum prudentia p̄editus sit.

¶ Aug. lib. 20. de cōf. Iudicis^a enim & medici simus personam gerit. Ac

ta. Det. c. 9. quod ad primum attinet, satis constat, non vulga-
 b. Orig. ho. rem scientiam necessariam esse, qua & peccata inue-
 g. & 1. in stirare, & ex varijs peccatorum generibus, qua gra-

psal. 37. uia, qualemia sint pro cuiusque hominis ordine &

S. Basili. in re gul. brevio genere iudicare possit. Ut autem^b medicus est sum-

tib. q. 129. ma quoque prudētia indiget. Etenim diligenter pro-

& Cō. Late. uidendum est, vt ea remedia aegroto adhibeantur,

q̄a ad illius animam sanandū, & in posterum con-

tra morbi vim maniendam aptiora esse videantur. Ex quo poterunt fideles intelligere, cuius maximo studio curandum esse, ut eum sibi sacerdotem deligat, quæ vita integritas, doctrina prudens iudicium contineat: qui & quantū in eo officio, cui praest, pōderis ac momenti sit, & quæ cuic, sceleri pœna conueniat, & qui vel soluendi vel ligandi sint, optime nouerit. Sed quoniam nemo est, qui non vehementer cupiat scelerem & turpitudinem suam occultari: monendi sunt fideles nihil esse, quod timeant, ne ea, qua ipsi confessio patescerint, a sacerdote ulli ymaginam indicentur, neue aliquid ex ea periculi genus sibi ullo tempore creari possit. Sacrae enim sanctiones grauissime in eos sacerdotes animaduerti voluerunt, qui peccata omnia quæ aliquis eis confessus fuerit, perpetuo & religioso silentio cōpressa non tenuerint. Quare in Concilio Lateranensi magno ita legimus. Cauat omnino sacerdos ne verbo, vel signo, vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem.

Sed iam ordo rerum postulat, cum de ministro dictum sit, ut quedam præcipua capita explicitentur, quæ ad confessionis usum & tractationem non pertinet, sunt accommodata. Magna enim fidelium pars, quibus vulgo nihil longius videri solet, quam ut dies illi, qui Ecclesiastice lege confessioni presertim sunt, effluant: tantum absunt à Christiano perfectione, ut vix peccatorum suorum meminerint, quæ sacerdoti patescienda esse, nodum car-

Ex Leone
papa episto.
80. Concil.
Lat. c. 21.

nitibus ad cōfessionē ve
re pœniten
tis necessa
rijs.

terā diligēter curēt, que ad diuinā gratiā concilian
dā vim habere maximā perspicuum est. Quare cū illa
rum saluti omni studio succurrendum sit: hoc pri-
mum sacerdotes in paenitente diligenter obseruabunt
si veram peccatorum suorum contritionem habeat,
certumq; illi sit ac deliberatum, in posterū m̄ a pecca-
tis abstinere. Quod si ita animo affectū esse animad-
uerterint, moneant, & vehementer hortetur, vt pro-
tanto & tam singulari beneficio maximas gratias
Deo agas, ab eoq; celestis gratiae pr̄sidium petere
nunquam desinat: quo munitus ac tectus facile po-
terit prauis cupiditatibus resistere ac repugnare.
Docendus est etiam, vt nullum patiatur esse diem,
quin aliquid de passionis Domini nostri mysterijs
meditetur, ad eumq; imitandum, & summa chari-
tate amandum ipse se exciter atque inflammet. Hac
enim meditatione assequetur, vt ab omnibus demo-
nistationibus in dies se tuioresse esse sentiat. No-
que enim villa alia est causa, cur tam cito vel levi-
ter ab hoste impugnati, animo & viribus succumba-
mus, quam quod ex cœlestium rerum meditatione
divini amoris ignem concipero non studemus, qua-
mens recreari atque erigi posset. Sin autem sacer-
dos intellexerit eum, qui velit consiteri, adeo pec-
cata sua non dolere, vt vere contritus dicendus sit:
conetur magno contritionis desiderio cum afficere,
vt deinde huius præclaræ doni cupiditate incensu-
illad a Deo misericordiam petere & efflagitare in
animum

animum inducat. In primis autem reprimenda est quo runda superbia, qui scelerata sua excusatione aliqua vel defendere, vel minora facere nituntur. Nam ex eiuspli causa, cum aliquis fateatur se ira vehementius commotum fuisse, statim huius perturbationis causam in alium confert, a quo prius sibi iniuria facta esse queritur, Mouendus itaque est, hoc elati animi & hominis peccati sui magnitudinem vel despicientis, vel plane ignorantis signum esse: tum vero eiusmodi excusationis genus, ad augendum potius, quam minuendum peccatum pertinere. Num qui ita factum suum probare contendit hoc videtur profiteri, se tunc patientia usurum esse, cum a nemine iniuria ledetur, quo quidem nihil homine Christiano indignius esse potest. Etenim cum illius vicem dolere maxime debuerit, qui iniuriam fecit: tamen peccati prauitate non commouetur, sed fratri irascitur, ac, cum ei proclara occasio oblatâ fuerit, ut Deum patientia colere, & fratrem mansuetudine sua corrigerem posse, salutis materiam ad perniciem suam conuertit. Pernicio-sior autem est illorum culpa existimanda, qui stulta quadam verecundia impediti, peccata confiteri non audent. Iis igitur hortando animos addere oportet: monedique sunt, nihil esse, quod vicia sua apparire vereantur: nullique mirum videri debere si intelligat homines peccare qui quidem communis est omnium morbus, & in humanam imbecillitatem proprie cedit. Alij sunt, qui vel quod raro peccata confi-

seri solent vel quod iullim curā & cogitationem in peruestigandis suis sceleribus posuerunt, nec cōfessione expedire, nec vnde eius officij initium ducentum sit satis sciunt: quos certe acrius obiurgare opus est, atque in primis docere, prius quā ad sacerdotē aliquis aleat, omni studio curandum esse, ut peccatorū suorū contritione commoueatur; id vero prestatī nullo modo posse, nisi ea reminiscendo singularum recognoscere studeat. Quare, si sacerdos huīusmodi homines prossimū imparatos esse cognoverit, humanissimis verbis assē dimittet, hortabitur que, vt ad cogitālia peccat, & aliquid spatiū sumat, ac deinde reuertantur. Quod si forte affirauerint: se in eā rē omne studiū & diligentiam suā contulisse (quoniā sacerdoti maxime verēdum est, ne semel dimisi, amplius nō redeat) audiēdi erūt, præsertim vero si emendandae vitæ studiū aliquod p̄ se ferat, adducique possint, vt negligentiam suam accusent, quam se alio tempore diligenti, & accurata meditatione compensaturos promittant: in quo tamen magna cautio adhibenda est. Si enim, audit a confessione iudicauerit, neque in enumerandis peccatis diligentiam, neque in detestandis dolorem p̄ueniti omnino defuisse, absoluī poterit: sin autem virum que in eo desiderari animaduertitur: author illi & Iusor erit, vt maiorem curā quod antea dictum est in exsutienda conscientia adhibeat, hominēque, vt blandissime patet, tractatū dimittet. Sed quoniā inter

interdum contingit, ut mulieres alicuius sceleris in priori confessione oblite, iterum ad sacerdotem non audeant redire, quod vercantur, ne vel in suspicione magna improbitatis populo veniant, vel singularis religionis laude querere existimentur: sepe tamen publice, tamen priuatim docendum est, neminem tantam memoria esse, qui omnia sua facta, dicta, & cogitata meminisse queat: quapropter fideles nullum re deterre dos esse, quo minus ad sacerdotem reuertatur, si in memoriis alicuius criminis redierint, quod ante a fuerit pretermissum. Hec igitur, atque alia huius generis multa in confessione a sacerdotibus obseruanda erunt.

De satisfac-

tione tercia

penitentiae

parte, & pri-

ma quid

ca sit.

Nunc ad tertiam paenitentiae partem, que satisfactio appellatur veniendum est. Primum itaque pars, & pri- satisfactionis nomen & vis exponenda est. Hinc inum quid enim catholicæ Ecclesiæ hostes amplam occasionem disidij & discordie cum maxima Christi eni populi pernicie arripuerunt. Est autem satisfactio, rei debitæ integræ solutio: nam quod satis est, ei nihil videretur de esse. Quare cum de gratia reconcilia- tione loquimur, id est satisfacere significat, quod alteri tantum prestare quantum irato animo ad vilescedam iniuriam satis esse possit: atque ita satisfactio nihil aliud est, quam iniurie alteri illatae compensatio. Quod autem ad hunc locum pertinet, satisfactionis nomen diuinorum rerum doctores ad declarandam eam compensationem usurparunt, cum homo pro peccatis commissis Deo aliquid per-

soluit. Quo in genere quoniam multi gradus esse pos-
sunt, hinc sit, ut satisfactio varie accipiatur. Ac pri-
ma quidē & præstantissima illa est qua pro scelerum
nōstrorum ratione etiā si Deus summo iure no-
biscū velit agere, quidquid à nobis debeatur, cumu-
late per se lutum est. Hæc vero eiusmodi esse dicitur,
qua nobis Deum propitium & placatum reddidit;
et que vni Christo Dño acceptā ferimus: qui in cru-
ce pretio pro peccatis nostris soluto plenissimè Deo
satisfecit. Neque enim illa res creat a tanti esse po-
tuit, que nostra graui debito liberaret, atque ut S.
Ioan. testatur, Ipse est propitiatio pro peccatis no-
stris, nō pro nostris autem tantū, sed etiā pro totius
mūdi. Hæc igitur plena & cumulata est satisfactio
scelerum omnium rationi, que in hoc seculo cōmissa
sunt, pariter, equaliterque respondens: cuius pon-
dere hominū actiones apud Deum plurimum valēt,
ac sine eo nulla prorsus estimatione digna haberentur. Atque huc Davidis verba videtur spectare: qui
post quā secū ipse reputans, illud protulisset. Quid
retribuā Dño pro omnibus, que retribuit mihi? ni-
bil præter hæc satisfactionem, quā calicis nomine ex-
pressit, dignū tot, tantisq; beneficijs inuenire potuit.
Quare subiecit Calicē salutaris accipiā, & nomen-
Dñi inuocabo. Alterū satisfactionis genus, quo &
canonica appellatur, & certo temporis spatio desi-
nita perficitur. Quare antiquissimo Ecclesiæ vsu
receptum est, ut cū paenitentes à peccatis soluūtut.

I. Ioan. 2.

Psal. 115.

paena

peccata aliqua eis irrogetur: cuius pena solutio, satisfactio vocari consuevit. Eodem vero nomine quodlibet etiam pena genus significatur, quam pro peccatis non quidem a sacerdote constitutam, sed sponte nostra susceptam atque a nobis ipsis repetitam, sustinemus. Verum hec ad paenitentiam, ut sacramentum est, minime pertinet: sed illa tantum sacramenti pars censenda est, quam diximus ex precepto sacerdotis Deo pro peccatis dependit hoc adiuncto, ut statutum cum anno & deliberatum habeamus, peccata in posterum omnino studio vitare. Ita enim nonnulli desinierunt:^a Sa. a. Ansel. l. 3 tisfacere, est Deo debitum honorem impendere. Quod autem nemo debitum honorem Deo possit tribuere, Cur Deus homo. c. 11 nisi qui peccata omnino vitare constituat, satis appetit.^b Et satisfacere, est causas peccatorum excidere & eorum suggestioni aditum non indulgere. In qua cle. dogma sententiam alij assenserunt, satisfactionem esse purgationem, qua cluitur, quidquid sordidum propter peccati maculam in anima refedit, atque a paenitente pore desinitis, quibus tenebamur, absoluimur.

Quia cum ita sint facile erit fidelibus persuadere quam necessarium sit, ut paenitentes in hoc satisfactionis studio se exerceant. Docendi enim sunt duo esse, quae peccatum consequuntur, maculam, & penam: ac quamuis semper culpa dimissa, simul etiam mortis aeternae supplicium apud inferos constitutum condonetur, tamen non semper contingit, Trid. Syno, quemadmodum a Trident. Synodo declaratum est, ut

Dominus

- sel. 14. c. 8. Dñs peccatorum reliquias & pœnam certo tempore
& ca. 12. definitam que peccatis debetur, remittat. Cuius rei
perspicua sunt exempla in sacris literis, Genesis ter-
tio capite: Num. xij. & xxij. & alijs permultis locis:
Nō semper dimissa cul-
pa remitti-
tur & pœna
omnis.
Gen. 3. sed illud Dauidis clarissimum, & maxime illustre
intuemur: cui et si Nathan dixerat: Dñs quoque trā-
stulit peccatū tuū, nō morieris, is tamē gravissimæ
pœnas vltro subiit, Dei misericordiam his verbis dies
noctesq; implorans: Amplius laua me ab iniquitate
mea, & à peccato meo munda me, quoniam iniqui-
tatem meam ego cognosco, & peccatum meū cōtra
2. Reg. 12. me est semper. Quibus verbis illud petitum est à Do-
minio, vt non solum crimen, sed pœnam etiam cri-
mini debitam condonaret, atque à peccati reliquijs
14. & 20. purgatum, in pristinum decoris & integritatis sta-
2. Reg. 12. tum restitueret. Atque hæc cum summis precibus
videatur &
ca. 24. Psal.
50. peteret, eum tamen Dominus, tum filij ex adulterio
suscepti, tum Absalonis quem vnicē diligebat, defe-
ctione & morte multa uit, alijsq; pœnis & calami-
Exod. 32. tatibus affecit, quas illi antea intentarat. In Exodo
etiam, et si Dominus Moysis precibus exoratus, po-
pulo idololatria & pepercerat, tamen minatus est se tan-
d. Aa. in. l. ti flagitijs graues pœnas repetiturum esse, ipseque
de vera & Moyses testatus est fore, vt illud Dominus severissi-
falsa pœn. c. me in tertiam & quartam usque generationem ul-
18. & li. 22. cisioveretur. Hæc vero à sanctis d. Patribus in Eccle-
cont. Eust. e. 67. Gie. l. si catholica semper tradita esse ipsorum authori-
4. Moral. tate aperiissime comprobatur. Verum qua de cau-
sa

sa factū sit, vt pœna omnis pœnitentie sacramento, ca. 22. & II.
 eque ac baptismo nō cōdonetur preclare à sancta a 3.ca. 27.
 Tridētina Synodo explicatum est his verbis: Diuina Aug. tract.
 institutio ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gra- 124.in Ioā.
 tiā recipiatur, qui ante baptismū per ignoratiā de- & lib. 2. de
 liquerint aliter vero, qui semel à peccati & demo- pec. mer. &
 nis seruitute liberati & accepto Spiritus sancti do- remi. ca. 34
 no, sc̄iētes tēplū Dei violare, & Spiritum sanctū & in Enchit.
 contristare nō formidauerint. Et diuinā clemētiā de- c. 66.
 cet, ne ita nobis absque vlla satisfactione peccata dī a Tri. Syn.
 mittātur, vt occasione accepta peccata leuiora putā sess. 14.c. 8.
 tes, velut iniuriū & contumeliosi Spiritui sancto in b 1.Cor. 3
 grauiora labamur, d thesaurizātes nobis irā in die d Roma. 2
 ira. Proculdubio enim magnopere à peccato reuo-
 cant, & quasi frēno quodū coercēt hæ satisfactoria
 pœna, cautiōresq; & vigilantes in posterum pœ-
 nitentes efficiunt. Accedit, vt tanquam testificatio-
 nes quædam sint doloris, quem ex peccatis commissis
 capimus: qua ratione Ecclesie fit satis, que nostris
 sceleribus grauiter offensa est. Nam, vt sanctus Au- S. Aug. En-
 gustinus ait: Cor contritum & humiliatum Deus chi. c. 65.
 non spernit. Verum quia plerumq; dolor alterius cor
 dis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam
 per verba, vel alia quæcumq; signa procedit, recte ab
 q; qui Ecclesiæ presunt, tempora pœnitentie consti-
 tuuntur, vt Ecclesiæ, in qua ipsa peccata remittun-
 tur, satis fiat. Præterea pœnitentie nostræ exempla
 alios docent, quomodo ipsi vitam instituere, & pie-
 tatem

tatem sequi debeant. Cum enim pœnas nobis pro peccatis irrigatas ceteri homines intuerentur, & summa cautionem sibi in omni vita adhibendā, & mores pri-

Aug. II. 50. stinos corrigendos esse intelligunt. Quare sapientissimi hominum*litterarū* me illud ab Ecclesia obseruatū est, ut cum ab aliquo

hom. 49. & publice flagitium commissum esset, publica etiā pœnitentia ei indicaretur: ut ceteri timore perterriti,

50. ca. 11. Et h[ic] de vera & falsa deinceps peccata diligentius vitarent: quod etiam in occultis criminibus, quae graviora essent, interdū fieri solitum erat. Sed ut diximus, in publicis hoc per-

petuum fuit, ut qui ea commiserant, ante quam publicam pœnitentiā suscepissent, non absolverentur. Interim vero Pastores pro illorum salute Deum roga-

bant, atque ut ipsi etiam pœnitentes idem facerent,

Paulinus in vita Ambr. eos hortari non desinebant. Quo in genere summa fuit sancti Ambrosij cura & solicitude: cuius lacry-

sub finem. mis fertur quamplurimos, qui duro animo ad pœnitentia sacramentum accesserant, ita mollitos esse, ut vere contritionis dolorem coceperint. Verum postea

tantum de veteris discipline severitate remissum est, atque ita charitas refrixit, ut iam pleriq[ue] ex fidelibus, ad peccatorum veniam impetrandam, nul-

lam intimum animi dolorem atque gemitum cordis necessarium putent, sed illud satis esse arbitren-

tur, si speciem tantum dolentis habeant. Deinde vero huiusmodi pœnarum perpessione consequimur,

a Heb. 2. ut capit[is] nostri Iesu Christi, in quo ^a passus est ipse

& tentatus similitudinem & imaginem geramus.

Nihil

Nihil enim tam deformē videri potest (vt à S.Ber. D. Bern. see
dictū est) quā sub spinoso capite delicatum esse mē- 5.de omni-
brum. Nā teste ^a Apostolo: o, coheredes sumus Chri- bus sanctis.
sti: si tamē cōpatimur: & (quod ^b alio loco scripsit) ^a Rom. 8.
si cōmortui sumus, & conuinemas: si sustinebimus,
& cōregnabimus. D. etiā Bernar. duo affirmat in D Bern. in
peccato reperiri, maculā anima, & plagam, ac tur- serm. de cō-
pitudinē quidē ipsam Dei misericordia tolli: verū sa na domī-
nandis peccatorum plagi valde necessariam esse eā
cūrā, qua in remedio pānitentiae adhibetur. Quem
admodum enim, sanato vulnere, cicatrices quādam
remanent, que & ipsae curanda sunt, ita in anima
culpa condonata, super sunt reliquiae peccatorum D.Chry.ho.
piergande. Idem plane D. Chrysosto. sententia con- 80.ad popu-
firmat, cum ait: Non satis est sagittam ē corpore Antioch. &
extrahi, sed plaga quoque à sagitta inflicta sanāda hom. 10. in
est: sic etiam in anima post accept. ī peccati veniā pā- Matthæ.
nitentia curanda est, plaga relicta. Frequentissime
enīm à S. August. docemur, duo hec in pānitentia S.August.in
animaduertēda esse, Dei misericordiam, & iusticiā: psal. 50. ad
misericordiam, qua peccata & pānas eternas illi ver. ecce en-
debitas condonat: iusticiam, qua pānis tēpore defini- nim veritā-
tis hominem punit. Postremo, † pānitentia pāna à tē dilexit. t Greg.li.4.
nobis suscepta Dei animaduersionem suppliciā, in Moral.c.2.
nos constituta ante euertit. Ita enim docet Apostolus,
cū ait: Si nos metipos diūdicaremus, nō utique iudi- 1. Cor. 11.
caremū: dū iudicemur autē à domino corripimur. Que cum file-
libiis

libus explicata fuerit, vix fieri poterit quo minus ad pœnitentia opera maxime excitantur.

Satisfactio
nostra quid.
eficiat.

Eius autem quantavis sit, ex eo colligitur, quod tota Christi Dñi passionis merito pendet. A quo etiam honestis actionibus duo illa maxima bona consequimur. Alterum est, ut immortalis gloriæ premia mereamur: ita ut calix etiā aquæ frigidæ quæ in nomine dederimus, mercede non careat: alterum, ut pro peccatis nostris satisfaciamus. Neque vero id perfectissimam & cumularissimam Christi Dñi satisfactionem obscurat: sed illud potius contra euenit, ut nullo clariore & illustriore reddat. Eo enim copiosior Christi gratia videtur esse, quod non solum ea nobiscum comunicantur, quæ ipse solus sed illa etiā, quæ tamen quæ caput in membra suis sanctis, & iustis hominibus promeruit, ac persoluit: quæ ratione fieri perspicuum est, ut iusta & honesta piorum actiones tantum ponderis & dignitatis habeant. Christus enim Dominus tanquam caput in membra, & vitis in palmis: gratiam suam in eos, qui sibi per charitatem coniuncti sunt, continententer diffundit. Quæ quidem gratia bona opera nostra semper antecedit, conicitatur & consequitur, & sine qua mereri, & satisfacere Deo nullo modo possumus. Atque ita sit, ut Iesus nihil deesse videatur, cum operibus, quæ Dei virtute efficiunt, & diuinæ legi pro humana mortalique conditione satisfacere, & vitam eternam, quam scilicet si Dei gratia ornati è vita decesserint, conse-

C. Trid
less. b.c. 16.

quen-

quæetur, mereri, possint. Notæ est enim illa Saluatoris vox. Qui uitem biberit ex hac aqua, quæ ego dabo ei, non siter in aeternū: sed aqua, quam ego dabo ei, sicut in eo fons aquæ salientis in vitam aeternam.

Sed duo præcipue in satisfactione requiruntur. Primum est, ut is, qui satisfacit, iustus sit, ac Dei amicus. Opera enim, que sine fide & charitate sunt, nullo modo Deo grata esse possunt. Alterum, ut eiusmodi opera suscipiantur, que natura sua dolorem & molestiam afferat. Cum enim præteriorum scelerum compensationes sint, atque (ut sanctus martyr Cyprianus ait,) redemptrices peccatorum omnino necesse est, ut aliquid acerbitatis habeant. Quanquam non semper illud consequitur, ut qui se in illis molestis actionibus exercent, doloris sensum habeant. Sepe enim vel patiendi consuetudo, vel accensa in Deum charitas efficit, ut, quæ per se grauissima sunt, ne sentiantur quidem. Neque tandem idcirco sit, quo minus ea ipsæ opera satisfactionis vim habeant. Siquidē hoc proprium est filiorum Dei, ita eius amore & pietate inflamari ut acerbissimis laboribus cruciati, aut nibil fere incommodi sentiant, aut omnia letissimo animo perferant. Verū omnes satisfactionis genus Pastores docebunt ad bac tria præcipue conferendum esse, orationem, cœlestiali eleemosynam: quæ quidem tribus bonis animæ corporis & ijs, quæ externa commoda.

Ench. c. 70. Cypr. Inser. de oper. & eleemosynis.

T da d Au. ex hō.
s o. c. i. 5. & in

Ioan. 4.

Quæ ad veram satisfactionem requirantur.

S. Cypr. II. 1.

epist. 3. post medium habet similem sententiam a Hier. epि. 27. in epita.

Paulæ ad eu

stoch. Amb. I. 1. de penit.

ca. 16. & ad virg. lap. c. 8

Euseb. Emi.

hō. 5. ad mo

nach. & hō.

io. Theodo.

in epito di-

uino. decr.

ca. de penit.

Chrysl. hō.

42. ad pop.

Cypr. de la

pis &c. I. 1

epi. 2. & I. 3.

epi. 14. cap.

Amb. 4. de

penit. c. 16.

da dicuntur, quæ omnia à Dco accepimus, respon-
dent. Nihil vero aptius & conuenientius ad extir-
al. Ioan. 2. pandas omnium peccatorum radices esse potest. Nā
cum^a omne, quod est in mundo, concupiscentia car-
nis sit, aut concupiscentia oculorum, aut superbia
vitæ: nemo non videt, hisce tribus morbi causis to-
tidem medicinas, priori scilicet ieunium, alteri e-
leemosynam, tertie orationem rectissime opponi.
Præterea, si eos etiam, qui peccatis nostris offendun-
tur, spectemus, facile erit intelligere, cur ad hac
tria potissimum omnis satisfactio referatur. Hic ve-
ro sunt, Deus, proximus, nos ipsi. Quare Deum ora-
tione placamus: proximo eleemosyna satisfacimus:
nos ipsos vero ieunio castigamus. Sed quoniam mul-
ta varie que crumnae & calamitates, dū in hac vi-
ta sumus, nos premunt: illud maxime fideles docēdi
sunt, eos, qui patienti animo, quidquid laboriosi
& incomodi Deus immiserit, ferant, amplam satis-
faciendi & merendi materiam nactos esse: qui au-
tem inuiti & repugnantes pœnam huiusmodi susci-
neant, omni satisfactionis fructu priuari, sed Dei
tantum peccata iusto iudicio vlciscēntis, animad-
uerionem & supplicium perferre. In eo vero sum-
ma Dei bonitas & clementia maximis laudibus &
gratiarum actionibus prædicanda est, qui humanae
imbecillitati hoc condonauit, vt unus posset pro al-
tero satisfacere. Quod quidem huius partis pœni-
tentia maxime proprium est. Ut enim, quod ad con-
tritio-

tritionē & confessionē attinet, nemo pro altero dolere aut confiteri potest: ita, qui diuina gratia prædicti sunt, alterius nomine possunt, quod Deo debetur Galat. 6, persoluere. Quare sit, ut quod ē pacto alter alterius onera portare videatur. Nec vero de hoc cniquam fideliū dubitādi locus relictus est, qui in Apostolorum symbolo sanctorū cōmunionē consitemur. Nam cum omnes eodē baptismo abluti Christo renascamur, eo rūndē sacramentorū participes sumus, in primis vero eiusdē corporis & sanguinis Christi Domini cibo & potu recreemur: hoc apertissime demonstrat, nos omnes eiusdem esse corporis mēbra. Quemadmodū igitur, neque pes suā tantū, sed etiā oculorum utilitatē causa munere suo fungitur: neque rursus, quod oculi videant, ad illorū propriam, sed ad cōmūnem omnium membrorū utilitatem referendū est: ita cōmūnia inter nos satisfactionis officia existimari debent. Neque tamen id sine vlla exceptione verū est, si commoda omnia quæ ex ea capiuntur, spectemus. Nam satisfactionis opera, medicinæ etiam & curationes quedam sunt, quæ pœnitenti ad sanandos prauos animi affectus prescribuntur: quo quidem utilitatis fructu eos, qui per se non satisfaciunt, prorsus carere perspicuum est. Hæc igitur de tribus pœnitentia partibus, contritione, confessione, & satisfactione copiose & dilucide explicanda erunt.

Sed illud in primis à sacerdotibus obseruari aper tet, ut audit a peccatorum confessione, ante, quam

pœnitentem à peccatis absoluant, diligenter curen^t, ut si quid ille forte de re, aut de existimatione proximi detraxerit, cuius peccati damnandus merito esse videatur, cumulata satisfactione compenset. Nemo enim absoluendus est, nisi prius, quæ cuiusq^j fuerint, restituere pollicetur. At quoniam multi sunt,

- Ephes. 4. quibus et si prolixè pollicentur se officio satis esse facturos, tamen certum est ac deliberatum nunquam da satisfactione quid spectadū sa cerdotibus.
- Cō. Tri. ses. operando manibus suis quod bonum est, vt habeat i4. c. 8. Cyp. unde tribuat necessitatē patienti. † In interroganda in ser. delap autem satisfactionis pœna, sacerdotes nihil sibi suo si. Ambr. ad arbitratu statuendum esse, sed omnia iustitia, prud. virg. lapsa. c. 8. & lib. 1. dentia, & pietate dirigenda existimabunt. Atq^j, vt de pœn. c. 2 hac regula peccata metiri videantur, & pœnitentes Concil. 3. scelerum suorum grauitatem magis agnoscat: ope Cartha. ca. ræ pretiū erit interdū eis significare, quæ pœna qui 31. & Car busdam delictis ex veterum canonum prescripto, tha. 4. c. 74. qui pœnitentiales vocantur, constitutæ sint. Igitur Aphrican. ca. 10. Vi vniuersis satisfactionis modum, culpa ratio tempera deatur & bit. Sed ex omni satisfactionum genere maxime cō causa. 26. q. uenit pœnitentibus præcipere, vt certis aliquot & de 7. c. tépora finitis diebus orationi vacent ac pro omnibus, & præ cū sequent. sertim pro ys, qui ex hac vita in Domino decesserūt, Et de cons. dist. 4. c. de preces Deo faciant. Hortari vero etiam eos oportet, pœni. vt sèpe eadem satisfactionis opera, à sacerdote indi- cta,

et a, vltro suscipiat, ac repetant: atque ita mores suos componant: vt ijs omnibus, que ad pœnitentie sacramentum pertinent, diligenter absolutis, tamen virtutis pœnitentie studia nunquam intermittant. Quod si interdum etiam ob publicam offensionem, publica pœnitentia præscribenda fuerit, quāuis eam pœnitens refugiat ac deprecetur, non erit facile audiendus: verum persuadere ei oportebit, vt que tum sibi, tum alijs salutaria futura sunt, libenti & alacri animo excipiat.

Hæc de pœnitentie sacramento, singulisq; eius partibus ita docenda erunt, vt non solum ea fideles perfecte intelligant, sed etiam iuuante Domino, re ipsa pie & religiose prestare, animum induant.

D E E X T R E M Æ

Vnctionis Sacramento.

CVM sancta scripturarum oracula ita doceat: Eccles. 7.
In omnibus operibus tuis memorare nouissimataua, & in æternum non peccabis: tacite Propheta admonentur, nullum tempus prætermittendum esse fidem populum cohortandi, vt in assidua mortis meditatione versetur. Quoniam autem extrema vnctionis sacramentum non potest supremi illius diei memoriam coniunctam non habere, facile intelligitur de eo sepe agendum esse, non solum ob eam causam, quod illarum rerum mysteria, qua-

ad salutem pertinent, aperire & explicare maxime conuenit, sed etiam, quia fideles, moriendi necessitatem omnibus propositam esse, animo repetentes prauas cupiditates coercebunt. Quare siet, ut in ipsa mortis expectatione minus se perturbari sentiant, sed immortales Deo gratias agant, qui, ut baptismi sacramento aditum nobis ad veram vitam patefecerit, ita etiam, ut ex hac mortali vita decedentes, expeditiorem ad calum viam haberemus, extrema vunctionis sacramentum instituit. Ut igitur, que ad huius sacrae eam explicationem magis necessaria sunt, eodem se mente. re ordine, qui in alijs sacramentis seruatus est, exponantur, primum illud tradendum erit, hoc sacramentum idcirco extremam vunctionem appellatum esse, quod hec omnium sacrarum vunctionum, quae

Iacob. 5.

Videatur

Petrus Da-

mnia. in ser.

1. in Dedi-

ca. Ecclesie.

Beda in c. 5

Iacob. Chry-

so. l. 3. de fa-

cerd. Cyril.

1. 2. in Leui.

Theophila.

in c. 6. Mar.

& Beda ibi-

dé. Aug. ser.

215. detem.

Dominus Saluator noster Ecclesie sue commendauit, ultima administranda sit. Quare hec ipsa vunctionis infirmorum, & sacramentum exenitium dictum est, quibus vocabulis fideles in memoriam nouissimi illius temporis facile redire possunt. Quod autem extremæ vunctioni propriæ sacramenti ratio conne-
natur, in primis explanandum est. Id vero perspicuum fiet si verba, quibus sanctus Iacobus Apostolus huic sacramenti legem promulgavit, attendamus. Instru-
matur quis in vobis? inquit: Inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit, infirmum & alle-

& alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei: Nam quod peccata condonari Apostolus affirmat, in eo declarat sacramenti vim & naturam. Hanc vero catholica Ecclesiae de extremaunctione perpetuam doctrinam fuisse, cum^a a-
lia plura Concilia testantur, tum^b à Tridentina
Synodo hoc ita declaratum est, ut in eos omnes a-
nathematis pœnam constituerit, qui aliter docere tiē conc.cā.
aut sentire audeant. Ac^c Innocentius quoque pri-
mus hoc sacramentum fidelibus maxime commen-
dat. Constanter itaque docendum est à Pastoribus,
verum sacramentum esse: nec plura, sed vnum, b Trid.Syn
quamvis per plures unctiones administretur, qua-
rum singulis propriæ preces ac peculiaris forma
adhibenda est. Vnum vero est non partium con-
tinuatione, quæ diuidi non possint, sed perfectio-
ne cuiusmodi sunt cetera omnia, quæ expluribus
rebus constant. Nam quemadmodum domus, quæ
ex multis & diversis rebus composita est, vna tan-
tum forma perficitur: ita huc sacramentum, et si
expluribus rebus & verbis constituitur, vnum ta-
men signum est, & vnius rei, quam significat, efficiē-
tiam habet,

(Docebunt præterea Parochi, quæ sint huius sacramenti partes, elementum, inquam, & verbum. Hec enim à sancto Iacobo pretermissa non sunt: in quibus singulis sua mysteria licet animadherere. Eius igitur elementū, siue materia, quemadmodum

^a Conc.Flo.
& Cōst.ses.
15.art.8.

72. Meldē
can. 1. apud
Burchardū.
11.4.can.75
& can. 1. de
extr. vñctio
c Innoc.cpi.
1.ad Decēt.
ca.8.&citat
dist.95.c.11
Iud superff.
Videatur &
Bern.invita
S.Malachiē
Aug.li.2.de
visitat.infir

Trl. Syn. ses Concilia, ac praecipue Tridentinā decreuit, est oleū
 14.ca. 1. de ab Episcopo consecratum, liquor scilicet non ex qua
 Extre. vñct. uis pingui & crassu natura, sed ex olearum baccis
 & Beda in.c tantummodo expressus. Aptissime autē hæc materia
 6.Mar. Cōc illud significat, quod vi sacramenti interius in ani-
 Medé. cā. 1. apud Ioānē ma efficitur. Nam vt oleum ad mitigandos corporis
 part. i. cap. dolores magnopere proficit: ita sacramenti virtus
 209. Innoc. anime tristitiam ac dolorem minuit. Oleum præter
 vt supra ea sanitatem restituit, hilaritatem affert, & lumini
 Theophi- tanquam pabulum præbet: tum vero ad recreandas
 laet. in. c. 8. Marci. desatigati corporis vires maxime accommodatū est.

Quæ omnia, quid in agroto diuina virtute per huius
 sacramenti administrationem efficiatur, declarant.

De forma.

Forma vero sacramenti est verbum & solennis
 illa precatio, quam sacerdos ad singulas unctiones
 adhibet, cum inquit. Per istam sanctam unctionem in-
 dulgeat tibi Deus, quidquid oculorū siue nariū, siue
 Jacobus. 5. tactus vitio deliquisti. Quod autem hæc vera sit &
 propria huius sacramenti forma sanctus Iacobus A-
 postolus significat, cù ait: Et orēt super eū, & oratio
 fidei saluabit insirmū. Ex quo licet cognoscere, for-
 mā precatiōnis modo proferendam esse: tamē si, qui
 bus potissimum verbis concipiēdāst. Apostolus non ex
 presserit. Verū hoc ad nos fideli Patrum traditione
 permanauit, ita vt omnes Ecclesie eam formaratio-
 nē retineant, qua omnium mater & magistra san-
 cta Ecclesia Romana vtitur. Nam etsi aliqui non-
 nulla

nulla verba immutant, cū pro Indulgeat tibi Deus, ponunt, Remittat, vel parcat, interdum etiam, Sancet, quidquid cōmisisti: tamē, quoniam nulla sit sententia immutatio, constat eandē ab omnibus formā religiose seruari. Nec vero quisquam miretur, cur factū sit, vt aliorum sacramentorū forma vel absolute significet, quod efficit, vt cum dicimus: Ego te baptizo: aut, Signo te signo crucis: vel tanquam ab impenitentibus pronuncietur, vt cū in sacramento ordinis administrando, dicitur. Accipe potestatem: hac vna vero extreme unctionis forma preicatione quadam absoluatur: id enim optimo iure constitutū est. Nam cum hoc sacramentū propterea adhibetur, vt praeter spirituale gratiā, qua tribuit, sanitatem etiam restituat agrotis: tamē, quia non semper sequitur, vt agroti à morbis conualescant, ob eam causam preicatione forma conficitur, vt à Dei benignitate id impetrēmus, quod sacramenti vis constanti & perpetuo ordine efficere non solet. Adhibentur autem ritus proprii in huius quoque sacramenti administratione: sed eorum maxima pars preicationes continent, quibus sacerdos ad agroti salutem impetrādam vtitur. Nullum enim est aliud sacramentum, quod pluribus precibus conficiatur: ac recte quidem quoniam eo potissimum tempore fideles pīs obsecrationibus adiuuandi sunt: quare & alij omnes, quos tum adesse contigerit, & praeципue Parochi debent orare DEVM ex animo, & eius misericordiae

Ritus & precatiōes, que in huius unctionis administratio ne adhiben tur. Concil. Trid. sess. 14 de extre. vnctione ca. 3. & canon. 3.

laborantis vitam & salutē omni studio commendare.

Vnctionis
extremæ sa-
cramentū a
Christo in
stitutionem est

Cōc. Trī. sc.
i4. de ext vñ

a Mar. 6. Be
da inc. 6.

Mar. Theo-
ph. ibidem.

S. Chry. li. 3
de sacer. an
te med.

Verum cum demonstratum sit, extremam vnctionem vere & proprie in sacramentorum numero habendam esse: illud etiam sequitur, eius institutionem à Christo Domino profectam esse: qua Cōc. Trī. sc. postea à sancto Iacobo Apostolo fidelibus propria & promulgata est. Quanquam idem Salvator & iō cap. i. & canon. 1. huius vnctionis specimen quoddam dedisse visus est cum discipulos suos binos & binos ante faciem suam misit, De illis enim apud Euangelistam ita scriptum est: Exeentes prædicabant, ut pœnitentiā agerent, & dæmonia multa eiciabant, & ungabant oleo multos agreros, & sanabant. Quamquidem vnctionem non ab Apostolis inuentam, sed à Domino præceptam: non naturali aliqua virtute præditam, sed mysticam potius ad sanandos animos, quam ad corpora curanda institutam fuisse credendum est. Quam rem sancti, Dionysius, Ambrosius, Chrysostomus, & Gregorius Magnus asserunt, ut nullo modo dubitandum sit, quin hoc unum ex septem catholice Ecclesiæ sacramentis summa cum religione accipere oporteat.

Q[uod]bus hoc

sacramentū

nō sit admi-

nistrandum

Primo.

Con. Trī. sc.

i4. de ext.

Vnct. c. 3.

Sed docendi sunt fideles, quamvis hoc sacramen-
tum ad omnes pertineat, quedam tamen homi-
num genera excipi, quibus administrandum non
sit. Ac primum excipiuntur, qui sano & firmo
corpore sunt: ius evim extremam vnctionem tri-
buendam non esse, & Apostolus docet, cum inquit:

^a Ill-

^a Infirmatur quis in vobis? & ratio ostendit: si quidem ob ea rem instituta est, non modo, ut anima, sed etiam ut corpori medicinam afferat. Cum igitur illi tantum, qui morbo laborant, curatione indigeat: id circa ihs etiam, qui adeo periculose agrotare videntur, ut ne supremus illis vita dies instet, metuendum sit, hoc sacramentum praebeti debet. In quo tamen gravissime peccant, qui illud tempus agroti vngendi obseruare solent, cum iam omni salutis spe amissa, vita & sensibus carere incipiat. Constat enim ad uberiori rem sacramenti gratiam percipiendam plurimum valere, si agrotus, cum in eo adhuc integrum mens & ratione viget, fidemq; & religiosam animi voluntatem afferre potest, sacro oleo liniatur. Quare parochis animaduertendum est, ut eopotissimum tempore certe medicinam adhibeant, illam quidem semper vi sua admodum salutarem, cum eorum etiam pietate & religione, qui curandi sunt, magis profuturam intellexerint. Nemini igitur, qui gravui morbo affetus non sit, sacramentumunctionis dare licet, tametsi vita periculum adeat: vel quia periculosa nauigatio patet: vel quia praeium initurus sit, a quo certa mors illi impendeat: vel etiam, si capit dæmnatus ad supplicium raperetur. Omnes præterea, qui Secundum rationis usu carent, ad hoc sacramentum suscipiendum apti non sunt: & pueri, qui nulla peccata admittunt, quorum reliquias sanare huius sacramenti remedio opus sit: amentes item, & furiosi,

nisi

nisi interdum rationis vsum haberent, & eo potissimum tempore p̄ij animi significationem darent, perterentq; ut sacro oleo vnguentur. Nam qui ab ipso ortu nunquam mentis & rationis compos fuit vngēdus non est: secus vero, si agrotus, cum mente adhuc integrabuius sacramenti particeps fieri voluisse, postea in insaniam & furorem incidit. Non sunt autē omnes corporis partes vngende, sed et tantum, quas velati sensuū instrumēta natura homini attribuit: oculi propter visionē, aures propter auditū, nares propter odoratum, os propter gustum, vel sermonē, manus propter tactum: qui tamē si toto corpore aquabiliter fusus est, in ea tamē parte maxime viget. Hūc autem vngendi ritum vniuersalis Ecclesia retinet, atq; etiam huius sacramenti natura optime conuenit: medicamenti enim est instar. Ac quoniam in corporis morbis quāuis vniuersum corpus male affectū sit, tamen illi tantum parti curatio adhibetur, à qua tāquā à fonte ipso & origine, morbus manat: idcirco non totum corpus, sed ea membra, in quibus potissimum sentiēdi vis eminet, renes etiam, veluti voluptatis & libidinis sedes vnguntur: tum pedes, qui nobis ingressus, & ad locum mouendi principium sunt. In quibus illud obseruare oportet in vna eademque agrotatione, cum ager in eodem vita periculo positus est, semel tantum vngendum esse.

Cō. Tri sc̄. 14. de exire. suscep̄t am hanc vunctionem ager connaluerit: quovaditio. c. 3. ties postea in id vita discrimē inciderit, toties eiusdem

dem sacramēti subsidium ei poterit adhiberi: ex quo patet, in eorum Sacramentorum numero, quæ iterari solent, reponendam esse.

Quoniam vero omni studio curare oportet, ne quid sacramenti gratiam impedit; ei vero nihil magis aduersatur, quam alicuius peccati mortiferi conscientia: seruanda est catholice Ecclesia perpetua consuetudo, ut ante extremamunctionem, Pénitentia & Eucharistie sacramentum administretur. Ac deinde agroto persuadere Parochi studeant, ut ea si de se vngendum sacerdoti prebeat, quæ olim, qui ab Apostolis sanandi erant, se ipsos offerre consueverant. In primis autem animæ salus, deinde corporis valetudo cum illa adiunctione si ea ad eternam gloriam profutura sit, expetenda est. Nec vero dubitate, fideles debent, quin sanctæ illæ & solennes processæ à Deo audiantur, quibus sacerdos non suam, sed Ecclesiæ & Domini nostri Iesu Christi personam gerens, vtitur. Qua vna maxime cohortandi sunt ut huius salaberrimi olei sacramentum sancte & religiose sibi administrandum carent, cum & acrior pugna instare, & vires, cum animi, tam corporis deficere videantur.

Iam vero, quis extremæ unctionis minister sit, ab eodem Apostolo, qui Domini legem promulgavit, didicimus: inquit enim: Inducat presbyteros. Quo nomine eos non significat, qui atate prouectiores sunt, quemadmodum sapienter Tridentina Synodus.

Minister quis.

Iacob. 5.

Trid. Syno.

ses. 14. c. 3.

& c. 4. dcex

tre. unctione.

dus

Chry. lib. 3. *dus exposuit, aut quis in populo principem locum ob-*
de sacer. Cy tinent, sed sacerdotes, qui ab ipsis Episcopis per ma-
ril. lib. 2. in nnum impositionem rite ordinati sunt. Sacerdoti
Leuiti. In- igitur huius sacramenti administratio commissa est.
noc. 1. ep. 1 Neque tamē ex sanctae Ecclesie decreto cuivis sacer-
ad Decētiū doti, sed proprio Pastorī, qui iurisdictionem habeat,
Bagu. c. 8. siue alteri, cui ille eius muneris fungēdi potestatem
fecerit, hoc sacramentum administrare licet. Illud
De effectu vero maxime animaduertendum est, sacerdotem in
& fructibus ea administratione, quemadmodum etiam in alijs
huius sacra sacramentis fit, Christi Domini nostri, & sancte Ec-
menti. *Primus esse* *sponsæ personam sustinere.*

Etas.

Cō. Tri. fes. Explicande etiā sunt accuratius utilitates, quas
14. ca. 2. & ex hoc sacramento capimus: ut, si nihil aliud fideles
ca. 1. Chrys. ad eius usum posse alicere, ipsa saltem utilitate du-
lib. 3. de sa- cantur: cum ita comparatu sit, ut omnia fere nostris
cōcer. Cyri. li. cōmodis metiamur. Docebunt igitur Pastores, hoc
2. in Leuiti. sacramento gratiam tribui, que peccata & in pri-
Ber. in vita, mis quidem leuiora, & ut communī nomine appelle-
S. Malachia lantur, venitilia remittit: exitiales enim culpe, pœ-
Au. ser. 215 nitentiae sacramento tolluntur. Neque enim hoc
de tempore sacramentum primario loco ad graviorem crimi-
& de restitu dine, Catho num remissionem institutum est, sed baptismus
licet conuer tantum & pœnitentia vi sue hoc efficiunt. ¶ Alter-
fatis. Pet. *re est* *sacrae vñctionis utilitas, quod animam & lan-*
Damiā. ser. *guore & infirmitate, quam ex peccatis contraxit,*
1. in dēdic. *& à ceteris omnibus peccati reloquij liberat. Tem-*
Ecclesiæ. *pus autē huic curationi opportunissimum existimat-*
¶ Secundus. *dum*

dum est cum graui morbo afflictamur, ac vita peri culū impendet. Etenim homini natura insitū est, ut nihil in rebus humanis aequa, ac morte pertimescat. Auget autē magnopere hunc timorem præteriorū scelerum memoria: cum præsertim grauissima conscientia nostra accusatio nos urget. Ut enim scriptum est, Venient in cogitatione peccatorū suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. Deinde illa cura & cogitatio vehementer angit, quod paulo post stare oporteat ante tribunal Dei, à quo de nobis iustissima pro eo, ac meriti fuerimus, sententia ferenda sit. Sæpe autē euenit ut fideles hoc terrore perculsi, se miris modis exagitari sentiant. Nihil autē ad mortis tranquillitatē magis conducit, quā si tristitia abiciamus, & letō & nimo Dñi aduentū expectemus: paratiq[ue] simus, depositū nostrū, quando cunque illud à nobis repetere voluerit, libenter reddere. Ut igitur hac sollicitudine fideliū mentes liberentur, animusque pio & sancto gaudio repleatur, extremeunctionis sacramentū efficit. Præterea, aliud etiam (quod merito omnium maximum videri potest) ex eo consequimur. Nam et si humani generis hostis, quo ad viuimus nunquam de in Euan. Cliquit de interitu & exitio nostro cogitare: nullo machiusgra. tamen tempore, ut nos omnino perdat, ac si fieri posset, spem nobis diuine misericordia eripiat, vehementius omnes nervos contendit, quam cum supremum vitæ diem appropinquare animaduertit.

Sapientia 4.

Gregorius 1. 24.

Moralia 6. 17.

&c. 18.

Tertius
a Cyril. Ale
in ora. de e-
xitu anime
Gre. hō. 39.
in Euan. Cli
7. Sulpici. de
transitu S.
Martini.

Quam

Quamobrem fidelibus arma & vires hoc sacramen-
to subministrantur, quibus aduersarij vim & impe-
tū frangere, & illi fortiter repugnare possint. Al-
lelatur enim & erigitur agri animus diuinæ boni-
tatis spe, eaque confirmatur, morbi incomoda omnia
fert leuius, ac ipsius Dæmonis, calcaneo insidiantis
artificiū & calliditatem facilius eludit. Accedit po-

Quartus.

Beda In. c. 8 tas. Quod si agroti hoc tempore ea minus consequin-
Luc. Augu. tur, id quidē non sacramenti vitio, sed ob ea potius
ser. 215. de causam cuenire credendum est, quod eorum magna
ré. & in tra. pars vel qui sacro oleo peraguntur, vel à quibus ad
de rectitudi ministratur fides infirmior est. Testatur enim Euan-
ne Catholi- gelista Dñm apud suos multas virtutes non fecisse
ce couerst. Petrus Da- propter incredulitatē illorū. Quanquam etiā recto
mia. vt sup. dici potest, Christianam religionē, ex quo altius tan-
Matth. 13. quam radices egit in animis hominū, minus iā hu-

in simili miraculorū adminiculis indigere, quā olim
nasceretis Ecclesiae initio necessaria esse videretur. Sed
tamen hoc loco fides magnopere excitanda erit. Ut
cunque enim, quod ad corporis valetudinem atti-
net, Dei consilio & voluntate ceciderit, certa spe
niti fideles debent, se huius sacri olei virtute spiri-
tualem sanitatem cōsecuturos esse, futurumque, vt,

Apoc. 14.

si eos vita decedere contingat, præclare illius vocis
fructum percipient, qna scriptum est, Beati mori-
tui, qui in Dominom moriuntur. Hæc de extrema vi-
tationis sacramento breuiter quidem dicta sunt: ver-

rum

rum, si hac ipsa rerum capita à Pastoribus latius, & ea, qua decet, diligentia explanata erunt, dubitandum non est, quin fideles ex hac doctrina maximum pietatis fructum percipiant.

DE ORDINIS

Sacramento.

SI quis aliorum Sacramentorum naturam & rationem diligenter considerarit, facile perspiciet, ea omnia ab Ordinis sacramento ita pendere, ut sine illo partim cōfici & administrari nullo modo queant: partim solenni ceremonia, & religioso quodam ritu ac cultu carere videantur. Quare necesse est, ut Pastores institutam sacramentorum doctrinam, persequentes, eo diligentius de ordinis etiam sacramento sibi agendum arbitrentur. Proderit autem maxime hæc explicatio primum quidem illis ipsis: deinde alijs, qui Ecclesiasticae vitae rationem ingressi sunt: postremo etiam fidei populo ipsis quod, dum in huius argumenti tractatione versantur, ad eam gratiam excitandam, quam hoc sacramento adepti sunt, magis commouentur, alijs qui in sortem Domini vocati sunt partim ut eodem pietatis studio afficiantur, partim vero, ut earum rerum cognitionem percipiant, quibus instructi via sibi ad ulteriores gradus facilius manire possint. Reliquis autem fidelibus primum quidem ut intelligent, quo honore digni sint Ecclesiæ ministri: de

inde, quoniam sepe contingit, ut multi ad sint, vel
qui spe liberos suos ad huc infantes ecclesie ministre-
rio destinarent, vel qui sua sponte & voluntate il-
lud vita genus sequi velint: quos certe ignorare mi-
dignitas.

Sacerdotij Amb. In. 1. digne nime equum est, quae precipue ad hanc rationem
digni. sacer pertinent. Primum itaque fidelibus tradendum est,
dotal. c. 2. 3. quanta sit huius instituti, si sumnum eius gradum
& c. & in ex hoc est sacerdotium spectemus, nobilitas & excel-
horatione lenta. Nam cum episcopi, & sacerdotes tanquam
ad vir. Igna tius. ep. ad Dei interpretes & internunci quidā sint, qui eius
Smyruenses nomine diuinam legem, & vitæ precepta homines
Chry. 1. 3. & edocent, & ipsius Dei personam in terris gerunt:
sacerdotio perspicuum est, eam esse illorum functionem, qua nul-
& hō. 4. & 5. la maiori excogitari possit. Quare merito non solum
de verbis Isaiae. vidi do- a angeli, b sed Dei etiam, quod Dei immortalis vim
minum & numen apud nos teneant appellantur. Quamuis
a Malac. 2. autē omni tempore summam dignitatē obtinuerit:
1. Cor. 11. tamen noui testamenti sacerdotes cateris omnibus
b Exod. 22. honore longe antecellunt. Potestas enim tum corpus
c Matt. 26. & sanguinem Domini nostri c conficiendi & offre-
d Matt. 18. rendi, & tum peccata remittendi, quae illis collata est,
humanam quoque rationē atque intelligentiā supe-
rat, nedum ei aliquid par & simile in terris inueni-
ri queat. Deinde vero, quemadmodum c Saluator
nostrer à patre, Apostoli autem ac discipuli in uniuersi-
tate mundum à Christo Domino misi sunt. ita quo
e Ioan. 20. tidie sacerdotes, eadē, qua illi, potestate prædicti ad
Matt. vlt. consummationē f sanctorum in opus ministerij, in &
f Ephes. 4.

dificationem corporis Christi mittuntur. Huius igitur tanti officij onus nemini temere imponendū est, sed ijs tantum, qui illud vita sanctitate, doctrina, si-
de, prudentia sustinere possint, Nec vero quisquam Heb. 5.
sumat sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tāquam Cō. Trī. sc̄.
Aaron. Vocari autem à Deo dicūtur, qui à legitimis Ecclesiæ ministris vocantur. Nam qui in hoc ministe-
rium sc̄ip̄os arroganter inferunt atq; intrudum, de
his Dominum intellexisse docendū est, cum inquit: ^a
Non mittebam Prophetas & ipsi currebant: quo qui
dem hominum genere nihil infelicius ac miserior, ni-
bil Ecclesiæ calamitosius esse potest.

Sed quoniam in omni actione suscipienda mag-
nopere refert, quem sibi quisque finem constituat
(optimo enim fine posito reſte omnia consequun-
tur) de hoc in primis, qui sacris initiari volunt ad-
monendi sunt, ut nihil sibi tanto munere indignum
proponant. Qui quidem locus eo diligentius tractan-
dus erit, quo grauius hoc tempore ea in re peccare
fideles solent. Alij enim ex consilio ad hanc vinendi
rationem se convertunt, vt, que ad victimum, vesti-
tumq; necessaria sunt, parent, ita, vt pr̄ter quæ-
stum nihil aliud in sacerdotio, quemadmodum vul-
go cateri omnes in quovis sordidi artificij genere spe-
ctare videantur. Quamuis enim, ex Apostoli senten-
cia, natura & diuina lex iubeat, vt qui altari ser-
uit, ex altari vivat: tamen questus & lucri cau-
sa ad altare accedere, maximum sacrilegium est.

23.c.4. do-
ctrinæ & Or-
dinis sacra-
& can. 7. Cy-
prīa, libr. 4.
epist. 2.
a Hiere. 23
& ca. 14. 27
& 29.
† Quata cīc
cunspectio
ne ad sacros
ordinēs ac-
cedendū: &
quo fine, p
posito.

1. Cor. 9.
Videatur
D. Bern. in
Declā. & c-
pisto. 2. ad
Fulconem,

Alios honorum cupiditas & ambitio ad sacerdotalem ordinem ducit. Alij vero, vt diuinitatis affluerat, iniciari volunt: cuius quidem rei illud argumento est, quod nisi opulentum aliquod ecclesiasticum beneficium defteratur, nullam sacri ordinis cogitationem habent.

^a Ioan. 10.
^b Ezecl. 34[¶]

Hivero sunt, quos ^a Saluator noster mercenarios appearat: & quos ^b Ezechiel dicebat: semetipsos, & non oues pascere: quorum turpitudo & improbitas non solum sacerdotali ordini magnas tenebras offundit, ita ut iam nihil sere a fidelis populo haberi possit contemptius & abiectius: verum etiam efficit, ut ipsi nihil amplius ex sacerdotio consequantur, quam Iudas ex Apostolatus munere; quod illi sempiternum exitium attulit. Illi autem ostio in ecclesiam introire merito dicuntur, qui a Deo legitime vocati ecclesiastica munera eius unius rei causa suscipiunt, vt Dei honori inseruant. Neque tamen hoc ita accipiendū est, quasi eadem lex aquae omnibus non sit imposta. Homines enim ob eam rem conditi sunt, vt Deum colant, quod praeципue fideles, qui baptismi gratiam consecuti sunt, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus prestare debent. Verum qui ordinis sacramento iniciari volunt, hoc sibi proponant opus est, vt non solum Dei gloria in omnibus rebus querant, quod quidem cum omnibus, tum maxime fidelibus conune esse constat: sed etiam, vt alieni certo Ecclesia ministerio addicti, in sanctitate & iustitia illi seruant. Nam vt in exercitu omnes quidem milites impera-

imperatoris legibus parēt, sed inter eos tamen alius ceturio, aliis p̄fectus est, alijs alia munera obeunt: ita quamvis omnes fideles pietatem & innocentiam sectari omni studio debeant, quibus rebus maxime Deus colitur, eos tamen qui ordinis sacramento sunt initiati, praecipua quadam munera & functiones in Ecclesia exequi oportet. Nam & sacra pro se ipsis & pro omni populo faciunt, & diuine legis vim tradūt Ignatius ad ad eamq; prompto & alacri animo seruandam fidē Heron. Hie les hortantur & instituunt: & Christi Domini sa- ro ep. 1. ad cramenta, quibus omnis gratia impertitur & auge Hellodoru, tur, administrant: & vt uno verbo complectamur, à &. 85. ad Eu reliquo populo segregati, in omnium longe maximo uagrium: & con. Lucife & praestantissimo ministerio se exercent. ria. Victor.

† His igitur explicatis, accedunt Parochi ad ea Aphricanus tradenda, que propria huīus sacramenti sunt, vt li. 1. de per- intelligant fideles, qui in Ecclesiasticum ordinem co sec. V vāda optari volunt, ad quodnam officij genus vocentur, de sacer. & quantaq; ipsi Ecclesiae, eiusque ministris potestas di- li Chry. lt. 6 uinitus tributa sit. Ea autem duplex est: ordinis: & popu. Leo. iurisdictionis. Ordinis potestas ad verum Christi epil. 62. ad Domini corpus in sacrosancta Eucharistia referuntur. Maximum Iurisdictionis vero potestas tota in Christi corpore Antloc. mystico versatur. Ad eam enim spectat, Christianū potestate - De dupliciti populum gubernare & moderari, & ad eternam & Ecclēsiastic. letemq; beatitudinem dirigere. Verum a ordinis ordinis & iu potestas non solum consecrande Eucharistię vim & risdictionis potestatem continet, sed ad eam accipiendam homi a Ordinis potestas.

num animos preparat, & idoneos reddit, ceteraque
 omnia complectitur, que ad Eucharistiam quouis
 modo referri possunt. Eius vero plura ex sacris lite-
 ris testimonia afferri possunt: sed illa praelata & gra-
 uissima sunt, que apud S. Ioannem, & Matthaeum
 Ioan. 20.
 Matt. 18. leguntur: inquit enim Dominus. Sicut misit me Pa-
 ter, & ego mitto vos: accipite Spiritum sanctum: quo-
 rum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum
 retinueritis, retentia sunt. Et, Amen dico vobis: que-
 cumque alligaueritis super terram, erunt ligati & in
 celo: & quaecumque solueritis super terram erunt sola-
 ta & in celo. Que quidem loca à Pastoribus ex san-
 veteris & no-
 etorū doctrina & autoritate explanata,
 ui testa. q. maximum veritati lumen afferre poterunt. Hoc au-
 93. Leo. ep.
 81. ad Dio-
 scorū Chry.
 hom. 85. in
 Ioan. Aug.
 li. 20. de ci-
 uita. Det. c.
 9. Chry. ho.
 5. de verb.
 Esate. vidi ferri
 Dominum.
 b Heb. 7.

tem potestas plurimum illi prestat, que in naturale
 ge certis hominibus, qui res sacras curarent, tributa
 est. Nam & illa atas, quae scriptam legem antecesuit,
 suum sacerdotium, suamq; potestatem spiritualē ha-
 buerit necesse est, cum legem habuisse satis constet.
 Hec duo enim ita coniuncta esse testatur ^b Aposto-
 lus, ut eorū altero translato simul etiā alterū trans-
 ficerri necesse sit. Cum igitur naturalis instinctu homi-
 nes agnoscerent, Deum colendū esse, consequens erat
 cultus procurrationi praeficerentur, quorum potestas
 aliquo modo spiritualis diceretur. Eadem etiam po-
 testate populus Israeliticus non caruit, quae tametsi
 dignitate superior fuit, quam illa, qua in lege nt-
 tur

tura sacerdotes prædicti erant : longe tamen inferior, quam legis Euangelice spiritualis potestas existimanda est. Hæc enim cœlestis est, omnemque angelorum etiam virtutem superat, neque à sacerdotio Mosaico, sed à Christo Domino, qui non secundum Aaron sacerdos fuit, sed secundum ordinem Melchisedech, ortum habet, Is enim, qui summa potestate gratiam tribuendi & peccata remittendi prædictus fuit, hanc potestatem, quamvis virtute definitam, & sacramentis adstrictam, Ecclesia sua reliquit. Quare ad eam exercendam certi ministri instituti sunt, & solenni religione consecrati : quæ quidem consecratio Ordinis sacramentum, velsa Ordinatio vocatur.

^a Nacuit autem sanctis Patribus hoc vocabulo uti, quod latissimam significationem habet, vt dignitatem & excellentiam ministrorum Dei iudicarent. Est enim ordo (si propriam eius vim & notionem accipiamus) dispositio superiorum & inferiorum rerum, que inter se ita aptæ sunt, vt una ad alteram referatur.^b Cum itaque in hoc ministerio multi sint gradus, & varie functiones omnia vero certa ratione distributa sint, & collocata, recte & commode Ordinis nomen ei impositum videtur.

Quod autem inter cetera Ecclesia sacramenta, sacra ordinatio numeranda sit : sancta Tridentina. Synodus ratione illa, que sapienter repetita est, com-

Chry. l. 3. de
sacerd.

Hebr. 7.
2. Cur Ordi
nts sacram.

bDiony. are
opa. de cæl.
hierar. c. 10.
Anac. ept. 1.

Esse vere &
propriæ sa
cramentum
Tri. Syn. ses

23. c. 3. Au.
li. 2. con. epi

Parmen. c.
13. & 1. c. 5

Donatist. c.
1. de bono
coniu. cap.

24. Greg. in
c. fo. l. 1. Re.

Leo. epi. 8
ad Dioscor.

Cō. Flo. Am
br. in. 12. c. 1
ad Cor. & l.

de sacer. di-

gnitas. c. 5.

probauit. Nam cum sacramentum sit rei sacrae signum: id vero, quod hac consecratione extrinsecus sit gratiam & potestatem significet, que illi tribuitur, qui consecratur: omnino sequi perspicuum est, Ordinem vere ac proprie sacramentum dicendum esse.

2.2. Tim. 1.

† Sacerdos ordinatur aqua, & patenam cum pane porrigenis, qui sacerdos varius habet ordinatur, inquit. Accipe potestatem offerendi sui exercitare sacrificium: &c. Quibus verbis semper docuit Ecclesiastes, dum materia exhibetur, potest atem consecrare.

Syn. Tr. scf

*2.3. ca. 2. &c. de Eucharistie charactere animo impresso, tradi, cui gratia adiuncta sit, ad illud munus rite & legi-
cā. 2. doctri. Cōc. Romā. time obeundum: quod Apostolus his verbis declarat, sub. Syl. c. i. 2 Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in-
3.7. & 9. Ca te, per impositionem manuum mearum: non enim
xi⁹ Pō. i. epi. dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & di-
ad Felicē. Vi lectionis, & sobrietatis.
de & Dam.*

In pontif. in

*† Iam vero, ut sacra Synodi verbis utamur, cum ecclē Calo. diuina resistit ranti sacerdotij administratio, consen-
Cōc. Char. taneum fuit, quo dignius & maiori cum venera-
4. c. 6. 7. 8. 9 tione exerceri posset, ut in Ecclesiæ ordinatissi-
Laodicē. cā. ma dispositione plures essent, & diversi ministri-
24. Ign. In epi. ad Anti rum ordines, qui sacerdotio ex officio deferuissent
och. Corne atque hi quidem ita distributi, ut qui iam clericali
Pót. in epi. tonsura insigniti essent, per minores ad maiores af-
ad Fabiū An tenderent.*

pioch. apud

*Eusebilib. 6 Docendum igitur erit hōsc omnes ordines se-
hist, eccl. c, ptenario numero contineri, semperque ita à catho-
līca*

lica Ecclesia traditum esse: quorum nomina hæc sunt, Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Sacerdos. Hunc autem ministrorum numerum rectè ita definitum esse, probari potest propter ea ministeria, quæ ad sacrosanctum Missæ sacrificium, & Eucharistiam vel conficiendam vel administrandam (cuius causa præcipue sunt instituta) necessaria videntur. Ex his alij maiores, quietiam sacri dicuntur, alij minores sunt, Ordines alij maiores, alij minores. Maiores vel sacri sunt, Ordo sacerdotalis, Diaconatus, & Subdiaconatus: ad minores referantur Acolyti, Exorcistæ. Lectores, Ostiarij, de quorum singulis pauca dicenda sunt: ut habeant Parochi, vnde eos potissimum instituant, quos noverint aliquo ordine initiandos esse. Incipiendum est autem à prima tonsura, quam quidem docere oportet quandam preparationem esse ad ordines accipiendos. Ut enim homines ad baptismum exorcismis, ad matrimonium sponsalibus preparari solent: ita, cum tonsa capillo Deo dedicantur, tanquam aditus ad ordinis sacramentum illis aperiatur. Declaratur enim qualis esse debeat, qui sacerdos imbuiri cupit. Nam clerici nomen, quod ei tunc primum imponitur, ab eo deductum est quod Dominum sortem & hereditatem suam habere incipiat veluti qui in Hebreorum populo, divino cultui manifestati erant; quibus vetuit Dominus aliquam agrorum partem in terra promissionis distribui, cum inquit

Prima tonsura.

Num. 18. quit : Ego pars & hereditas tua. Ac quamvis id omnibus fidelibus commune sit , praeципua tamen ratione ijs conueniat necesse est , qui se Dei minister

Capilli quo modo & cur rondeantur Capilli ad corona speciem & similitudinem , quam perpetuo conseruare oportet : & ut quisque in altiori deinceps clie. hier. c. 6 ordinis gradu collocatur : sic eius orbis forma lap. 1. Geol tior circumscribi debet , quod quidem ex Apostolo fridus in ep. pud Bedā. l. 5. hil. Ang. c. 2. b. Ani stissimi & grauissimi Patres meminerint. Pri- cett. In ep. ad offic. eccl. c. 4. Conc. 4. Tolet. c. 40 & Tribut. c. 10. b. De cōtem ptu mundi cap. 4. c. Cap. 1. z. h. Duos sunt maxime , qui in sortem Domini vocati sunt , vide- nera .

Tondentur vero capilli ad corona speciem & similitudinem , quam perpetuo conseruare oportet : & ut quisque in altiori deinceps clie. hier. c. 6 ordinis gradu collocatur : sic eius orbis forma lap. 1. Geol tior circumscribi debet , quod quidem ex Apostolo fridus in ep. pud Bedā. l. 5. hil. Ang. c. 2. b. Ani stissimi & grauissimi Patres meminerint. Pri- cett. In ep. ad offic. eccl. c. 4. Conc. 4. Tolet. c. 40 & Tribut. c. 10. b. De cōtem ptu mundi cap. 4. c. Cap. 1. z. h. Duos sunt maxime , qui in sortem Domini vocati sunt , vide- nera .

Areopagita , ^b **Augustinus ,** ^c **Hieronymus ,** vetustissimi & grauissimi Patres meminerint. Primum autem omnium ferunt , Apostolorum Principem eam consuetudinem induxisse ad memoriam coronæ , que ex spinis contexta , Salvatoris nostri capituli fuit imposta : ut quod impij ad Christi ignominiam & cruciatum excogitarunt , eo Apostoli ad decus & gloriam veterentur : simulque significarent , curandum esse a ministris Ecclesia , ut omnibus in rebus Christi Domini nostri speciem & figuram gerant. Quamquam nonnulli afferant hac nota regiam dignitatem declarari , qua ijs sacerdotium , gens sancta : peculiari quadam & magis propria ratione ad Ecclesiasticos ministros pertinere facile intelligimus. Etsi non desunt , qui vel

vel perfectioris vita professionem à Clericis suscep-
ptam circuli figura, quæ omnium perfectissima est,
significari existimant, vel externarum rerum con-
temptionem, animique ab omnibus humanis curis
vacuitatem declarari potent: quod capilli, super-
vacaneum quiddam in corpore, tondentur. Post
primam Tonsuram ad Ostiarij ordinem primus gra-
dus fieri consuevit. Eius munus est, templi claves &
ianuam custodire, & aditu templi arcere eos, qui-
bus ingredi interdictum erat. Ad sanctum etiam cle.c. 14. &
Missæ sacrificium assistebat, curaturus ne quis pro-
pius, quam par esset, ad sacram aram accederet,
& sacerdotem rem diuinam facientem interrella-
ret. Alia etiam ministeria illi commissa erant, vt
ex ritibus, quæ ad eius consecrationem adhibentur,
perspici potest. Nam Episcopus claves ex altari ac-
ceptas ei tradens, quem Ostiarium vult institue- C5.4. Car-
re, Sic age, inquit, quasi redditurus Deo rationem tha.can.9.
pro ijs rebus, quæ his clauibus recluduntur. Ma-
gnam autem in antiqua Ecclesia huius ordinis di-
gnitatem fuisse ex eo intelligitur, quod his tempo-
ribus in Ecclesia seruari anima & uertimus. Nam
Thesaurarij officium, qui erat idem sacrarij custos,
quod ad Ostiarios pertinebat, inter honestiores Ec- Lector.
clesiae functiones etiam nunc habetur. Secundus or- Isido.lib.2.
dinis gradus est, Lectoris munus. Ad eum pertinet, de offic.Ec-
in Ecclesia veteris & noui testamenti libros clara cles.c. 11. &
voce, & distincte recitare, præsertim vero eos, Rabanus li.
qui

Ostiariorum
Isido.lib.2.
de offic.Ec-
cle.c. 14. &
Rabanus li.
1.de insti-
tu.cle.c. 12.

C5.4. Car-
re, Sic age, inquit, quasi redditurus Deo rationem tha.can.9.
Lector.
Isido.lib.2.
de offic.Ec-
cles.c. 11. &
Rabanus li.
1.c. 11.

Concl. 4.
Carthagi-
ca. 8.

qui inter nocturnā psalmodiā legi solent. Eius quoque partes erant, prima religionis Christianae rudentia fidelibus tradere. Episcopus itaq; præsente populo, in eius ordinatioē librū, quo descripta sunt quæ ad hanc functionē attinent, illi tradens, inquit. Accipe, & esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter & utiliter impleueris officium tuum, partē cum ijs, qui verbū Dei bene ministrarunt ab initio. Tertius

Exorcista

Isidorus vt

sup. ca. 13.

& Rabanus

tibus obſidentur.

Quare Episcopus

cum eos instituit,

ca. 10. in Cō

ca. 4. Car-

tha. can. 7.

Acolytus.

Isid. l. 7.

Etymolo-

glarū cā. 12

Rabanus vt

sup. c. 1. Cō

ca. 4. Car-

tha. can. 6.

est ordo Exorcistarum, quibus potestas data est no-
mē Domini inuocandi in eos, qui ab immundis spiritu
& Rabanus tibus obſidentur. Quare Episcopus cum eos instituit,
librū in quo exorcismi continentur, eis porrigit, vsus
ea formula verborū: Accipe, & cōfenda memorie,
& habe potestatē imponēdi manus super energume-
nos, siue baptizatos, siue cathecumenos. Acolytorum
quartus est gradus, & ultimus eorū omnium, qui mi-
nores, & non sacri appellantur. Eorum munus est,
ministros maiores Subdiaconos & Diaconos in alta-
ris ministerio aſſectari, eisque operam dare. Prater-
ea lumina deferunt & aſſeruant, cum Missa sacrafi-
cium celebratur, precipue vero, cum euangelium le-
gitur: ex quo & ceroferarij alio nomine vocati sunt.
Cum itaque ordinantur, hiq; ritus ab Episcopo serua-
ri conſuevit. Primum quidem, poſtquam eos officij
ſui diligenter admonuit, lumina eorum ſingulis tra-
dit in hunc modum: Accipe ceroferarium cum cero
& ſcias te ad aſſendenda Ecclesiæ luminaria man-
cipari in nomine Domini. Deinde item yrce olos va-
chos,

euos, quibus aqua & vinum in sacrificio ministratur.
Accipe vrecolos ad suggerendum vinum & aquam
in Eucharistiam sanguinis Christi, in nomine Domini.

A minoribus ordinibus, iisdemque non sacris, de De maiori-
quibus hactenus dictum est, ad maiores, & sacros bus ordint-
legitimus aditus & ascensus patet. In eorum pri- bus. & corū
mo gradu Subdiaconus collocatur: cuius munus est muneribus,
(ut nomen ipsum declarat) Diacono ad altare inser- Subdiacono. Isido-
uire. Sacra enim linteal, vasa, panem & vinum, ad sa- rus lib. 2. de
cificiū psum necessaria, parare debet: Nunc episco- officijs. Ec-
po & sacerdoti aquam præbet, cum manus in Missa cle. c. 10.
sacrificio ablunt. Epistolam etiam, quae olim à Dia-
cono in Missa recitabatur, Subdiaconus legit, ac tan-
quam testis ad sacram assistit prohibetque ne sacer-
dos sacra faciens à quopiam perturbari possit. Hæc
autem, quæ ad Subdiaconi ministerium spectant, ex
solennibus ceremonijs, quæ in illius consecratione
adhibentur, licet cognoscere. Primum enim Episco-
pus legem perpetua continentia huic ordini imposi-
tam esse admonet, edicitque, neminem in Subdiacono-
rum ordinem cooptandum esse, cui ulterius hanc legem Gre. libr. 3.
accipere non sit propositum: deinde, post solennem ep. 34. Leo.
litaniarum prectionem, que Subdiaconi munera Rust. c. 3. &
& functiones sunt, enumerat atque exponit. His per- epist. 84. ad
actis, eorum singuli, qui ordinantur, ab Episcopo qui Anastasium
dem calicem, & sacram patenam accipiunt, ab Ar- c. 4. Isid. ut
chidiacono vero, (ut intelligatur Subdiaconum Dia supra Conc.
soni officio subseruire) ut calos vino & aqua plenos can. 5.

vna cum lebete & linteolo, quo manus absterguntur, dicente Episcopo: Videte, cuimodi ministerium vobis traditur: ideo vos admoneo, vt ita vos exhibeat, vt Deo placere possitis. Adduntur præterea aliae preces. Ad extreum, cum Episcopus sacris vestibus Subdiaconum ornauit, ad quarum singulas propria verba & ceremonie adhibentur: tradit ei epistolarum librum, ac dicit: Accipe librum epistolarum, Isido. lib. 1. & habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta de osu. Eccl. c. 8. Cō Dei tam pro viuis, quam pro defunctis. Secundum Aquisgranē autem sacerorum ordinum gradum Diaconus obtine. c. 7. Aure net: cuius ministerium latius patet, sanctiusq; semili. Prudenter habitum est. Ad eum enim pertinet, Episcopum tius in vita perpetuo sequi, concionantem custodire, eiq; & S. Laurētij. sacerdoti sacra facienti, vel alia sacramenta admodum in ser. Leo in Ambr. lium legere. Olim vero fidelium animos saepius excilib. 1. offic. tabas, vt sacra attenderent, Sanguinem etiam Doc. 41. Cypr. viini administrabat, in quibus ecclesijs ea consue- lib. 3. epi. 9 tudo erat, vt fideles Eucharistiam sub utraque spe- ad Rogatiā. Ignati? cie sumerent. Diacono præterea ecclesiasticorum in episto. ad bonorum dispensatio commissa erat, vt unicus ne- Heronen. cessaria ad victimum subministraret. Ad Diaconum Chryso. ho- etiam attinet, tanquam Episcopi oculum, peruesti- mil. 40. ad gare, quinam in urbe pie & religiose, quiue secu- popul. vitam traducant, qui ad sacrificium, & concionem statis temporibus conueniant, qui rursus non conueniant: vt, cum de omnibus Episcopum certiorem fer- cerit,

cerit, ille vel priuatum vnumquemque bortari, admonere vel palam corrigere & obiurgare possit, vt se magis profecturum esse intellexerit. Cathecumenorum etiam nomina recitare debet, & eos, qui ordinis sacramento initiandi sunt, ante Episcopum statuere. Licet ei præterea, si absit Episcopus & sacerdos, Euangelium explanare, nō tamē ē superiori loco, vt intelligatur hoc eius propriū munus non esse.

Quanta vero diligentia adhibēda sit, ne quis eo mune indignus ad hūc ordinis gradum ascendet,

1. Tim. 3.

Apostolus ostendit, cum ad Timoth. Diaconi mores, virtutem & integritatem exposuit. Hoc idē satis etiā declarant ritus & solennes ceremonie, quibus ab Episcopo consecratur. Pluribus enim & sanctioribus precibus ad Diaconi, quam ad Subdiaconi ordinatationem utitur Episcopus, & alia addit sacrarū vestium ornamenta. Præterea, manus ei imponit: quod quidem ab apostolis factit atum esse legitimus, cñ primos Diaconos instituerunt. Denique Euangeliorum librum ei tradit, his verbis: Accipe potestatem legēdi Euangelium in Ecclesia Dei tam pro viuis, quam pro defunctis, in nomine Dñi. Tercius omniumque sacerorum ordinum summus gradus est sacerdotiū: qui vero illo prædicti sunt, eos veteres patres duobus nominibus vocare solent. Interdum enim Presbyteros appellant, quod Graece seniores significat, non solum propter etatis maturitatem quae huic ordinis maxime necessaria est, sed multo magis propter

Sacerdos.

Presbyteri.
cur dicti.Isidor.lib. 2
offic. Eccle.
c. 2.

morum

morum grauitatem, doctrinam, & prudentiam. Vt
enim scriptum est: Senectus venerabilis est, non diu-
nus sapientia. **Sacerdotes.** turna, neque annorum numero cōputata: cani autē
vnde dicitur. sunt sensus hominis, & etas senectutis vita immacu-
Sacerdotiū lata. Interdū vero Sacerdotes vocant tum quia Deo
duplex. consecrati sunt tum quia ad eos pertinet sacramēta
administrare, sacrasque res & diuinā tractare.

Internū Am- Sed quoniam duplex sacerdotium in sacris lite-
br. I. 4. dīscac. ris describitur, alterum interius, alterum externum
c. 1. Leo fer. utrumque distinguēdum est, vt de quo hoc loco in-
3. Inannuer. sa. Pōtisi c. telligatur, à Pastoribus explicari possit. Quod igi-
tus Aug. II. tur ad interius sacerdotium attinet, omnes fideles
20. de ciuit. postquam salutari aqua abluti sunt, sacerdotes di-
cuntur, praeципue vero iusti, qui spiritum Dei habent
2. de bapti. & diuine gratiae beneficio, Iesu Christi summi sacer-
dotis, viua membra effecti sunt. Hi enim fide, qua
charitate inflammatur, in altari mentis sua spiri-
tuales Deo hostias immolant: quo in genere bona
omnes & honestae actiones quas ad Dei gloriam re-
ferunt, numeranda sunt. Quare in Apocalypsi ta-
legimus. Christus lanuit nos à peccatis nostris in san-
guine suo, & fecit nos regnum, & sacerdotes Deo
1. Pet. 2. & patri suo. In quam sententiam ab Apostolorum
Rom. 12. Principe dictum est. Ipsi tanquam lapides viui su-
peraedificamini domus spirituales, sacerdotium
sanctum offerentes spirituales hostias, acceptabiles
Deo per Iesum Christum. Et Apostolus noshorta-
tur, vt exhibeamus corpora nostra hostiam viuentē

sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium nostrum. David item multo ante dixerat: Sacrificium Deo spiritus contributus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies: Quae omnia ad interiorum sacerdotium spectare facile intelligitur Externum vero sacerdotium, non omnium fidelium multitudo Cō. Tri. ses. ni sed certis hominibus conuenit, qui legitimā manu 23.ca. i. do- um impositione, solēnibusque sancte Ecclesiae cæromo string. & cā nys instituti, & Deo consecrati ad aliquod propriū sacramque ministerium adscribuntur. Hoc sacerdo tij discriben in veteri et iam lege obseruari posse. Nam de interiori Davidem locutum esse, pauloante Leoepi. 6., demonstratum est, externi vero nemo ignorare posse, quā multa Dñs Moysē & Aaroni praecepit, dedicit. Præterea vniuersam Lessicam tribum ministerio tēpli adscriptis, ac lege cauit, ne quis ex alia tribu in eam functionem se inferre auderet: quare Ozias Rex lepra à Domino percussus, quod sacerdotale munus usurpasset, arrogantia & sacrilegī sui grauissimas pœnas dedit. Quia igitur eandē sacerdotij distinctionem in lege Euangelice licet animaduertere: docendi erunt sive leles, nunc de sacerdotio externo agi, quod certis hominibus attributum est. Hoc enim tantummodo ad Ordinis sacramentū pertinet.

Sacerdotis igitur munus est, Deo sacrificium facere, Ecclesiastica sacramenta admirare, quemadmodum ex consecrationis ritibus perspici- A. 4. illigatur, populus

De Sacerdo- rum officijs
Chrys. &
G. de face. &
Hom. 60. ad

tur. † Nam Episcopus cum aliquem sacerdotem in-
 & § 3. In Mat. stituit, primum quidem manus ei. vna cum omnibus
 † Amb. de sacerdotibus, qui adiunt, imponit: deinde solam hu-
 dignitate sa- meris aptans, eam ante pectus in crucis formam co-
 cerd. cap. 5 ponit: quo quidē declaratur, sacerdotem virtute in
 Innocent. 3 Li. de alta- dure ex alto, qua posset crucem Christi Domini, &
 ris ministre. iugum suave diuinæ legis perferre, eamque non ver-
 Cap. 9. Dio- bis solum, sed vita sanctissime & honestissime alia
 ny. Areo. Ec- exemplo tradere. Postea manus sacro oleo inun-
 cle. Hierar. git: tum vero calicem cum vino & patenā cum ho-
 cap. 4. aloan. 30. stia tradit, dicens: Accipe potestatem offerendi sa-
 b Varij gra- crificium Deo, Missas que celebrandi tam pro viuis,
 dus sacerdo- quam pro defunctis. Quibus ceremonijs & ver-
 tum Leo. e- bis interpres ac mediator Dei & hominum consti-
 pist. 84. ad tuitur: qua præcipua sacerdotis functio existinan-
 Anastas. da est. Ad extremum vero, manibus iterum eius ca-
 Thessal. Sa- piti impositis, Accipe, inquit, ³ spiritum sanctū: quo
 cerdotes simlices. rum remisitatis peccata remittuntur eis & quoru-
 Episc. Isido. retinueritis retenta sunt: eique cœlestem illam,
 lib. 2. de offi- quam Dominus discipulis suis dedit, peccata retinē-
 cijs Eccles. di ac remittendi potestatem tribuit. Hac vero sunt
 cap. 7. Ana- sacerdotalis ordinis propria, & præcipua mune-
 cle. epist. 2. ad- ra: qui tametsi unus est, ^b varios tamen dignitatis
 vnuer- & potestatis gradus habet: Primus est eorum, qui
 sos Epis. Ita sacerdotes simpliciter vocantur: quorum functiones
 liat. c. 2. Leo haltenus declaratae sunt. Secundus est Episcoporum
 epist. 88. ad Gall. qui singulis episcopatibus præpositi sunt: ut non se-
 & Germ. Ig natus ad lum
 Philadel. Damasus epist. 4. de Chor. Epiph. hæres. 7. 5.

lum ceteros Ecclesie ministros, sed fidelem popu-
lum regant, & eorum saluti summa cum vigilan-
tia & cura prospiciant. Quare in sacris literis, Pa-
stores onium saepe appellatur: quorum munus & of-
ficium Paulus descripsit, ut in ^a Apostolorum Actis a Acto 20
legimus, in ea concione, quam ad Ephesios habuit.

Idemq; à ^b Petro, Apostolorum Principe, diuina ^b 1. Pet. 5.
quedam Episcopalis ministerij regula tradita est,
ad quam si Episcopi actiones suas dirigere studeant,
dubitandum non erit, quin Pastores boni & sint, &
babeantur: Sed idem Episcopi & Pontifices dicun- Archiepis-
tur, accepto ab Ethnicis nomine, qui Principes fa- copi.
cerdotum, Pontifices appellare consueuerint. Ter- Anacletus
tius gradus est Archiepiscoporum, qui pluribus Epis- epist. 2. ad
copis presunt: qui Metropolitani etiam vocan- vniuersos.
tur, quod illarum urbium antiplices sint, quaten- Episi. Italiae
quam matres habeantur illius prouincie. Quare ad oēs Epis.
superiorem, quam Episcopi, locum & ampliorem ca. 3. Pae-
potestatem habent, tametsi ab Episcopis ordina- triar. Ana-
tione nihil differunt. In quarto gradu Patriarchæ cletus. ut su
collocantur, id est, primi, supremique Patres. pra.
Olim in vniuersa Ecclesia, prater summum Ro-
manum Pontificem quathor tantum Patriarchæ
numerabatur, neque omnes tamen dignitate pares,
nam Constantinopolitanus, et si ad eum post o-
mnes alios hic honos delatus est, tamen ob imperij ma-
iestatem altiorem locum obtinuit. Proximus est
Alexandrinus, cuius Ecclesiam Marcus Evangelista.

iussu Principis Apostolorum fundauit. Tertius Antiochenus, ubi Petrus sedem primo locauit. Extremum gradum habet Hierosolymitanus, quem Ecclesiam Iacobus, frater Domini, rexit. Preter hos omnes catholica Ecclesia Romanum Pontificem Max. quem in Ephesina Synodo Cyrus Alexanderinus

Archiepiscopum, totius orbis terrarum patrem, & Summus P[er]O Patriarcham appellat semper venerata est, Cum enim in Petri Apostolorum principis cathedrale at in qua usque ad vitae finem sedisse constat, summum Confluentum in eo dignitatis gradum, & iurisdictionis amplitudini literis vato nem non quidem ullis Synodicis, aut alijs humanis sis.

Anacletus obrem omnium fidelium & Episcoporum, ceterorumque antistitum, quocumque illi munere & posse sacerdotes testate prediti sunt, pater ac moderator, vniuersaliter & episc. ad Ecclesie, ut Petri successor, Christiq[ue] Domini verius Episc. & legitimus Vicarius praesidet. Ex his itaque Pastores docebunt, & que sint Ecclesiasticorum ordinum ac graduum precipua munera & functiones, & quis in epist. ad Iohannes sacramenti minister sit. Constat enim, ad Epic[ter]os Aph[rodisi]us sacramentum administrationem pertinere: quod etiam Minister huius sacramenti sanctorum literarum autoritate, certissima traditione, omnium Patrum testimonio Conciliorum de Cō. Tri. c. 4 etatis, sanctae Ecclesia usu & consuetudine facile erit & can. 7 ses. 23. Ad Tit. 1. Tim. 1. permissum sit, ut minores & non sacros ordines in Cō. 2. Hisp. ter dum administrent: tamen hoc proprium Episco-

pi munus esse nemo dubitat: cui vni ex omnibus, pro cap. 9. &c. 7. terea nemini, licet reliquis ordinibus, qui maiores Laodiceanūs & sacerdici dicantur, initiatre. Nam Subdiaconos, Dia- c. 13. Theos conos, & Sacerdotes vnuſ tātum Episcopus ordinat. phydimos. M. Episcopi ex Apostolorum traditione, que perpetuo Lucæ. 1. he in Ecclesia custodita est, à tribus Episcopis conse- crantur.

Sequitur nunc, ut explicetur, quinam ad hoc sacramentum, in primisq; ad sacerdotalem ordinem debeat ad dī apti sunt, & que in eis potissimum requirantur: ex gratitatem sa- hoc enim difficile non erit statuere, quid in alijs ordi- c. 13. cerdotij ad nibus dandis, pro cuiusque officio & dignitate, obser- miti. uare oporteat. Maximam autem in hoc sacramen- to cautionem adhibendam esse, ita colligitur, quod cetera gratiam ad illorum sanctificationē & usum q- tribuūt, à quibus percipiuntur: at vero qui sacris ini- tiantur, ob eam rem celestis gratiae participes fiunt, ut eorum ministerio, Ecclesie, atq; ad omnium ho- minum salutis consulatur. Ex quo factum esse intelli- gimus, ut statim tantummodo diebus, quibus etiā so- lennitate ieunia ex vetustissimo catholice Ecclesie mo- re indicuntur, ordinationes sint: ut scilicet fidelis populus eiusmodi: sacrarum rerum ministros p̄. & R. sanctis preceptionibus à Deo impetrat, qui ad tātūm ministerij potestate recte, & cum Ecclesie utilitate ge- rendam aptiores esse videantur. Primum itaq; in eo Cō Tri. sel. qui Sacerdos etiāndus est, vitæ & morum integritas 13. ca. 7. & cōmendetur magnopere oportet: non solum, quia si 4. reforma alios.

Leo Mag- licuius mortiferi peccati conscius se initiari curer,
nus ep. 87. vel etiam patiatur, non se & maximo scelere ob-
ad Episcop. stringit: sed etiam, quia virtutis & innocentiae lu-
Mauritanie men alijs preferre debet: Ea de re quid Apostolus Ti-
ad Titū. 1. to, & Timotheo præcipiat, Pastoribus declarandum
z. Tim. 3. erit: & simul illud docendum, ea corporis virtus que
in veteri lege ex Dñi prescriptione aliquem ab alta-
ris ministerio excludebant, in Euangelica lege ad
animes virtus præcipua transferenda esse. Quare san-
ctam illam cōsuetudinem in Ecclesia seruari animaduer-
timus, ut qui Sacris iniciandi sunt, prius penitentie
sacramento cōscientiā purgare diligenter studeant.

Præterea in sacerdote nō solice cognitio requiren-
da est, que ad sacramentorum usum, & tractationem
pertinet: sed etiam sacerdarū literarum scientia etiam
structū esse oportet, ut populo Christiane fidei my-
steria, & diuina legis præcepta tradere, ad virtutem
& pietatem incitare, à vitijs reuocare fideles possit.
Sacerdotis enim duo sunt munera: quorū alterū est
ut sacramenta rite conficiat & administret, alte-
rum, ut populum fidei sue commissum ijs rebus &
institutis, que ad salutem necessaria sunt eruditat.
Malachias enim ita testatur: Labia sacerdotis cu-
stodient scientiam, & legem requirent ex ore eius:
quia Angelus Domini exercituum est. Ut igitur in
horum altero, si mediocri cognitione sit ornatus,
prestare, quod debet, possit: alterum certe non vul-
garē, sed exquisitam potius doctrinam desiderat:

quam

quamvis aequa ab omnibus sacerdotibus summa re-
cōditarū rerū scientia non exigatur, sed quae ad sus-
cepti officij & ministerij functionē vnicuique satis
esse possit. Pueris autem & furiosis vel amentibus,
quod vsu rationis carent, hoc sacramētū dādum nō
est: quamvis sijsquoque administraretur, sacramen-
ti characterē in eorum anicinam imprimi, certo cre-
dēdū sit. Qui vero atatis annus in singulis ordinī-
bus sit expectandus, ex sacris Tridentini Concilij de-
cretis facile erit cognoscere. Excipiuntur etiam ser-
ui: neque enim diuino cultui dedicari debet, qui nō
sui iuris, sed in alterius potestate est: viri præterea
sanguinum, & homicide, quia Ecclesiastica lege re-
pelluntur: atque irregulares sunt spurijs quoque, &
ij omnes, qui ex legitimis nuptijs non sunt procrea-
ti. Decet enim, vt quis sacris addicūtur, nihil in se ha-
beant, quo ab alijs merito contemni ac despici posse
videantur. Ad extrellum etiam admitti non debet,
qui aliquo insigni corporis vitio deformes, aut m.i.n-
ci sunt: ea enim fœditas & debilitatis cum offendio-
nem habet, tam vero sacramētorum administratio-
nem impedit, necesse est.

Tri.Syn.ses
z 3.c.12. re
formationis

Sed iam his rebus expositis, superest, vt Pasto-
res doceant, qui sint huius sacramenti effectus:
Constat vero, quamvis Ordinis sacramentum, vt
Antea dictum est, maxime ad Ecclesie utilitatem
& pulchritudinem spectet, tamen in eius quo
que anima, qui sacerdos iniciatur, sanctificationis trā

Deprēclarī
sacramenti.
Ordinis effe-
ctibus.

† Primus.
Amb.lib.de
dignitate..

facte c. 5. Ntiam efficere: qua idoneus, habilisque ad recte mu-
 ccep. l. 12. Eccl. hist. c. 14
 Conc. Flor. Gre. in. c. io.
 lib. 1. Regu.) Aliam quoque gratiam hoc sacramento tribui per
) Secundus. spicum est, præcipuum videlicet potestatem, qua ad
 Cō. Tri. sel. sanctissimum Eucharistie sacramentum refertur, in
 23. c. 1 & c. 2. sacerdote quidem plenam & perfectam, ut qui Do-
 p. Matt. 26. mini nostri corpus & sanguinem unus potest consi-
 cere, in alijs vero inferiorum ordinum ministris ma-
 jorem, minoremue, quo quisque ministerio suo ma-
 gis minusve ad altaris sacramenta accedit. Atque

Character. hæc etiæ character spiritualis dicitur, quod qui sa-
 Cō. Tri. sel. cris imbuti sunt, interiori quadam nota animæ in-
 23. c. 4. Au. de bono cō pressa ab alijs fidelibus distinguuntur, ac diuino cul-
 jug. c. 34. & iuri mancipentur, ad quam^a Apostolus videtur spe-
 lib. 1. debap. etasse, cum ad Timotheum ait: Noli negligere gra-
 cōt. Donat. tiam, que in te est, que data est tibi per prophetiā,
 ca. 1. & li. 2. cum impositione manū presbyterij.^b Et alibi: Ad
 cōt. epi. par. moneo te ut resuscites gratiam Dei, que est in te, per
 cap. 23.
 a 1. Tim. 4. impositionem manuum mearum. Hæc de Ordinissa
 b 2. Tim. 1. crumento satis dicta sint. Potiora enim tantum re-
 rum capita Pastoribus tradere profesi sumus, ut
 illis fidelis populi docendi, & in Christiana pietate
 erudiendi argumenta suppeditarent.

D B

DE MATRIMONII Sacramento.

Quoniam Pastoribus beata & perfecta Chri-
stiani populi vita proposita esse debet, ijsqui-
dem maxime optrandum esset quod Apostolus
se cupere ad Corinthios scribebat his verbis: Volo om-
nes homines esse sicut meipsum: nimirum, ut omnes
continentiae virtutem sectarētur: nihil enim beatius
in hac vita fidelibus potest contingere, quam ut ani-
mus, nulla mundi cura distractus, sed atque & re-
sistens omni carnis libidine, in uno pietatis studio
& cœlestium rerū cogitatione conquiescat. Sed quo Ibidem.
niam, ut idē Apostolus testatur, unusquisq; propriū
donum habet ex Deo, alius quidem sic alius vero sic
& matrimonium magnis & diuinis bonis ornatum
est, ita ut inter alia catholica Ecclesia sacramenta Ioan. 2.
vere & proprie numeretur, ac Dñs nuptiarū celebri-
tate præsentia sua honestarit: satis apparet, eius do Ephes. 5.
ctrinā tradendā esse: cum præsertim liceat animad- Colos. 3.
uertere tum S. Paulum, tum Apostolorum Princi- 1. Pet 3.
pem, que non solum ad dignitatem sed etiam ad offi-
cia matrimonij pertinebant, pluribus locis accurā-
te scripta reliquisse. Diuino enim spiritu afflati op-
time intelligebant, quanta & quam multa commo-
da ad Christianam societatem peruenire possent, si
fideles matrimonij sanctitatem cognitam haberent,
& iniuiolatam seruarent: contra vero, ea ignorata

A a s vel

vel neglecta, plurimas maximasque calamitatis & detrimenta in Ecclesiam importari?

Primū itaque matrimonij natura & vis explicāda est. Nā cum vitia sōpe honesti similitudinē gerat cāuere oportet, ne fideles, falsa matrimonij specie decepti, turpitudine, & nefarijs libidinibus animā cōmaculēt, cuius rei declarandæ causa, à nominis significatione ordiendum est. Matrimonium ab eo dicitur, quod fœmina idcirco maxime nubere debet, vt mater fiat: vel quia prole concipere, parere, educare, matris munus est, Cōiugiū quoque à coniunge do appellatur, quod legitima mulier cum viro quasi uno iugo adstringatur. Præterea nuptia, quia, vt

S. Am. I. I. de
Abrahā. c. 9
in fine.

Matrimonij
descriptio.
& eiusdē ex

inquit sanctus Ambrosius, pudoris gratia puella se obnuberent: quo etiā declarari videbatur, viris obedientes subiectasque esse oportere. Ita vero ex complicatio muni theologorum sentētia definitur: Matrimonium est viri & mulieris maritalis coniunctio inter legitimas personas, individuali vitæ & consuetudinem retinens. Cuius definitionis partes, vt planius intelligatur, docēdum est, quāmuis hæc omnia in perfecto matrimonio insit, cōsensus videlicet interior, pāctio externa verbis expressa, obligatio, & vinculum, quod ex ea pāctione efficitur, & coniugū copulatio, qua matrimonium consummatur: nihil horum tamē matrimonij vim & rationem propriæ habere, nisi obligationem illam & nexum, qui coniunctionis vocabulo significatus est. Additur vero, Maritalis,

Amb. de In
stitutione
vulg. c. 6.

quoniam

quoniam alia passionum genera, quibus viri & mulieres obligantur, ut sibi mutua operam praestent, vel pretij, vel alterius rei causa, prorsus aliena sunt à Matrimonij ratione. Sequitur deinde, Inter legitimas personas: quoniam qui à nuptiarum coniunctione legibus omnino exclusi sunt, à matrimonium inter nos possunt: neque si in eis, ratum est. Exempli enim gratia: ^a qui intra quartū gradū propinquitate coniuncti sunt pueri, ante decimū quartū annum, aut puella ante duodecimum, quae et as legibus constituta est, ad matrimonij iusta fœdera inveniāda apti esse non posse. c. 50. Trid. sunt. Quod vero extremo loco positū est. Individua scilicet. 24. can. vita consuetudinem retinens: indissolubilis vinculis 3. & 4. & de naturam declarat, quo vir & vxor colligantur. reform. Ma

^a Calixtus
I. ep. 2. ca. 4.
Cō. Lat. sub
Innocentio
c. 50. Trid.
tri. c. 2. 3. 4.
& 5.

† Ex hoc igitur patet, Matrimonij naturam & rationem in vincula illo consistere. Nam quod aliae clavis Matrimoniorum virorum definitiones hoc videntur conseruari natura & sensu tribuere, ut, cum dicunt coniugium esse conformatum in quo sensum maris & feminæ, hoc ita accipiedum est, consitatis. sensum ipsum, matrimonij causam effectricem esse: quod Patres in Concilio Florentino docuerunt. Et Cōci Flo. in enim obligatio & nexus oriri non potest, nisi ex consensu epist. Eugenii sensu & passione. Sed illud maxime necessarium est. 1111. ad Arctum consensus verbis, quæ presentes tempus significant, me. exprimatur. Neque enim matrimonium est simplex donatio sed mutua pactio: atque ita sit, ut consensus alterius tantum, ad Matrimonium coniungendum satis esse non possit, sed duorum inter se mutuum esse

esse oporteat. At qui ad declarandum mutuum ani-
mi consensum verbis opus esse, perspicuum est, Si enim
ex interiori tantum consensu, sine aliqua externa si-
gnificatione Matrimonium constare posset, illud etiam
sequi videretur, ut cum duo, qui disiunctissimis & ma-
xime diuersis in locis essent, ad nuptias consentiret,
antequam alter alteri voluntatem suam vel literis;
vel nuncius declarasset, veri & stabilis matrimonij le-
ge coniungerentur: quod tamen a ratione & sanctae
Ecclesiae consuetudine & decretis alienum est. Recte
autem dicitur oportere ut consensus verbis exprima-
tur, que presentis temporis significationem habeant.
Nam, quae futurum tempus indicant, matrimonium
non coniungunt, sed spoudent. Deinde que futura
sunt, nondum esse perspicuum est: quae vero non sunt
parum, vel nihil firmi, aut stabilis habere existiman-
dum est. Quare nondum connubij ius in eam mulie-
rem quisquam habet, quam se in matrimonium du-
cturum esse pollicetur, neque statim ab eo impletum
est, quod se facturum promisit. Nam si fidem presta-
re deberet: quod si non faciat, violata fidei reus esse co-
nincitur. At vero qui matrimonij foedere alteri iun-
gitur quamvis postea paeniteat, tamen quod factum
est, mutare irritumque & infectum reddere non po-
test. Cum itaque coniugij obligatio nuda promissio no-
sti, sed eiusmodi ab alienatio, qua re ipsa viri mulieri
& vicissim mulier viro corporis sui potestatem tra-
dit, idcirco necesse est verbis, quae presentis tempus desi-
gnant,

gnant, matrimonium contrahi: quorū verborum vis
postquam etiam enunciata sunt, permanet, virumq;
& uxorem indissolubili vinculo cōstric̄tos tenet. Sed
verborum loco tum nutus & signat, que intimū con-
sensum aperte indicent, satis ad matrimonium esse
possunt, tum ipsa etiā taciturnitas, cum puella pro-
pter verecundiam non respondet, sed pro ea parētes
loquuntur. Ex ijs igitur Parochi fidelibus tradēt, ma-
trimoniū naturam & vim in vinculo & obligatione
sit am esse, ac preter consensum, eo, quod dictum est,
modo expressum, ut verum matrimonii existat, con-

Cōcubitus
nō necessa-
rio requiri-
tur.

cubitum necessario non requiri. Nam & primos pa- Aug li. 1. de
rentes ante peccatum, quo tempore nulla inter eos nupt. & con-
carnis copula intercesserat, vt Patres testantur, vero cupis. c. 11.
matrimonio iunctos fuisse plane constat. Quare à S. Ambr. de
sanctis Patribus dictum est, matrimonium non con instit. virg.
cubitum, sed consensu existere: quod etiam à S. Ambro- c. 6.
sto in libro de Virginibus repetitum legimus.

Iam vero, hisce explicatis, illud docendum erit, Duplex ma-
trimonium duplē rationē habere. Nam trimoniū ra-
vel vt naturalis comūndio, (coniugium enim non tio, vt est in
ab hominibus inuenitum, sed à natura) vel vt sacra- officiū natu-
mentum, cuius vis naturalium rerum conditionē su- ræ, & vt sa-
perat, considerandum est. Ac quoniam gratia na- cramentum
turam perficit, neque prius quod spirituale est, sed
quod animale, deinde quod spirituale:)rei ordo po-
stulat, vt de matrimonio, vt natura constat, & ad
naturæ officium pertinet, prius agendum sit: tam ve. 1. Cor. 15.

70, que illi, ut sacramentum est, conueniunt, expla-
 Matriomonij nanda erunt. In primis itaque docendi sunt fideles
 authordeus matrimonium à Deo institutum esse: scriptam est
 est.
 Genes. 1. enim in Genesi: masculum & feminam creauit eos,
 Genes. 2. benedixitq; illis Deus, & ait: Crescite & multipli-
 canini, & Non est bonum hominem esse solum, fa-
 ciamus ei adiutorium simile sibi. Ac paulo post: Ade-
 vero non inueniebatur adiutor similis eius. Immisit
 ergo Dominus Deus soporem in Adam, cumq; obdor-
 misset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem
 pro ea, & edificauit dominus Deus costam quam ta-
 lerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad
 Adam: dixitq; Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis,
 & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniam
 de viro sumpta est. Quamobrem, relinquet homo pa-
 trem suum & matrem, & adhærebit vxori sue, &
 Match. 19. erunt duo in carne una. Quia ipso Domino authore
 Tri. Sy. scil. apud S. Marth. ostendunt matrimonium diuinitus
 24. in doce- institutum esse. Neque vero Deus Matrimonii tan-
 Marrimo. tammodo instituit, verum, ut sancta Tridentina Sy-
 Match. 19. nodus declarat, perpetuum etiam & indissolubilem
 nodū ei addidit: siquidem Saluator ait: Quod Deus
 coniunxit, homo non separet. Quamuis enim matri-
 monio, quatenus naturæ est officium, conueniat, vt
 dissolui non possit: tamen id maxime sit, quatenus
 est sacramentum. Quia ex re etiam in omnibus, que
 natura lege eius propria sunt, summam perfectio-
 nem consequitur, tamen & prolis educande studio

&

& alij matrimonij bonis repugnat, vt eius vinculum dissolubile sit.

Quod vero à Dño dictum est:^a Crescite & multiplicamini: id eò spectat, vt, cuius rei causa matrimonium institutum erat, declareret, non ut singulis hominibus necessitatem imponat. Nūc enim aucto iam humano genere, nō solū vlla lex vxorem ducere aliquem non cogit, sed potius virginitas summopere comedatur, & vnicuique in sacris literis suadetur, vt quae cogit: sed matrimonij statu prestantior sit, maioreque in se suadetur vir perfectione & sanctitate cōtineat: Dns enim Saluator noster ita docuit:^b Qui potest capere, capiat: & Apostolus ait:^c De Virginibus præceptum Dni non habeo consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus, vt sim fidelis.

Sed quibus de causis vir & mulier coniungi debant, explicandum est.^d Prima igitur est hec ipsa diuersi sexus naturæ instinctu expetita societas, mutui auxilijs spe conciliata: vt alter alterius ope adiutus, vita incommoda facilius ferre, & senectutis imbecillitatem sustentare queat. ^e Altera est pro creationis appetitus, non tam quidem ob eam rem, vt bonorum & diuinarum heredes relinquuntur, quam vt veræ fidei & religionis cultores educuntur: quod quidem maxime sanctis illis Patriarchis, cum uxores ducerent, propositum fuisse, ex sacris literis satis apparer. Quare Angelus, cum Tobiam admoneret: quo pacto malidemonis vim posset repe-

Obiectio
nis ex Gene
si solatio.
a Gene. 1.
Nulla lex v
xor educere
ca 14. &c. 25

Tertu. lib. x
ad vxorem
b Mat. 19. c. 1
Cor. 7.
Matrimonii
om quibus
de causis fu
cundum.
d Prima.
e Secunda.

repellere: Ostendam, inquit, tibi qui sunt, quibus praeualere potest dæmonium, ij namque, qui coniugitūta suscipiunt, vt Deum à se & à sua mēte excludat, & suæ libidini ita racent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestate dæmonium super eos Deinde subiecit: Accipies virginem cum timore Dñi, amore filiorū magis, quā libidine ductus: vt in semine Abrahā benedictionem in filiis consequaris. Atq; vna etiā hæc causa fuit, cur Deus ab initio matrimoniu instituerit. Quare sit, vt illorū sit scelus grauissimū, qui matrimonio iuncti, medicamentis vel conceptū impediunt, vel partum abigunt: hæc enim

Terita.

Aug. 1. 9. de homicidarum impie conspiratio existimāda est. Ter Genes. ad 11 tia est, quæ post primi parentis lapsū ad alias cauteram ca. 7. sas accessit: cum propter iustitiae, in qua homo condī Chrysost. in tūs erat, amissionem, appetitus recte rationi repu Psa. 43. Am bro li. 1. de gnare cœpit: vt scilicet, qui sibi imbecillitatis sua Abrahā. c. 7. conscius est, nec carnis pugnam vult ferre, matrimonij remedio ad ritāda libidinis peccata vtatur. De quo ita Apostolus scribit: Propter fornicationem unusquisque suam vxore habeat, & unaquaque suū virum habeat. Ac paulo post, cum docuissest, interdum orationis causa à matrimonij debito abstinentiam esse subiecit: Et iterū reuertimini in id ipsum,

1. Cor. 7.

retentet vos Satanas, propter incontinentiam vestram. Hæcgitur sunt cause, quarum aliquam sibi proponere quisque debet, qui pie & religiose, vt sanctiorum filios decet, nuptias velit contrahere.

Quod

Quid si ad eas causas alie etiam accedant, quibus homines inducti matrimonium ineant, et que inhabendo vxoris delectu hanc illi preponant, ut heredis velinquenti desiderium, diuiti.e. forma generis splendor, morum similitudo: huiusmodi sanc rationes dare nandæ non sunt, cum Matrimonij sanctitati nostra pugnet: Neque enim in sacris literis Jacob Patriarcha reprobatur, quod Rachelem, eius puleritudine illectus, Lie prætulerit.

Genes. 29.

Hæc de Matrimonio, ut naturalis coniunctio est, docenda erunt: ut autem sacramentum est, explicare oportebit, eius natura multo præstantiore esse & omnino ad altiore finē referri. Quemadmodū enim matrimonii, ut naturalis coniunctio, ad propagandū humanū genus ab initio institutū est: ita deinde, ut populus ad veri Dei, & salvatoris nostri Christi cultū & religionē procrearetur atque educaretur, sacramenti dignitas illi tributa est. Cū enim Christus Dñs vellet arctissimæ illius necessitudinis, quæ ei cū Ecclesia intercedit, suaq; erga nos immensæ charitatis certum aliquod signū dare, tanti mysterij diuitatē hac potissimum maris & fœmine sancta coniunctione declarauit. Quod quidem aptissime factū esse intelligi ex eo potest, quod ex omnibus humanis necessitatibus nulla inter se homines magis, quam matrimonij vinculum constringit: maximaq; inter se vir & vxor charitate & benivolentia deuinatis sunt. Atque idcirco sit, ut frequenter sacra littera

Matrimo-
 niū sacramētū nuptiarum similitudine diuinam hanc Christi &
 Ecclesiæ copulationem nobis ante oculos proponant.
 tum esse &
 vñ de septe-
 legi Euāge
 licez.
 Ephes. 5. Amb. in c. 5. r. s. f.
 decret. Gre
 gori. 12. 7. de
 nigrati. c. 9.
 cap. 7. & de
 nuptijs &
 concupisce.
 Leo. epi.
 91. ad Rust.
 Narbō. C. 5.
 Flor. & Tri.
 ses. 24. indo
 Crina d. Ma
 trimonio, &
 can. 1.
 Iam vero matrimonium sacramentum esse, Ec-
 clesia Apostoli autoritate confirmata, certum &
 exploratum semper habuit: ita enim ad Ephesios
 scribit. Viri debent diligere vxores suas, ut corpo-
 raliter in carnem rasua. Qui suam vxorem diligit, se ipsu[m] diligit:
 ad Ephe. Lu[n]g[u]m nemo enim unquam carnem suam odio habuit sed
 eius. 3. 1. f.
 nutrit & fouet eam sicut & C H R I S T V S,
 Ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de-
 carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relin-
 quet homopatrem & matrem suam, & adhæredit
 & operibus vxori sue, & erunt duo in carne una. Sacra-
 mentum hoc magnum est: ego autem dico in C H R I-
 STO & in Ecclesiæ. Nam quod inquit: Sacra-
 mentum hoc magnum est: nemini dubium esse debet
 ad matrimonium referendum esse: quod scilicet viri
 & mulieris coniunctio cuius D E V S author est,
 sanctissimi illius vinculi, quo C H R I S T V S
 Dominus cum Ecclesia coniungitur, sacra-
 mentum id est, sacrum signum sit. Atque hanc esse horum
 verborum propriam & verā sententiam, veteres san-
 ctos Patres, qui cum locum interpretatis sunt, ostendunt: idemque sancta^a Tridentina Synodus explica-
 uit. Constat ergo, virum Christo, uxorem Ecclesia
 ab Apostolo comparari, virum esse caput mulieris,
 ut est Christus Ecclesie: eaque ratione fieri, ut vir
 uxorem diligere, & vicissim uxor virum amare &
 colere.

colere debeat. Christus enim dilexit Ecclesiam, & pro ea semetipsum tradidit. Rursus vero, ut idem Apostolus docet, Ecclesia subiecta est Christo. Sed Ephes. §1 gratiam quoque hoc sacramento significari & tri-
bui, in quo maxime ratio sacramenti inest, ea Syno. Tri. Syn sef
di verba declarant: Gratiam vero, quae naturalem
illum amorem persiceret, & indissolubilem vni-
tatem confirmaret, coniugesque sanctificaret, ipse
Christus, venerabilium sacramentorum institutor
atq[ue] perfector, sua nobis passione promeruit. Qua-
re docendum est, huius sacramenti gratia effici, ut
vir & vxor, mutue charitatis vinculo coniuncti, al-
ter in alterius benevolentia conquiescat, alienos-
que & illicitos amores & concubitus non querat,
sed in omnibus sit honorabile connubium & torus
immaculatus.

Sed quantum matrimonij sacramentum ijs ma- Heb. 13.
trrimonij prestat, qui ante, vel post legem inire sole-
bant, ex eo licet cognoscere, quod & si gentes ma-
trimonio divini aliquid inesse arbitrabantur, atque
ob causam vagos concubitus à naturæ lege alienos
esse, itemq[ue] supra, adulteria, & alia libidinis ge-
nera vindicanda esse iudicabant, tamen eorum con-
nubia nullam pro rorsus sacramenti vim habuerunt.
Apud Iudeos vero religiosius omnino nuptiarum
leges seruari consueverant: neque dubitandum,
quin eorum matrimonia maiori sanctitate pre-
dicta essent. Cum enim promissionem accepissent,

Genes. 23. fore aliquando, vt omnes gentes in semine Abraha benedicerentur: magne apud eos pietatis officium merito esse videbatur, filios procreare, electi populi sobolem, ex qua Christus Dominus Salvator noster, quod ad humnanam naturam attinet, ortum habitus esset, propagaret sed ille quoque coniunctio nes vera sacramenti ratione caruerunt. Huc accedit quod siue naturae post peccatum, siue Moysis legem spectemus, facile animaduertimus matrimonium a primi ortus sui decore & honestate decidisse. Dum enim naturae lex vigebat, multos ex antiquis Patribus fuisse comperimus, qui plures simul uxores duceret. Deinde vero in lege Moysis permisum erat, dato repudiij libello, si causa fuisse, diuortium cum uxore facere: quorum verumque ab Euangelica legge sublatum, matrimoniumq; in pristinam statum restitutum est.

Deut. 24.

Nam quod polygamia à matrimonij natura aliena esset, (etsi aliqui ex priscis Patribus accusandi non sunt, quod non sine Dei indulgentia plu-
 Isidorus 1. res uxores ducerent) Christus Dominus ostendit
 2. de offic. illis verbis: Propter hoc dimittet homo patrem &
 Eccle c. 19. matrem, & adhæredit vxori suæ: & erunt duo
 C6. Tri. sel. in carne una: Ac deinde subiungit: Itaque iam
 24. tan. 2. non sunt duo, sed una caro: Quibus verbis pla-
 Matth. 19. num fecit, matrimonium ita à Deo institutum es-
 se, vt duorum tantum, non plurium coniunctione
 desiniretur. Quod etiam alibi apertissime docuit:
 inquit

inquit enim: Quicunque dimiserit vxorem suam, Marc. 10.
 & aliam duxerit, adulterium committit super eam
 & si vxor dimiserit virum suum, & alijs nupserit,
 mœchatur. Nam si viro liceret plures uxores ducere
 nulla omnino causa esse videretur, cur magis adul-
 terij reus dicendus esset, quod præter eam uxorem,
 quam domi haberet, alia duceret, quam quod prio-
 re dimissa cum alia coiungeretur. Atq[ue] ob eam rem
 fieri intelligimus, ut si infidelis quispiam, gentis sue
 more & consuetudine, plures uxores duxisset, cum
 ad veram religionem conuersus fuerit, iubeat eum
 Ecclesia ceteras omnes relinquere, ac priorem tantum
 iuste & legitime uxoris loco habere.

Verum eodem Christi Domini testimonio faci-
 le comprobatur, nullo diuortio vinculum matrimo-
 niū dissolui posse. Si enim post libellum repudiij mu-
 lier à viri lege soluta esset, liceret ei sine ullo adul-
 terij crimine alteri viro nubere: atqui Dominus
 aperte denunciat: Omnis, qui dimittit uxorem suā,
 & alteram ducit, mœchatur. Matth. 19.
 Quare coniugij vin-
 culum nullare, nisi morte, dirumpi perspicuum est. Marc. 10.
 Quod quidem Apostolus etiam confirmat, cum in-
 quirit: Mulier alligata est legi, quanto tempore vir
 eius viuit: quod si dormierit vir eius, liberata est à
 lege: cui vult, nubat, tantum in Domino. Et rur-
 sus: His, qui matrimonio iuncti sunt, precipio, non
 ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quod
 si discesserit, manere innuptam, aut viro suo recon-

Luc. 16.1. Cor. 7. &ad Roma. 9.1. Cor. 7.Videaturca 48. Apostol. & Aug.de adulteri

nis cōiugij ciliari. Eam vero optionem Apostolus mulieri,
lib. 2. c. 5. & 9. & l. 50 ho-
miliarū: ho.
49. & de bo-
nō cōiug. c.
7. 15. 18. & discedat.

24. Hie. ep. 30. In Epi-
taphio Ba-
biolæ ad
Oceanum.
Cō. Tri. ses.
24. can. 5. 6
7. & 8. Cō-
fil. Mileui.
Can. 17.

Ac ne forte elicui videatur durior Matrimo-
niū lex, quod nulla vñquam ratione dissolui possit;
docendum est, que sint cum eæ utilitates coniuncta.
Primum enim homines in coniungendis matrimo-
niū virtutem potius & morum similitudinem, quā
diuitias & pulchritudinem spectandam esse intelli-
gant: quæ quidem re communi societati maxime co-
suli, nemo dubitat. Preterea si diuortio ma-
trimonium dissolueretur, vix vñquā dissidendi cau-
se hominibus, quæ eis ab antiquo pacis & pudicitia
hoste quotidie obijceretur, deessent. Nunc vero cum
fideles secum cogitant, quamvis etiam coniugij con-
iunctū & consuetudine careant, se tamē matrimonii
vinculo constrictos teneri, omnemq; alterius uxo-
ris ducendæ spem sibi præcisam esse, ea refit, vt qd
iracundiam & disidia tardiores esse consueverint.

§. Aug. I. 2. Quod si interdum etiam diuortium faciant: & diu-
de adul. cō-
jug. c. 6. & amicos reconciliari ad eis coniuctum redcent. Sed
q;. hoc loco prætermitta non erit Pastoribus san-
cti Augustini salutaris admonitio. Is enim ut
ostenderet fidelibus haud grauate faciendum esse

vt cunivoribus, quas adulterij causa dimisissent, si
eas delicti péniteret, in gratiam reducerentur, Cur
inquit vir fidelis non recipiet vxorem quam recipit
Ecclesia? aut cur vxor viro adultero, sed paenitenti
non ignoscat, cui etiam ignouit Christus? Nā quod
scriptura stultum vocat, qui tenet adulteram: de ea
sentit, que cū deliquerit paenitere & à coptatur
pitidine desistere recusat. Ex ijs itaque perspicuum
est: fidelius coniugia perfectione & nobilitate, tum
gentilium, tum Indorum matrimonij longe prae-
stare.

Prouer. 18.

Docendi præterea sunt fideles tria esse matrimo-
niū bona, prolem fidem, sacrumuentum: quorum com-
pensatione illæ incommoda leniantur, que Aposto-
lus indicat his verbis: Tribulationem carnis habe-
bunt huiusmodi. Efficiturque, vt coniunctiones cor-
porū, que extra matrimonium merito damnēde es-
sent, cum honestate coniunctæ sint. Primum igitur
bonū est proles, hoc est, liberi, qui ex iusta & legi-
tima suscipiuntur vxore: id enim tanti fecit Aposto-
lus, ut diceret: Saluabitur mulier per filiorū genera-
tionē. Nec vero hoc de procreatione solū, sed de edu-
catione etiā & disciplina, qua filij ad pietatem cru-
diuntur, intelligendū est: sic enim statim subdit Apo-
stolus: Sancte permanescint. Monet enim scriptu-
ra filij tibi sunt: erudi illos & curia illos à pueri-
tia illorum. Idem etiam Apostolus docet: eiusque in-
stitutionis pulcherrima exempla Tobias, Iob, &

1. Cor. 7.

Conc Flor.

Aeg de. bo-

nocēing. c.

24. & l. 9. de

nuptijs &cō

cup l. i. c. 11

1. Tlmo. 2.

Ecl. 7.

alijs sanctissimi Patres in sacris literis præbent. Quia vero sint parentum & filiorum officia, in quarto pœcepto latius explicabitur. Sequitur fides: quod est alterum matrimonij bonum, non ille virtutis habitus, quo imbuimur, cum baptismū percipimus: sed fideli tas quedā, qua mutuo vir uxori, & uxor viro ita se obstringit, ut alter alteri sui corporis potestate tradat: sanctumque illud coniugij fœdus nunquam separio laturum pollicetur. Id facile colligitur ex illis verbis, quæ à primo parente enunciata sunt, cum Euā uxorem suam accepit: quæ deinde Christus Dūs in Euangelio cōprobauit. Quare relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Item ex eo Apostoli loco: Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Quare optimo iure grauissime animaduer siones à Domino in adulteros, quod hanc maritalem fidem frangat, in veteri lege constitutæ erant. Postulat præterea matrimonij fides, ut vir & uxor singulari quodam, sanctoque & puro amore coniuncti sint: neque ut adulteri inter se amēt: sed ut C H R I S T U S dilexit Ecclesiam. Hanc enim Apostolus regulam prescripsit, cum ait: Viri, diligite uxores vestras, sicut & C H R I S T U S dilexit Ecclesiam, quam certe immensa illæ charitate, non sui commodi gratia, sed sponsæ tantum uilitatem sibi proponens, complexus est. Tertium bonum, Sa-

eramentum appellatur, vinculum scilicet matrimonij, quod nunquam dissolui potest Nam, ut est apud Apostolum. Dns precepit vxorem à viro non discedere. quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari: & vir vxorem nō dimittit. Si enim matrimonium, ut sacramentum est, Christi coniunctionem cum Ecclesia signat, necesse est, ut Christus se ab Ecclesia nunquam disiungit, ita vxorem a viro quod ad matrimonij vinculum attinet, separari nō posse. Verum, ut haec sancta societas sine querela faciliter conseruetur, viri & vxoris officia, que à sancto Paulo & à Principe Apostolorum Petro descripta sunt, tradenda erunt.

1. Cor. 7.
Aug. li. 1. de
nuptijs &
cō ca. 10. &
21. & de bo
no cōla.ca.
24.

Ergo viri munus est, vxorem liberaliter & honoriſſe tractare: qua in re meminisse oportet, Euam ficiā. ab Adamo sociam appellatam esse, cum inquit: Mu- Gen. 3. Ecc.
lier, quam dedisti, mihi sociam. Cuius rei causa aliqui Patres factum esse docuerunt, vt ea non expe- 7. 25.
dibus, sed ex latere viri formaretur: quem admo- 1. Cor. 11.
dum etiam ex capite condita non est, vt se viri Do- Ephes. 5.
minam non esse intelligeret, sed viro potius sub- Colos. 3.
iectam. Decet preterea virum in alicuius honestae Chry. hom.
rei studio semper occupatum esse, tū, vt ea suppeditet, quæ ad familiam sustentandam necessaria sunt, 20. Inepi. ad
tum ne inerti otio languescat: à quo vitiis fere omnia fluxerunt: deinde vero familiam recte consti- Ephes.
tuere, omnium mores corrigere singulos in officio
cōtinere. Rursus autem vxoris partes sunt, quas A-

1. Pct. 5. postolorum princeps enumerat, cum inquit: Mulie-
 Videatur & res subditæ sint viris suis: vt &, si qui non credunt
 Colos. 3. verbo per mulierum conuersationem sine verbo lu-
 Tit. 1. crificant, considerantes in timore sanctam conuersa-
 1. Tim. 2. tionem vestram, quarum non sit extrinsecus capilla-
 Ephe. 5. tura, aut circundatio auri, aut indumenti vestrimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis, homo in in-
 corruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in
 conspectu Dei locuples, sic enim aliquando & san-
 ctae mulieres sperantes in Deo ornabant se subiecta
 proprijs viris, sicut Sara obediebat Abrahae, Dominum
 eum vocans: Earum quoque præcipuum studium fit
 filios in religionis cultu educare, domesticas res di-
 ligenter curare. Domi vero libenter se contineant,
 nisi necessitas exire cogat: idque sine viri permisso fa-
 cere non quæ audeat. Deinde, in quo maxime marita-
 lis coniunctio sita est, meminerint semper, secundum
 Deum, magis, quam virum, neminem diligendum, eo
 ne pluris faciendum esse neminem: cui etiam omnibus
 in rebus, que Christianæ pietati non aduersantur,
 morem gerere & obtemperare summa cum alacri-
 tate animi oporteat.
) (Deritib⁹
 In matrimo-
 nio contrahē-
 do obseruā-
 dis.
 Enaristus e-
 pl. i. ad oēs
 Epis. Aphr.
 Tri Syn. ses.
 24. dīcēf. c. i

) (Harum rerum explicationi consequens erit,
 vt Pastores ritus etiam doceant, qui in matrimonio
 contrahendo seruari debent. De quibus non est ex-
 pectandum, vt hoc loco præcepta tradantur, cum à
 Sancta Tridentina Synodo, qua hac in re maxime
 obseruanda sint, copiose & accurate constituta
 fuit

fuerint, neque illud decretum à Pastoribus ignorari possit. Satis igitur est eos admonere, ut, que ad hanc partem attinent, à sacri Concilij doctrina cognoscere studeant, eaque fidelibus diligenter exponant. In primis autem, ne adolescentes & puella, cui etati inest maxima imbecillitas consilij, falsonuptiarum nomine decepti, turpium amorum fœderæ incanteant, sepiissime docebunt, ea neque vera, neque rata matrimonia habenda esse, quæ præsente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi vel ordinari licentia, certoqz testium numero, non contrahantur.

Sed quæ matrimonium etiam impediunt, explicanda erunt. In quo argumento pleriqz, graues & doctissimi viri, qui de vitijs & virtutibus conscripsérunt adeo diligenter versati sunt ut facile omnibus futurum sit, quæ illi scriptis suis tradiderunt, in hunc locum transferre: cum præsertim necesse habeat Pastores, eos ipsos libros nunquam fere è manibus depone-re. Itaqz, tum illas præceptiones, tum quæ à sancta Synodo sancitas sunt de impedimento; quod vel à cognatione spirituali, vel à iustitia publicæ honestatis, vel à fornicatione oritur, attente legent, & tradenda fidelibus curabnt. Ex quibus perspicit potest, quo animo affectos esse oporteat fideles, cum matrimonium contrahant. Neque enim se humanam aliquam rem aggredi, sed diuinam putare debent: in qua singularē mentis integratem & pietatem adhibendam esse,

Patrum

Patrum veteris legis exempla satis ostendunt: quorum matrimonia tametsi sacramenti dignitate praedita non erant, ea tamen maxima semper cum religione & sanctimonia colenda esse existimarunt.

Inuitis autem patrētias, vt parentibus & ijs, in quorum fide & potestate tib. matri- sunt eum honorem tribuant, vt ipsis inscientibus, ne monū non dum inuitis & repugnātibus, matrimonia nō ineat. contrahend-
dum.

Nam in veteritamento licet animaduertere filius à patribus semper in matrimonium collocatos esse, qua in re plurimum illorum voluntati deferendum esse, Apostolus etiam videtur ijs verbis indicare: Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.

De vsu matrimoniij. Extrema illa restat pars, quae ad matrimonij usum pertinet, de quibus ita agendum est à Pastori bus, vt nullum ex eorum ore verbum excidat, quod fidelium auribus indignum esse videatur, aut piamentes lādere, aut risum mouere queat. Ut enim eloquia Domini, eloquia casta sunt: ita etiam maxime decet, Christiani populi doctorem eiusmodi orationis genere vti, quod singularem quandā gravitatem, & mentis integritatem p̄ se ferat. Quare duo illa maxime docendi sunt fideles, primum quidem non voluptatis aut libidinis causa matrimonio operam dandam esse: sed eo vtendum intra illos fines, qui vt supra demonstratum, à Domino p̄ scripti sunt. Meminisse enim conuenit, quod Apostolus

lus hortatur: Qui habent uxores, tanquam non habentes sint, tum vero à S. Hieronymo dictum esse: Sa-
piens vir iudicio debet amare coniugem, non affe-
ctu: reget impetus voluptatis, nec præceps feretur ad
coitum. Nihil est fædius, quam uxori amare qua-
si adulteram. Sed quoniam bona omnia sanctis pre-
cationibus à Deo impetranda sunt, alterum est, quod
fideles docere oportet, ut Deum orandi & obsecranti
causa à matrimonij officio interdum abstineant:
in primisq; id sibi obseruandum sciant, tribus sal-
tem diebus, ante quam sacram Eucharistiam per-
cipiant, sèpibus vero cum solennia Quadragesimæ ie-
junia celebrantur, quemadmodum Patres nostri re-
ete & sancte preceperunt. Ita enim fiet, ut ipsa ma-
trimoniij bona maiori in dies diuinæ gratiæ cumulo
augeri sentiant: & pietatis studia sectantes, non mo-
do hanc vitam tranquille & placide traducant, sed
eternæ etiam Dei benignitate consequantur, vera &
stabilis spe, quæ non confundit, nitantur.

DE DEI PRÆCEPTIS

in Decalogo contentis.



Eatalogum, legum omnium sum-
mam & epitomen esse, Sanctus Au-
gustinus litteris commendauit. Cū 140. super
multa locutus sit Dominus, duæta Exodum,
men tantum tabule dantur Moysi
lapiæ,

S. Aug. q.
Exodus.

lapideæ, quæ dicuntur tabulae testimonij futuri in aya-
 ca. Nimirum et cetera omnia, quæ præcepit Deus ex illis
 deinceps, quæ duabus tabulis cōscripta sunt, pē-
 dere intelliguntur si diligenter, querantur, & recte
 Matth. 22. intelligantur: quomodo hec ipsa rursus deinceps
 pta ex duobus illis, dilectionis, scilicet Dei, & proxi-
 mi, in quibus tota lex pendet & Propheta. Itaque
 cum sit totius legis summa, Pastores oportet in eius
 contemplatione die noctuq[ue] versari, non ut vitam
 suam modo ad hanc normā cōponant: sed etiam, vt
 Malach. 2. populum sibi creditum in lege Domini erudiant. Nā
 2. Cor. 3. labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem re-
 quirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituū
 est: quod ad Pastores nouæ legis maxime pertinet,
 qui Deo propiores, à claritate in claritatem trans-
 formari debent, tanquam à Domini spiritu: & cum
 Matth. 5. eos lucis nomine nuncupauit Christus Dominus, pro-
 Roma. 2. priæ sunt illorum partes, vt sint lumen eorum, qui in
 tenebris sunt eruditores insipientium, magistri in-
 fantium, & si quis præoccupatus fuerit in aliquo de-
 licito, ipsi, qui spirituales sunt, huiusmodi instruant.
 Galat. 6. In confessionibus etiam, iudicis personam sustinent
 ac pro genere & modo peccatorum sententiam fe-
 runt. Quare nisi suam sibi inscritam, nisi alijs etiam
 esse fraudi velint, in eo sint necesse est quam vigilan-
 tissimi, & in diuinorum præceptorum interpretatio-
 ne exercitatissimi, vt ad hanc diuinam regulam, de
 qua u[er]ū & actione & officijs prætermissione iudiciū
 facere

facere possint, & ut est apud apostolum, sanā doctrinā tradant, id est, quae nullum continet errorem, & 2. Tim. 4. animorum morbis, quae sunt peccata, medeatur: ut sit populus Deo acceptus sicut uer bonorum operum. Ti. 2.

Iam vero in huiusmodi tractationibus ea Pastor sibi & alijs proponat, quibus legi parendum esse persuadeat. Inter cetera autem, quae animos hominum, ad huius legis iussi seruanda possunt impellere, illud maximam vim habet, Deum esse huius legis auctorem. Nam enim per angelos data esse dicatur, nemo tamen dubitare potest, ipsum Deum esse legis auctorem. Cuius rei satis amplius testimonium præbent non solum ipsius legislatoris verba, quae paulo post explicabuntur, sed infinita pene scripturarum loca, quae Pastoribus facile occurrent. Nemo enim est, qui sibi à Deo legem in animo insitā esse sentiat, quae bonum à malo, honestum à turpi, iustum ab iniusto posse secernere: cuius vis & ratio legis cum ab ea, quae scripta est, diversa non sit, quis est, qui vt intime sic scripta legis auctorem Deum negare audeat? Hanc igitur diuinam lucem, pene iam prauis moribus & diuina peruersitate obscuratam, cum Deus Moysi legem dedit, quam potius illustriorem reddidisse, quam nouam tulisse, docendum est: ne forte, cum populus audit, legi Mosis derogari esse, paret his legibus se non teneri. Certissimum enim est non propterea his preceptis parendum esse, quod per Mosen data sunt,

sed

sed quod omnium animis ingenita, & per Christum
Dñm explicata sunt & confirmata. Iuuabit tamen
plurimum, & ad persuadendum magnum habebit
momentum illa cogitatio, Deum esse, qui legē tulit:
de cuius sapientia & aequitate dubitare non possu-
mus, nec eius infinitam vim atque potētiā effugere.

Exodi. 20.

Malach. 1.

Quare cū per Prophetas Deus iuberet seruare legē,
dicebat se Dñm Deum esse. Et in ipso Decalogi exor-
dio. Ego sum Dñs Deus tuus, & alibi: Si Dominus e-
go sum, vbi est timor meus? Nō solum autem excita-
bit fidelium animos ad seruanda Dei præcepta sed
ad gratiarum etiam actionē, quod suam Deus, qua
salutem nostram contineret, voluntatē explicarit.

Quare non rno loco scriptura maximum hoc bene-
ficium declarans, populum commonefacit, vt suam
dignitatem, ac Domini beneficentiam cognoscat, &
luti in Deuteronomio. Hæc est, inquit, vestra sapien-
tia & intellectus coram populis, vt audientes uni-
uersi præcepta hæc, dicant. Enpopulus sapiens, &
intelligens gens magna. Et rursus in psalmo: Non
fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non mani-
festauit eis.

Quantama Verum si Parochus rationem præterea latæ le-
iestate lex. ^{gis ex scriptura auctoritate demonstrarit, facile in}
Decalogida ta Exod. 19. telligent fideles, quam pie ac suppliciter acceptam
Dei legem colere oporteat. Triduo enim ante, quam
ferretur lex, Dei iussu dictum est omnibus, vt vesti-
menta lauarent, uxores non attingerent, quo
san-

sanctiores ac paratiōres essent ad accipientiam legē: ut ad diē tertium adessent. Deinde, cum ad montē essent adducti, vnde Dñs illis per Mosem leges erat latus vni Moysi dictum est, ut in monte ascēderet: quo Deus maxima cūr maiestate venit, & locū o-
 ntruis, fulgorib[us], igne densisque nebulis circumfa-
 dit, ac loqui cū Mose cœpit, eique leges dedit. Quod
 diuina sapientia nullā alia ob causam factū voluit,
 nisi nos vt moneret, casto humiliique anima legem
 Dñi accipientiam esse: quod si præcepta negligere-
 mus, paratas nobis ad diuinā iustitiam poenas immine-
 re. Quin etiam legis iussa difficultatem non habe-
 re ostendat Parochus: quod vel una h[ab]ratione ex
 S. f. Augustino docere poterit, cum dicit: Qui que
 so, dicitur impossibile esse homini amare, amare in pop. &. 8. at
 quam, creatorē beneficū, patrem amantissi-
 num, deinde etiam & carnē suam in fratribus pop. Basī, q.
 suis? at vero qui diligit, legem impleuit. Quare
 b. Ioan. Apost. præcepta Dei grauit non esse aper-
 tē testatur: nihil enim iustius, nihil cum maiore dī-
 ginitate, nihil maiore ēū fructu ab homine, teste B. f. ad Damasū
 Bernardo, exigi potuisse. Quamobrem summa Dei Cō. Trī:les.
 benignitatē admiratus est August. sic ipsum Deū 6. c. ii. cā. 8.
 affatus. Quid est homo, quod amari te ab eo vis: &
 si non faciat, ingentes minaris poenas? an non satis
 magna hac est, si non diligam te? Quod si quis eam a: de dili-
 afferat excusationem, impediri se, quo minus Deum gendo Deo.
 amet, infirmitate naturae: dicendū est, Deum, qui

† Aug. in L.

denatura &

gr. c. 69. &

serm. 61. ac

191. de tépo.

Chrys. lib. 1.

de compun-

ctio. cordis.

& hō. 39. ad

que. 65. ad

pop. Basī, q.

76. in regu-

lis breviort-

bus H[ab]eron

in symbol.

Bernardo, in tra-

6. c. ii. cā. 8.

a Rom. 13.

b. 1. Ioan. 5.

c Bern: intera-

gendo Deo.

amorem requisiuit, amoris vim inferere cordibus per Spiritum sanctum suum: hic autem spiritus bonus per eis in spiritibus a patre coeundi datur: ut merito sanctus Augustinus precatus sit: Da quod iubes, & iube quod vis. Quia igitur Dei auxilium presto nobis est, maxime post Christi Domini mortem, per quam princeps huius mundi electus est foras, non est, quod quisquam rei difficultate deterreatur; nihil enim est amantem difficile.

S. Aug. 1. 10. cōfci. c. 29. 31. 37. & d. bonor. per se. cap. 10. Præterea ad eandem persuadendam plurimum valebit si explicabitur necessario legi obtinerendum esse præsentim cum nostris temporibus non desuerint, qui siue facilis siue difficilis sit lex, ad salutem tamquam nequaquam necessariam esse, impie & magno ipsorum malo dicere non veriti sunt. Quorum nefariam impianque sententiam sacræ scripture testimonijs Prochorus confutavit, eiusdem maxime Apostoli, cuius il-

Mar. 5. &c. 19. **Luc. 18.** **Mar. 10.** **Rom. 2. 13.** **Jacob. 1. 14.** **I. Ioan. 3.** **1. Cor. 7.** **Galat. 6.** liauctoritate impietatem suam tueri conantur. Quid igitur ait Apostolus: non præputium, non circumcisio quidquam esse, sed observationem mandatorum Dei. Quod vero eandem sententiam alibi repetit, & nouam creaturam in Christo tantum dicit valere, intelligimus plane eam nouam creaturam in Christo dicere, qui mandata Dei obseruat. Is enim, qui habet mandata Dei ac seruat, diligit Dominum ipso teste, apud Ioannem: Si quis diligit me, sermone meum seruabit. Nam et si iustificari potest homo, & ex impiis fieri pius, ante quam singula legis præcepta externis actionibus impletat: tam non

ri non potest, ut, qui per etatem ratione utique queat, ex
 timo fiat iustus, nisi animum habent paratum ad omnia
 praecepta Dei seruanda. Ad extremum vero, ne
 quid pretermittat Parochus, quo fidelis populus ad-
 ducatur, ut legem seruet, quam sunt eius vberes sua
 uesperij fructus demonstrabit: quod facile poterit ex his
 que Psalmo decimo octavo scripta sunt, probare. In
 eo enim legis Dei laudes celebrantur: quarum hec est Psalm. 18.
 vel maxima, quae Dei gloriam & maiestatem multo
 amplius explicat, quam decorum suo atque ordine facilius
 ipsa celestia corpora: que ut omnes quamvis barbaras
 nationes in sui admirationem rapiunt, ita efficiunt
 ut rerum omnium opificis & conditoris gloriam, sa-
 pientiam, ac potentiam agnoscant. Ac lex quidem Do-
 mini conuertit animas ad Deum, agnoscentes enim
 vias eius & Dei sanctissimam voluntatem per legem,
 conuertimus pedes nostros in vias Domini. At quia
 soli timentes Deum vere sapientes sunt: hoc illi de-
 inceptribuit, ut sapientiam praestet parvulis. Hinc
 veris gaudios, & mysteriorum dinitorum cognitio-
 ne, ingentibus praeterea voluptatibus & premios,
 & in hac vita, & in futuro seculo illi cumulantur,
 qui Dei legem obseruant. Nec vero tam nostra utili-
 tatis gratia, quam Dei causa, nobis est seruanda lex,
 qui suam hominum generi in lege voluntatem ape-
 ruit: quam cum ceterae creature sequantur, hominem
 ipsum eandem sequi multo est equius. Ne id quidem
 silentio praeterendum est, vel in hoc maxime suarum

nos Deū clementiam, & summæ bonitatis dinitiæ
astendisse: quod cū sine ullo premo nos potuisset, vt
sue gloriae seruiremus, cogere: voluit tamen suā glo-
riā cum utilitate nostra cōiungere: vt quod homini
utile, idem esset Deo gloriosum. Quoniam igitur id
maximum & præclarissimum est, docebit Parochus
vt à Prophetā ultimo loco dictum est, in custodiē
illis retributionem multam esse. Nō enim tantū il-
le nobis benedictiones promissæ sunt quæ ad terre-
nam magis felicitatem spectare videbantur, vt bene-
dicti simus in ciuitate, benedicti in agro, sed copiosa
merces in celis, & mensura bona, conferta, coagita-
ta, & superfluens proposita est, quā pīs & iustis actio-
nibus meremur diuinæ misericordiæ adiumento.

Exod. 20.

DE PRIMO PRÆCEPTO

Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi
te de terra Ægypti, de domo seruitutis,
non habebis deos alienos coram me. Non
facies tibi sculptile, &c.

Roma. 1.

Quamuis hæc lex Iudeis in monte à Domino da-
ta fuerit: tamen quoniam natura omnium
mentibus multo ante impressa & consignata erat,
atque ob eam rem Deus vniuersos homines illi per-
petuo parere voluit, plurimum proderit, verba illa
quibus Moyse ministro atque interprete, Hebraicis
promulgata est, & populi Israelitici historiam,

qua

quæ mysteriorū est plena diligenter explicare. Prin-
cipio narrauit, ex omnibus nationibus, quæ sub celo-
erant, vnam Deum delegisse, quo ortum habuit ab
Abraham, quē peregrinum esse voluit in terra Chā-
naam cuius possessionem cum ei pollicitus esset, tamē
& ille, & posteri eius amplius quadringentos annos
vagi fuerunt, antequam promissam terram incole-
rent: in qua quidem peregrinatione nunquam eorū
curiam dimisit. Transibant quidem illi de gente in Pal. 10.4.
gentem, & de regno ad populum alterum: sed nullā
vnquam illis iniuriam fieri passus est, imo vero in-
reges animaduertit. Priusquam autem in Ægyptū,
descenderent, virum premisit, cuius prudētia & illi
& Ægypti fame liberarētur. In Ægypto vero eail-
los benignitate complexus est, ut repugnante & in-
cumbente ad illorum perniciem Pharaone, mirū in-
modum augerentur: & cum valde affligerentur, ac
tanquam servi durissime tractarentur, ducem Moy-
sen excitauit qui eos in manu potēti educeret. Huius
principue liberationis inicio legis meminit Dominus
bis verbis: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi
te de terra Ægypti, de domo seruitutis. Ex his vero Deut. 9.
illud maxime Parocho animaduertendum, vnam
ex vniuersis nationibus à Deo delectum esse, quam
populum vocaret suum, & cui se cognoscendum &
colendum præberet, non quod caseras insinuerant
numero vinceret, quemadmodum Hebreos monet
Deus, sed quod ipsi Deo sic placuit, potius ut gentem

exiguam & inopem angeret & locupletaret, quo
eius potentia & bonitas notior apud omnes esset &
illustrior. Cum igitur ea esset illorum hominum co-
ditio, ihs conglutinatus est, & hos amauit ita, ut cum
Deut. 10.
effet Dominus cali & terra, non confunderetur vo-
cari Deus eorum, quo ceteras gentes ad emulationem
Rom. 11.
prouocaret, vt, perspecta Israelitearū felicitate, om-
nes homines ad veri Deicultum se conferrent, quem
admodum etiam Paulus testatur, se gentium felici-
Rom 2.1.
tate proposita, & verae Dei cognitione, qua eas instru-
xerat, ad emulationem carnem suā prouocare. De-
inde fideles docebit, Deum Hebreos patres diu pere-
grinari passum esse posteros etiā durissima seruitute
premi, diuexarique permisisse, ob eam rem, vt doco-
remur, amicos Dei fieri, non nisi mundi inimicos ac
peregrinos in terris, itaq; in Dei familiaritatē emfa-
cilius recipi, si nihil omnino nobis sit commune cū mū-
dotum vero, ut ad Dei cultum translati intelligere
mus, quanto feliores demum sint ijs, qui Deo, quam
qui mundo seruiunt: cuius rei nos scriptura commo-
net: inquit enim Veruntamen seruient ei, ut sciāt di-
stantiam seruitutis mea, & seruitutis regni terra-
Paral. 12.
ruim. Præterea explicabit, post amplius quadringen-
tiannis Deum promissa præstitisse, ut ille populus
fide ac spe aleretur. Alumnos enim suos Deus a se
perpetuo pendere vult, atque in eius benitate om-
nem spem suam collocare: ut in primiti precepti ex-
planacione dicetur. Postremo, locum ac tempus no-
tabit,

sabit quibus hanc legem populus Israël à Deo accepit: nempe postquam eductus ex Aegypto in desertum venit: ut beneficij recentis memoria allectus & loci asperitate in quo versabatur, deterritus, ad accipiendo legem aptior redderetur, homines enim ijs maxime deuinciuntur, quorum beneficentia experti sunt: at quo ad Dei præsidium confugiant, Esata. 28.

tum se omni spe humana destitutos esse agnoscunt;

Ex quo licet intelligere, fideles ad complectendam cœlestem doctrinam ea propinquiores esse, qua se magis à mundi illecebris & carnis voluptatibus abstraxerint: sicut per prophetam scriptum est. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à latte, auulso ab uberibus.

Enitatur itaque Parochus, & quantum potest efficiet, ut fidelis populus hac verba semper in animo habeat: Ego sum Dominus Deus tuus Ex quibus intelligent, legislatorem se creatorem habere, à quo & conditi sunt, & conseruantur: iureque illud usurpent. Ipse est Dominus Deus noster, & nos populus pascuae eius, & oures manus eius. Quod

Quidprincipi
più hoc De
calogi. Ego
sum Domi-
nus Deus
tuus: signifi-

rū verborum vehemens & frequens admonitio eam vim habebit, ut ad legem colendam fidelis promptiores reddantur, & à peccatis absineant. Quod autem sequitur. Qui eduxit te de terra Aegypti, de domo servitutis: eis Iudeis tam tum videtur consuovere, Aegyptiorum dominatu liberatis: tamen si interiorum salutis ratiuerso

Psal. 94

rationem spectemus, multo magis ad Christianos
homines periret, qui non ex Aegyptiaca seruitute,
sed è peccati regione & potestate tenebrarum

Coloss. 1.

ad Deo erexit, atque in regnum filij dilectionis sue
translati sunt. Cuius beneficij magnitudinem intu-

Hier. 16.

ens Hieremias prædixit illud. Ecce dies venient:
dicit Dominus, & non dicetur ultra, Vbiuit Domi-

Ioan. 11.

nus, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed
vbiuit Dominus qui eduxit filios Israel de terra A-

Rom. 6.

quilonis, & de vniuersis terris, ad quas eieci eos, &
reducam eos in terram suum, quam dedi Patribus

Luc. 1.

eorum. Ecce ego mittam pescatores multos, dicit
Dominus, & pescabuntur eos, & que sequuntur. Pa-

Rom. 6.

ter enim indulgetissimus per filium suum filios, qui
erant dispersi, congregauit in unum, ut iam non ut ser-

ui peccato, sed iustitiae, seruiamus illi in sanctitate
& iustitia corā ipso omnibus diebus nostris. Quare

Rom. 6.

fideles omnibus tentationibus tanquam clypeum oppo-

Heb. 6.

nent illud Apostoli: Qui mortui sumus peccato,
quomodo adhuc vivemus in illo: iam non sumus
nostrī, sed eius, qui pro nobis moriūus est, & resurre-

Gala. 4.

xit. Ipse est Dominus Deus noster, qui vos suo san-

Rom. 6:

guine sibi acquisiuit, quo modo peccare poterimus
in Dominum Deum nostrum: ipsiusque iterū cra-

ci affigere? Ut igitur vere liberi, & ea quidem

libertate, qua nos Christus liberauit, sicut exhibue-

ramus membra nostra seruire iustitiae, ita exhibe-

mus seruire iustitiae in sanctificationem.

Non

Non habebis Deos alienos coram me, Exod. 20.

Priorem in Decalogo locum obtinere, quæ ad Deum pertinent, posteriorem vero, quæ ad proximum, docebit Parochus: quia eorum quæ proximo præstamus, causa Deus est. Tum enim ex Dei præcepto proximum diligimus, cum propter Deum diligimus: et vero sunt in priori tabula descripta. Secundum loco, in verbis ijs, quæ propositæ sunt duplex contineri præceptū ostendet: quorū alterū iubendi, alterū prohibendi vim habet, Nā quod dicitur. Non habebis Deos alienos corā me: et habet sententiam coniunctam. Me verū Dēū coles, alienis dyscultum non adhibebis. In priori autem continetur præceptum fidei, spei, & charitatis. Nam cum Dēū dicimus immobilem, incommutabilem, perpetuò eundem manentem fidem, recte sine villa iniquitate contumeliam, ex quo eius oraculis assentientes, omnem ipsi fidem & auctoritatem tribuamus, necesse est: qui vero omnipotentiam, clementiam, & ad benefaciendum facilitatem ac propensionem illius considerat, poterit ne spes omnes suas non in illo collocare? At si bonitatis ac dilectionis ipsius effusas in nos diuitias completerunt, illum ne poterit non amare? Hinc est illud proœmium, hinc illa conclusio, quæ in præcipiendo mādādoque in scriptura vtitur Deus, Ego Dominus. Altera autem præcepti pars illa est. Non habebis Deos alienos coram me. Qualoquēdi formula legislator usus est, nō quod sa-

- a 3. Reg. 18. tis explicata nō esset hæc sententia affirmatione præcepti in hunc modum, Me vnum Deum coles : si enim Deus est, unus est : sed propter cætitatem plurimorum, qui olim Deum verum se colere profitebantur, multitudinem tamen deorum venerabantur; cuiusmodi inter Hebreos ipsos permulti fuerunt, à qui, vt Helias eis obiciebat, in duas partes clandicabant: quod & Samaritæ fecerunt, qui Deum Israelis, & deos gentium colebant.
- b 4. Reg. 17.

His explicatis, addendum erit hoc esse præceptū omnium primum & maximum, non ordinatum ipso, sed ratione, dignitate, præstantia. Debet enim obtinere Deus apud nos infinitis partibus maiorem, quam Dñi, quam regis charitatē & auctoritatem. Ipse nos creauit, idem gubernat: ab eo in utero matris nutriti, atque inde in hanc lucem educti sumus: ipse nobis ad vitam viæque res suppeditat necessarias, Peccant autem in hoc præceptum, qui fidem spē, & charitatem nō habent: quorum peccatum latissime patet. Sunt enim in hoc numero, qui in heresim labuntur: qui non credunt ea, quæ sancta mater Ecclesia credenda proponit: qui somnijs, augurijs, certisque vanis rebus fidem habent, qui de sua salute spem abiiciunt, nec diuina bonitati confidunt, qui diuitijs tantum qui corporis valetudine ac viribus nituntur, quæ fusius ab ijs explicata sunt, quæ de vitijs & peccatis conscripserunt.

De cultu.

Verum illud etiam huius præcepti explicatio-

ne accurate docendum est, venerationem & inuocationem sanctorum angelorum, ac beatarum animarum, quae caelesti gloria perfruuntur, aut etiam corporum ipsorum, sanctorumq. cicerorum cultum, que semper catholica Ecclesia adhibuit, huic legi non repugnare. Quis enim adeo damens est, qui, edicente rege, ne se pro rege quisquam gerut, aut regio cultu atq. honore affici patiatur, continuo potest nolle reges, suis ut magistratibus honos deferatur? Et si enim angelos Christiani adorare dicuntur exemplo sanctorum veteris testamenti, non eam tamen illis venerationem adhibent, quam Deo tribuunt. ^a Quod a Apo. 19^o si legimus interdum angelos recusasse, ne se homines venerarentur: eo fecisse intelligendum est, quod sibi cum honore haberi nolebant, qui soli Deo debetur. Spiritus enim sanctus, qui ait: ^b Soli Deo honor & gloria: idem praecepit, ^c ut honore parentes & se & Deum, niores afficeremus. Sancti præterea viri, qui Deum Exod. 19. vnum colebant, reges tamen, ut est in diuinis literis, adorabant, id est, supplices venerabantur. Quod si reges, per quos Deus mundum gubernat, tanto honore afficiuntur: angelicis spiritibus, quos Deus ministros suos esse voluit, & quorum opera non modo ad Ecclesiæ sue, sed etiam ad reliquarum rerum gubernationem pertinet, quorumq. ope maximis tam anime, tum corporis periculis quotidie liberamur, etiam si se nobis in conspectu non dent, tanto maiorem honorem nos habebimus, quanto beatæ illæ mentes dignitate regibus

& veneratione sanctorum.

- Daniel. 10. regibus ipsis antecellat? Adde charitatē, quā nos diligunt, qua duci, pro ijs prouincijs, quibus præsumt, Tob. 12. ut ex scriptura facile intelligitur, preces funduntur.
- APoc. 8. Matth. 18. † Ambro. in li. de viduis. ne dubitandum quidem est: nostras enim preces Deo offerunt & lachrymas. Quamobrem in Euangelio de persec. docuit Dominus, pusillos scandalizandos non esse: Vuandal. quod angeli eorum in cœlis semper vident faciē Patris, qui in cœlis est. † Inuocandi itaque sunt, quod Oseæ. 12. Gene. 48 & perpetuo Deum intuentur, & patrocinium sibi Nazia. in lutis nostræ sibi delatum libentissime suscipiunt. ora funebri Extant diuina scripturae testimonia huius inuocatio in Athanas. nis. † Iacob enim ab angelo, quicum luctatus fuit, Theodore. rat, petit, vt sibi benedicat imo etiam cogit: se enim lib. 8. Græcarū affect. non dimissurum illum profitetur, nisi benedictione accepta: neque solum sibi ab eo tribui, quem intuebatur, sed ab eo etiam, quem minime videbat, tum cū d. Gangré. dixit: ^a Angelus, qui eruit me de cunctis malis, bene Cō. can. 10. dicat pueris istis, ^b Ex quibus etiam colligi poterit e Tri. Cōc. tantum abesse, vt sanctis, qui in Domino dormierūt scil. 25. honore afficiendis atq; inuocandis, & sacris eorum reliquijs cineribusq; venerandis, Dei gloria minupr. Item in tur: vt eo maxime augeatur, quo magis hominum Basi. Ephré. spem excitat, confirmat, & ad sanctorum imitationis ser. de S. nem cohortatur quod officium Niceno altero, & Martyrib. Au. 7. de ba Gangrensi ac Tridentino Concilijs, & sanctorum puf. cō. Do. Patrum auctoritate comprobatur. ^c Quo nati. can. 1. S. Paulinus Nolagnus in vita S. Egliscis.

† Quo autem sit ad refutandos eos instructior
 Parochus, qui huic veritati aduersantur, sanctos Hieronymum contra Vigilantium, & Damascenū potissimum legat: ad quorum rationē, quod caput est, accedit consuetudo ab Apostolis suscepta, & in Ecclesia Dei perpetuo retenta & conseruata. Cuius rei quis firmius aut clarius requirat argumentū diuinæ scripturæ testimonio, quæ sanctorū laudes celebrat admirabiliter. Extant enim quorundam sanctorū diuina præcōnia: quorum laudes cum sacris literis celebrentur, quid est, quod illis singularem honorem non habeat homines? Et si ob eam causam magis etiam colendi & inuocandi sunt, b. quod pro salute hominum preces assidue faciunt, & multaq; eorum merito & gratia in nos Deus confert beneficia. d. Si enim gaudium est in cælo super uno peccatore pœnitenti agente: nonne etiam cælestes ciues pœnitentes adiuvabunt? nonne rogati peccatorum veniam & impetrabunt, & conciliabunt nobis Dei gratiā? Quod si dicatur, ut a nonnullis dicitur, superutacaneum esse sanctorū patrocinium, quod Deus sine interprete precibus nostris occurat: has impiorū voces illa c. S. Augustini facile cōuincunt, multa Deū non cōcedere, nisi mediatoris ac deprecatoris opera, & officium ac-

cesserit. Balaam. ho. 26. de S. Mamā. Chry. ho. 66. ad popul. & ho. 2. in psal. 50. hom. 17. in Matth. ho. 42. in Gene. Leo. fer. 1. de Petro & Paulo, & serm. 2. de anniversar. Pontif. d. Luce. 15. e. S. Aug. q. 149. super Exodū & serm. 1. & 4. de S. Stephā. Genes. 30. Iob. 42.

† Sætorum
veneratio &
inuocatio
cōtrahere
ticos quo-
modo sit de-
fendenda.
a. Damas. 1.
4. de ortho.
fid. c. 16.
† Eccle. 41.
Heb. 11.

b. 2. Mach.
15. Apo. 5.
Zach. 1. le-
re. i 5. Ber.
In vigil. Pe-
tri & Paul.
& ser. 2. de
S. Victo. Ba-
si. ho. 10. 40.
märt. Amb.
in lib. de vi-
duts.

c. Gen. 26.
Exod. 32.

3. Reg. II. 15
4. Reg. 8. &
19. Esai. 37

a Matth. 8. cesserit. Quod illustribus Abimelec, & Iob amico-
 Lucx. 7. rum confirmatur exemplis: quorum peccata non nisi
 1. Tim. 2. si Abraham & Iob precibus condonauit. Si vero etiam
 b Heb. 9. afferatur fieri inopia & imbecillitate fidei, ut san-
 c Ber. ser. 2. ctos internuncios & patronos adhibeamus: quid ad
 de S. Victor- illud respōdebunt? Centurionis exemplum, qui vel
 re & serm. 1. in singulari illo fidei praēconio, quod Dominus Deus
 & Paul. ser. impetravit, seniores tamen Iudeorum ad Saluato-
 2. de Aduē- rem misit, ut laboranti puero salutem impetraret?
 ga & in vita Quare si fatendum est, unum nobis mediatorem pro
 Malachiæ. 2. possum Christum Dominum, qui scilicet unus nos
 d Rom. 15. per sanguinem Patri cœlesti reconciliavit, & qui,
 Heb. 13. aeterna redēptione inuenta, semel in Sancta in-
 2. Cor. 1. gressus, pro nobis interpellans non cessat: ex eo ta-
 Philip. 1. men nullo modo sequi potest, quo minus ad sancto-
 Ephes. 6. rum gratia configere liceat. Nam si propterea sub-
 Colos. 3. silijs sanctorum vti non licet, quod unum patronū
 x. Thessa. 5. habemus Iesam Christum: nunquam id commissi-
 2. Thess. 3. set d Apostolus, ut se Deo tanto studio, fratrum vi-
 Chry. ho. uentium precibus adiuvari vellet: Neque enim mi-
 66. ad pop. nus viuorum preces, quam eorum, qui in celis sunt,
 Hier. in Epi- sanctorum deprecationis Christi mediatoris gloriae &
 graphia. Pau- dignitate imminueret. Sed cui fidē non faciat & ho-
 1e epist. 2. T. pria.
 Grego. Na- noris, qui sanctis debetur, & patrocinij quod nostri
 zian. In Cy- suscipiant, & mirabiles effecte res ad eorum sepulchra
 Hiero. con- & oculis, & manibus, membrisq; omib; captis in
 tra Vigilan- pristinum statum restitutis mortuis ad vitam revo-
 gium Gre- catis, ex corporibus hominum eiactis damonijs?
 go. II. 3. epi
 to. 30. que

que non audisse, ut multi nō legisse, ut plurimi gra a S. Ambro.
uissimi viri, sed vidisse, testes locupletissimi, s. Am ep. 85. & les
bro. & Aug. literis prodiderunt. Quid multæ? si 91.
c vestes, sudaria, si umbra sanctorum, prius, quæ b S. Au. l. 28
è vita migraret, depulit morbos, viresq; restituit: quis deciuit. Det
tandem negare audeat Deū per sacros cineres, ossa, 137. c. Acto.
eterasque sanctorum reliquias eadē inabilitenſi 19. de c. 5.
cre? Declaratait id cadaver illud, quod forte illatū c. 4. Reg. 13.
in sepulchrū Elisei, eius racto corpore, subito renixit. Exod. 20.

Quod vero sequitur: Non facies tibi scul-
ptile, neque oīn nem similitudinem, quæ est
in cœlo, &c. quæ in terra dœcsum, nece eo-
rum, quæ sunt in aquis sub terra, Non ado-
tabis ea, neque tales: quidam huc alteram præ S. Au. super
ceptum existentes duo postremā ipsa quiaius præ Exod. q. 7x
copi pī containeri voluerunt: vi sanctus Augustinus & conce. i. im
illa extremitate uidens, hec ipsi verba ad primū præ psal. 32.
ceptum pertinere voluit, Quam sententiam, quia
in Ecclesia celebris est, libenter sequimur. Et si in
prompturatio est illa verissima, consentaneum fuis- f Exod. 25.
se, p̄ remium & p̄ enant cuiusque cum primo præ- 3. Reg. 6.
cepto coniungi. Namvero quis existinet, omnino g Num. 21
pingendi, singendi, et sculpendi artem hoc præ-
cepto prohibet. Nō in scripturis, iussu Dei simula-
tra, & imagines effectas legitimus, Cherubim, g ser-
pentis, anei. Supereft igitur, ut imagines ob eā rem
veritas interpretetur, ne quid simulacris, quasi diis
colendis, de vero Dei cultu detrahatur. Duplaci
autem

autem potissimum ratione, quod ad hoc preceptum attinet, Dei maiestatem vehementer ledi perspicuum est: altera si idola & imagines, tanquam Deus, co-

Tertul. 11.2. latur, aut credatur inesse aliqua in his diuinitas vel aduers. Mar virtus, propter quam sint colēda, vel quod ab eis sit cipnem. aliquid petendū, vel quod fiducia in imaginibus sit **Grg. 11 b. 9.** figēda, veluti olim fiebat à gētib⁹, quæ in idolis spē suā collocabāt, quod p̄assim sacræ literæ reprehendunt: altera, si quis conetur diuinitatis formam ali- **epist. 9.** quo artificio effingere, quasi corporeis oculis con-

Damas. 114 spici, vel coloribus aut figuris exprimi possit. **de orth. fide** **cap. 17.** **enim** Deum, vt inquit Damascenus, qui sub aspectu non cadit, qui corporis expers est, qui nullis terminis circumscribi, nec vlla figura describi queat, possit exprimere? quæ res in altera Nicena Synodo vberius explicatur. Præclare igitur Apostolus eos mutasse Dei incorruptibilis gloriam in similitudinem voluerum, quadrupedum ac serpentum di-

Rom. 2. xxit. Hæc enim omnia tanquā Deū venerabantur, cū illibarum rerū imagines ponerent. Quo circa Israelite, qui ante vituli simulacrum clamabant, hi sunt Dñi tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti: idololatriæ sunt appellati, qui mutarunt gloriā suā in similitudinem vituli comedētis scēnū. Cum igitur Dominus Deos alienos coli prohibuisset, vt penitus idolatriam tolleret, imaginē diuinitatis ex aere du ci aut alia quacumq; materia fieri prohibuit: qđ Isaias declarans inquit. Cui similem fecisti Deum, aut quam

Erod. 32.

Psal. 105.

Isai. 40.

quam imaginem ponetis ei? Atque in hoc precepto Actor. 18.
 hanc sententiam contineri, præter sanctorum Pa-
 trium scripta, qui eam, quemadmodum in septima
 Synodo expositū est, sic interpretantur, illa etiam
 Deuteronomij verba satis declarant, ubi Moyses,
 populum auertere ab idolatria cum vellet, aiebat: Deut. 4.
 Non vidistis aliquam similitudinem in die, qualo-
 cutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis.
 Quod sapientissimus legislator ideo dixit, ne quo
 errore ducti, diuinitatis imaginem singerent, Deo-
 que debitū honorē rei create tribuerent. Nemo ta-
 men propterea contra religionem Deique legem
 quidquam committi putet, cum sanctissimae Trini-
 tatis aliqua persona quibusdam signis exprimitur,
 quæ tam in veteri, quam in novo testamento appa-
 ruerunt. Nemo enim tam rudis est, ut illa imagine
 divinitatem credat exprimi. Sed illis declarari do-
 ceat Pastor proprietates alias, aut actiones que
 Deo tribuuntur: veluti cum ex Daniele pingitur Dan. 7.
 antiquus dierum in throno sedere, ante quem libri
 aperti sunt, Dei aeternitas & infinitas sapientia si-
 gnificatur, quæ omnes hominum & cogitationes &
 actiones, ut de ijs iudicium ferat, intuetur. Angelis
 etiam tum humana species, tum alæ affinguntur, ut Heb. 1.
 intelligent fideles quam propensi sint in humanum
 genus, & tanquam parati ad ministeria Dñi exe- Matt. 3.
 quenda: omnes enim administratorij spiritus sunt
 propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Colu- Marc. 1.
 Mat. 3.
 Luc. 3.
 Ioan. 1.
 Acto. 2.

¶ Euseb. lib. 7. c. 14. Ecclesiast. Nicet. Eccl. hi. Sto. ca. 7. &c. *ba vero species, & lingue tanquam ignis,, in Euangelio, & actis Apostolorum, quas spiritus sancti proprietas significant, multo notius est. quam ut operat pluribus verbis explicari.*

¶ 43. & l. 6. c. 15. i6. 7. Syntagma & purissima mater, ceterique omnes sancti, It. 8. Synodus humana prediti natura, humanam speciem gesserint, eorum imagines pingi atque honorari, non modo hoc precepto interdictum non fuit, sed etiam c. 4. Damasc. In vita. S. sanctum & gratianimi certissimum argumentum Sylva. Au. li. semper habitum est: ¶ quod & Apostolicorum temporum cōsēn. porum monumenta & ecumenica Synodi & tot Euāge. c. io. sanctissimorum, doctissimorumque Patrū inter se Grec. li. 9. ep. 9. & li. 7. in consentientium scripta confirmant. Non solum autem dicere in Ecclesia imagines habere, & illis di. 2. ep. 53. honorem & cultum adhibere ostendet Parochus, Damasc. li. 4. ortho. fid. cū bonos, qui eis exhibetur, referatur ad ipsa² pro cap. 17. & in trib. lib. de Imaginib. a Athā ser. 4. cōt. Arria Basil. de spū sancto. c. 18. tendit. si quid forte à populo hac in re peccatum fuerit, Parochus, b Tridentini Concilij decretum sect. 25. Dā. Gre. vt supr. lo interpretabitur: tum rudes, & qui imaginem ipſa-

ipsarum institutum ignorant, docebit imagines factas ad rtriusque testamenti cognoscendam historiam, atque eius memoriam identitatem renouandam: qua rerum diuinorum memoria excitati, ad colendum atque amandum ipsum Deum vehementius inflammemur. Sanctorum quoque imagines in templis positas demonstrabit, ut & colantur, & exemplo moniti, ad eorum vitam ac mores nos ipsos confirmemus.

Ego sum Dominus Deus tuus, fortis zelotes, visitans iniquitatem Patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me: Et faciens misericordiam in millia ijs, qui diligunt me, & custodiunt precepta mea.

Duo sunt in extrema parte huius precepti diligenter explicanda. Primum est, quod et si ob summum scelus prævaricationis primi precepti, atq; hominum ad id committendum propensionem, apte hoc loco pœna proponitur, communistamen est omnium appendix preceptorum. Omnis enim lex ad precepta seruanda homines pœna & præmio indicat. Hinc illatam frequentes in sacris literis, & cibrae Dei promissiones. Ut enim innumerabilia penae testamenti veteris testimonia prætermittamus, in Evangelio scriptum est: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et alibi: Qui facit voluntatem

Matth. 19. patris mei , qui in calis est , ipse intrabit in regnum
cælorū. Tū illud: Omnis arbor, quæ nō facit fructum

Matth. 7. 3. bonū, excidetur, & in ignē mittetur. Et: Omnis, qui
5. & 6.

irascitur fratri suo , reus erit iudicio , Atq; alibi: si
nō dimiseritis hominibus , nec pater vester dimittet
vobis peccata vestra. Alterū est, quod longe alia ra-
tione perfecti, alia carnales homines hanc appendi-
cem docēdi sunt. Perfectis enim, qui spiritu Dei agit

Roma. 8. tur eiq; prompto & alaci animo parent , instar est
cuīusdā letissimi nūcij & magnum argumentū pro-
pensa in eos diuinæ voluntatis. Agnoscunt enim sūs
amātissimi Dei curam, qui nūc prāmīs, nunc pēnis
ad sui cultū & venerationē homines prope compel-
lat. Agnoscunt eius immēsam in sē benevolētiā, qui
sibi imperare , suaq; opera ad diuini nominis gloriā
vti velit. Neque solum agnoscunt , sed magna spe
sunt, illum, cum quod vult, iubeat, etiam daturū vi-
res, quibus legi ipsius parere possint. At carnalibus
qui nondum spiritu seruitutis liberati sunt, magisq;
meru pēnarū, quā amore virtutis abstinēt. à pecca-
tis, eius appēdicis sensus grauis & acerbus est. Quā-
obrem sunt pījs exhortationibus subleuandi, & quo
lex spectat, quasi manu deducendi. Parochus autem
quoties alicuius explicandi praecepti occasio incide-
rit, eadem hæc sibi habeat proposita.

Carnalibus perinde tamen, ac spiritualibus, du-
in primis quasi aculei sunt admouendi, qui ad legem
obseruandam hac ipsa in appendice positi homines
maxime

maximè incitent. Nā quod Deus fortis dicitur, ideo
diligentius est explicandū, quod caro sāpe, quæ ter-
roribus diuinæ cōminicationis minus cōmouetur, va-
rias sibi ipsa rationes fingit, quibus irā Dei effugere,
ac propositam pœnam vitare possit: cui auem certo
persuasum est Deū forte esse, illud magni Davidis
vsurpat: Quo ibo à spiritu tuo & quo à facie tua fu Psal. 138.
giam? Eadem quoque, diuinis interdum diffusa pro-
missis, tātas hostium vires esse credit, vt ad sustinen-
dum minime parem sese esse existimet, At firma &
stabilis fides nihil titubans, cū diuina vi ac virtute
nitatur, homines contra recreat atq; confirmati:
nuit enim: Dominus illuminatio mea, & salus mea Psal. 16.
quem timebo? Alter vero aculeus zelus ipse diuinus
est: nonnunquam enim homines putat Deum huma-
na non curare, ne illud quidem legē ipsius seruemus.
an negligamus: ex quo sequitur magna vita confu-
sio. Cum autem Deū zelotem credimus eius rei me-
ditatio facile nos in officio continet. Zelus vero, qui
Deo tribuitur, nullam animi significat perturbatio-
nem, sed diuinum illum amore & charitatem, qua
Deus nullā à se animam patitur impune fornicari: Psal. 72.
quotquot autē ab eo fornicatur, perdit. Est itaq; ze-
lus Dei tranquillissima eius, sincerissimaq; iustitia,
qua anima falsis opinionibus, prauisq; cupiditatibus
corrupta, repudiatur, & à Dei coniugio tanquam
adultera remouetur. At vero zelum hunc Deus sua-
uisissimum dulcissimum experimur, cum summa eius

atque incredibilis in nos voluntas zelo ipso demon-
stratur. Nec enim aut amor ardenter inter homi-
nes, aut maior arctioris, coniunctio, quam eorum, qui
coniugio copulati sunt, reperitur. Igitur, quam nos
valde diligit, ostendit Deus, cum crebro se, vel spon-
so, vel marito comparans, Zelotem vocat. Quamob-
rem doceat Parochus hoc loco sic diuini cultus atque
honoris cupidos homines esse debere: ut zelantes po-
tius quam amantes iure dici possint, illius exemplo

3. Reg. 19. qui de se ipso, Zelo (inquit) zelatus sum pro Domi-
Psalm. 68. no Deo exercituum. Imo vero Christum ipsum imi-
Ioan. 2. tetur: cuius illud est: Zelus domus tuae comedit me.

Deut. 9. Est autem comminationis explicanda sententia,
non in ultos peccatores passurum Deum sed eos vel
tanquam parentem castigaturum, vel tanquam iu-
dice acriter ac severe in eos animaduersurum. Quod
alio in lege significans Moyses, Et sciens, inquit, quia
Dominus Deus tuus ipse est Deus fortis, & fidelis cu-
stodiens pactum & misericordiam diligentibus se
& iis, qui custodiunt precepta eius, in milie genera-
tiones, & reddens odientibus se statim. Et Iosue,
Iesue. 24. Non poteritis, inquit, seruire Domino Deus enim
sanctus & fortis emulator est, nec ignoroscet sceleri-
bus vestris atque peccatis: si dimiseritis Dominum,
& seruieritis diis alienis, conuertet se, & affliget
vos atque subuertet.

Docendus autem populus est, comminationis
penam ad tertiam, quartamq; impiorum & faci-

vorosorum generationem percunere: nō quod poste-
riores Maiorum scelerum p̄nas semper luant; sed
licet illi liberique eorum impune tulerint, nō omnis
tamen eorū posteritas iram Dei p̄namque vitabit: z.Pa.34.35
quod Iosie Regi accidit: huic enim propter singu- 4.Reg. 22.
lare pietatē cum pepercisset Deus, dedissetque, ut in
pace in sepulchrū maiorū suorū inferretur, ne vide-
ret cōsequētūm tēporum mala, quæ propter Ma-
nassis uī impietatē, Iudea, & Hierusalem erāt euē-
tura, eo mortuo posteros eius est vltio Dei consecuta Ezech. x. 8.
sic, ut ne filii quidē Iosie pepercerit. Qua autem ra-
tione hac legis verba sententia illi, quæ est apud Pro-
phetā, non aduersenturi Anima quæ peccauerit, ipsi S.Gre.li.15.
morietur sancti Gregorij auctoritas, cum reliquis moral.c.22
omnibus antiquis Patribus consentiens, aperte ostē-
dit: inquit enim: Quisquis prauiparentis iniqui-
tem imitatur, etiam ex eius delicto constingitur:
quisquis autem parentis iniuriam non imitatur,
nequaquam delicto illius gravatur.

Vnde sit, ut iniquus filius iniqui patris non so-
lum sua, que addidit, sed etiam patris peccato per-
soluat: cum vicis patris, quibus ita tuin Dominum
non ignorat, etiam suam adhuc malitiam adiun-
gere non formidat: & iniurium est, ut qui sub distri-
cto indice vias parentis iniqui non timet imitari,
cogatur in vita præsentia etiam culpas parentis in-
iqui persulueret. Commemorabit deinde Parochus,
quantum Dei iustitiam superet eiusdem bonitas ac-

424 CATECHISMVS
misericordia. Irascitur tertiae, quartaeq; generatio-
ni Deus, misericordiam vero in millia impertit, in eo
autem, quod dictum est : Eorum, qui oderunt me:
peccati magnitudo ostenditur. Quid enim flagiti-
sius ac detestabilius, quā summā ipsam bonitatem,
summam veritatem odiſſe? Hoc vero ad omnes pec-
catores idcirco pertinet, quod quemadmodum, qui
habet mādata Dei: & seruat ea, Deū diligit: ita qui
legem Dñi contemnit, & mandata eius non seruat,
Ioan. 16. Deum odiſſe merito dicendus est. Quod vero extre-
mum est: Et ijs, qui diligunt me: seruandæ legis mo-
Exod. 10. dū, ac rationē docet. Necesse est enim, eos, qui legem
Dei seruant, eadem charitate atque amore, quo in
Deum sunt, ad eius obedientiam adduci: quæ dein-
ceps in singulis præceptis commemorabuntur.

DE SECUNDO PRÆCEPTO

Non assumes nomen Domini Dei
tui in vanum.

Malac. 1. **V**iamquam primo diuinæ legis precepto, que
Deum pie sancteque colere iubemur hoc, quod
secundo loco sequitur, necessario continetur:
(nam qui sibi honore tribui vult, idem postulat, sev
summo verborum honore prosequamur, prohibet
que contraria: quod & illæ Domini apud Malac-
chiam verba aperte indicant: Filius honorat patrē
& seruus Dominum suum: si ergo Pater ego sum,
ybi

vbi est honor meus?) Deus tamen pro rei magnitudine hanc de suo ipsius diuino & sanctitatis plenissimo nomine honorando legē separatim ferre , idq; nobis disertis & perspicuis verbis prescribere voluit . Quod sane Parochio ipsi argumento in primis esse debet , nequaquam satis fore , si hac de re generatim loquatur : sed eiusmodi locū hūc esse in quo ipse diuinus cōmorari , & quæcumque ad hāc tractationē pertinet distincte , dilucide , accurateque apud fideles explicare necesse sit . Neque verò nimia hac diligentia censenda est : cū non desint , qui adeo errorū tenebris abeactati sint , vt quē angeli glorificant , ei maledicere non vereātur . Neque enim lege semel lata deterrentur : quo minus Dei maiestatē quotidie immine re , imo singulis pene horis ac momētis , impudētissime audeat . Quis enim nō videat , omnia iure iurando affirmari : omnia imprecationibus & execrationibus referta esse ? vsque adeo , vt nemo fere vel vēdat aliquid , vel emat , vel negotiū aliquod gerat , qui nō iusserandi religionē interponat . Dicique sanctissimum nomē millies , vel in re leuissima & inani temere nō vēsurpet : quo maior Parochio cura & diligentia adhibēda est , vt sape fideles admoneat , quā graue hoc scelus sit & detestabile . tā vero , in huius precepti explicatione id primum constet , cum eo , quod lex fieri prohibet , earum etiam rerū præceptionem cōiunctam esse : quas præstare homines debent . Vtrumque autem separatim docendum est , primum

quidē, vt ea quæ tradēda sunt, facilius exponantur,
quid iubeat lex: mox etiā quid vetet, Nā que impe-
rat, illa sunt: nomen Dei esse honorandum, ac per il-
lud sancte iurandum. Hac rursus, quæ prohibet: ne
mo diuinū nomen cōtemnat, nemo illud in vanū as-
sumat, ne ve per ipsum aut falso, aut frusta, aut te-
mtere iuret. In ea itaque parte, quæ iubemur diuino
nomini honore tribuere, Parochus fidelibus preci-
piat, Dei nomen, ipsius inquitam literas & syllabas,
aut omnino per se nudū verbū tantummodo atiēdē
dū non esse: sed in eam cogitationē veniendum, quid
valeat illa vox, quæ omnipotentem ac sempiternam
maiestatē vnius & trini numinis significat. Ex his
autem facile colligitur, inanem esse nonnullorū Iu-
dæorum superstitionem, qui, quod scriberent Dei no-
men, pronunciare non auderent, quasi in quatuor
illis literis, non in re, diuina vis esset. Sed quamvis
singulari numero prolatum sit: Non assumes nomen
Dei: id non de uno aliquo nomine, sed de omnibus,
quæ Deo tribui solent, intelligendum est. Multa e-
nīm Deo imposita sunt nomina, vt Dñi omnipoten-
tis, Domini exercituum, regis regum fortis, & alia
id genus, quæ in scripturis leguntur: quæ parem can-
demque venerationem habent omnia. Deinde docē-
dum est, quo modo diuino nomini debitus honor ad-
hibeat. Neque enim Christiano populo, cuius ore
Dei laudes assidue celebranda sunt, rem utilem
& per necessarium ad salutem ignorare fas est.

Quam

Quamuis autem multiplex sit ratio laudandi di-
uum nominis, tamen in ipsis de quibus deinceps hic di-
cetur, vis & pondus omnium videtur esse. Primum
igitur laudatur Deus, cum in omnium conspectu Deum
ac Dominum nostrum fidenter confitemur, Chri-
stumque salutis nostra auctorem quemadmodum ag-
noscimus, ita etiam predicamus. Itemque cum verbo
Dei, quo voluntas eius evinciatur, sancte & diligen-
ter operam damus: in eius meditatione assidue ver-
samur, studiose illud addiscimus, aut legendo, aut au-
diendo, perinde, ut cuiusque personae & muneri aptum
& consentaneum est. Deinde diuinum nomen ve-
neramur & colimus, cum officiis & religionis cau-
sa diuinias Laudes celebramus, ac de omnibus rebus
tum prosperis, tum aduersis illi singulares gratias
agimus: inquit enim Propheta: Benedic anima mea Psal. 102.
Domino, & noli obliuisci omnes retributions eius,
Extantque plurimi David Psalmi, quibus egregia
quadam erga Deum pietate illius diuinias laudes sua
uissime decantat Extat admirabile illud patientie
exemplum Iob: qui cum in maximas illas horribiles-
que calamitates incidisset, Deum tamen excuso &
inuito animo laudare nunquam intermisit. Nas
itaque cum animi corporisque doloribus cruciamur
cum miseriis & exanimis torquemur statim ad Deum
laudandum omne studium & animi nostri vires co-
uertamus, illud Iob dicens: Sit nomen Domini be- Iob. 1.
nedictum. Neque vero minus Dei nomen honoratur
fi fiden-

a Matt. 10.

Marc. 8.

Luc. 9 & 12.

Rom. 10.

1. Tim. 2.

Psal. 1.

Iosu. 1.

- Psal. 49.** si fiderent opem eius imploramus, quo scilicet aut nos ab illis liberet, aut ad eadem fortiter perferenda constantiam & robur largiatur. Hoc enim fieri vult Dominus: Inuoca, inquit, me in die tribulationis, & eruante, & honorificabis me. Cuius implorationis cum multis alijs in locis, tum præcipue in Psalmis. 16. 43. &c. 118. illustria reperiuntur exempla.
- Psal. 62.** Præterea Dei nomen honore prosequimur, cum fidei facienda causa testamur Deum: qui modus à superioribus valde differt. Nam quæ supra enumeravimus, ita suapte natura bona sunt atq; expetenda, ut nihil beatius, nihil homini optabilius possit esse, quæ si in illis sedulo exequendis seipsum dies noctesq; exerceat. Benedicam, inquit David, Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.
- Psal. 33.**

Iusurandum quāvis bonū licet bonum sit, eius tamē frequens usus minime est laudabilis. Huius autem discriminis ratio in eo posita est, quod iusurandum et tantū de causa institutum est, ut esset tanquam remedium quoddam humanae imbecillitatis, & ad probandum quod dicimus necessarium instrumentum. Ut enim corpori medicamenta adhibere non expedit, nisi necesse sit, corundem vero frequentatio pernicioſa omnino est: ita etiam, nisi, cum grauis & iusta causa, subest, iuremundo ut non est salutare, quod si sepius adhibetur, tātum abest, ut profit, ut magnum detrimentum afferat.

Chrysost. Sanctus Chrysostomus, non nascente, sed iam adul-

eo mundo, cum mala longe lateq_z propagata vniuer hom. 26. ad sum terrarum orbem occupassent, nihilq_z suo loco pop. Ant. & ordine cōsisteret, sed perturbata & permista omnia, sursum deorsum, magna rerum confusione ferrentur, & quod malorum omnium grauissimū est, mortales fere omnes in foēdam idolorum seruitutem se ipsos abiecissent: tum deniq_z longo sane intervallo iusurandum in hominū consuetudinem irrep̄fisse. Nam cum in tanta hominum perfidia & iniquitate nemo facile ad credendum adduceretur Deum testem inuocabant.

Verum cum in hac praecepti parte precipua sit il-
laratio docendi fideles, quomodo iusurandum pie
sancteq_z adhibere debeant: primum dicendum est,
iurare nihil aliud esse, nisi Deum testari, quacūq_z id
verborum forma & conceptione fiat. Nam &, Testis
est mihi Deus, &, Per Deum, idem sunt. Est etiā illud
iusurandum, cum ad faciendā fidē per res creatas iu-
ramus, ut per sacra Dei Euangelia, per crucem, per
sanctorum reliquias, & nomen, & cetera il genū.
Neque enim hæc ipsa per se iureiurando auctorita-
tē, aut robur aliquod afferunt, sed Deus ipse hoc prae-
stat, cuius diuine maiestatis splendor illis in rebus
elucescit. Ex quo sequitur, ut per Euangelium iurā-
tes, per Deum ipsum iurent cuius veritas Euangelio
continetur & declaratur. Similiter & per sanctos,
qui tēpla Dei sunt, quique Euangelicæ veritati cre-
diderunt, eamq_z omni obseruātia coluerūt, & per gē-
tes

tes & nationes latissime disseminarunt. Eadē ratio
 est illius iuris iurādi, quod per execrationem profer-
 tur: quale est illud sancti Pauli: Ego testem Deū in-
 uoco in animā meā. Etenim hoc pacto aliquis Dei
 z. Cor. 1. iudicio tanquam mendacij vltori subiicitur. Neque
 propterea negamus nonnullas ex hisce formulis ita
 accipi posse, quasi iuris iurādi vim nō habeat: sed ta-
 men utile est, quae de iure iurando dicta sunt, in his
 etiam seruare, atque ad eandem prorsus normam
 Iurandi ge- & regulam dirigere. Duo autem sunt iurandi gene-
 nera. r. et primum quidem, quod assertorium appellatur, nō
 mirum cum aliquid de re praesenti, aut præterita re-
 ligiose affirmamus, vt Apostolus in epistolo. ad Gala-
 tas: Ecce coram Deo, quia non mentior. Alterum ve-
 ro promissorium dicitur, ad quod etiam commina-
 tiones referuntur futurum tempus spectans, cum ali-
 quid, ita fore pro certo pollicemur & confirmamus
 3. Reg. 1. cuiusmodi est illud Davidis, qui Bersabee coniugi,
 iurans per Dominum Deum suum, promisit Salomo-
 nem, eius filium, regni heredem fore, atq; in ipsius lo-
 cum successuram.

Juramentū, Verum enim uero licet ad iuriandū satī sit,
 ut rectū at- Deū testem adhibere: tamen, vt rectū sanctū
 que sanctū que sit, multo plura reqairuntur, qua sunt dili-
 fit, que re- genter explicanda. Ea vero breuiter, teste Dio-
 quirantur, Hieronymo, Hieremias enumerat, dum inquit: Iu-
 Hier. 4. & in cūdem locū rabis, viuit Dominus in veritate, & in iudicio, &
 S. Hiero. in iustitia: Quibus sane verbis illa breuiter summa

matimque cōplexus est, quibus omnis iuris iurandē perfectio continetur, veritatem inquam, iudicium, & iustitiam. Primum itaque in iure iurando locū veritas habet, nimirū ut, quod asseritur, & ipsum verū sit, & qui iurat, id ita esse arbitretur, non quidem temere aut leui cōiectura ad ductus, sed certissimis argumentis. Alterum vero iuris iurandi genus, quo aliquid promittimus, eodē plane modo veritatem requirit. Nā qui aliquid pollicetur, ita animatus esse debet, ut cū tempus aduenerit, id re ipsa praster & promissum exoluat. Neque enim vir probus id vnam se facturū recipiet, quod sanctissimis Dei preceptis & voluntati aduersari putet, sed quidquid promittere & iurare licuerit, id semel promissum nunquam mutabit: nisi fortasse, commutata rerū conditione, tale esse incooperit: ut iam si fidē seruare & promissis stare velit, Dei odiū & offenditionē subiret. Psal. 140.

Veritatem autē in iure iurando necessitiam esse, David quoque indicat illis verbis: Qui iurat proximo suo: & non decipit. Sequitur secundo loco iudicium: neque enim ius iurandum temere & incōsiderate, sed consulto & cogitato adhiberi debet. Itaque iuraturus, primum quidem consideret utrum necessitate cogatur: nec ne: remque totam accurate expendat, an eiusmodi sit, ut iure iurando indigeret videatur. Tempus præterea spectet, locum attendat, alia que per multa, que rebus adiuncta sunt, circumspectat: non odio, non amore, aut animi perturbatione ali-

aliqua impellatur, sed ipsius rei vi & necessitate. Et enim, nisi haec consideratio & diligens animaduersionis antecesserit, sane iusjurandum preceps & temerarium erit: cuiusmodi est illorum irreligiosa affirmatio, qui in re leuissima & inani, nulla ratione aut consilio sed prava quadam consuetudine iurant. Id vero passim quotidie a venditoribus & emporibus fierividemus. Nam illi, ut quam plurimo vident, hirsutus, quam minimo emant res venales vel laudare, vel vituperare iure iurando non dubitant.

C. 2. q. 5. c. iudicio & prudentia opus sit, pueri vero ita acute Honestum. perspicere ac distinguere nondum per etatem possint:

idcirco constitutum est a sancto Cornelio Pontif. ne

Con. Tole.

a pueris ante pubertatem, hoc est, ante xiiii annum

8. cā. 2. Am iusjurandum exigatur. Reliqua est iustitia, quae ma-

b. 1. 1. offi. c xime in promissis requiritur. Quare si quis iniustū

50. & 11. 3. c aliquid & in honestum promittit, & iurando pec-

12. Isido. 1. cat, & promissis faciendis scelus scelere cumulat.

2. sentent. Extat huius rei in Euangelio exemplum Herodis re-

siue de sum gis, qui temerario iure iurando obstrictus, puella sal-

bono. c. 3. 1. tatrix caput Iohannis Bap. tanquam saltationis pre-

Mar. 6. miū, dedit. Tale etiā fuit Iudeorū iusjurandum, qui se

Acto. 2. 3. ipsos (ut est in Actis Aposto.) ea conditione deuoverat

Iurare cul. nihil gustaturos, donec Paulum occidissent.

Liceat. His ita explicatis, nulla plane dubitatio relin-

quitur quin illi tuto iurare liceat, qui haec omnia

seruauerit. quique his conditionibus, tanquam pra-

sidij quibusdam, iusjurandum munierit. Sed &

mul-

multis argumentis id probare facile est. Nā lex Do-
 mini, quæ immaculata est & sancta, hoc præcepit.
 Dūm, inquit, Deum tuū timebis & illi soli seruies;
 ac per nomen illius iurabis: & à Davide scriptum Deut. 6.
 est: Laudabuntur omnes, qui iurā in eo. Præterea
 sacræ literæ indicat, ipsa Ecclesiæ lumina sanctissi-
 mos Apostolos, iureiurando nonnunquam usus esse,
 idque ex Apostoli epistolis apparet. Adde, quod &
 Angeli ipsi interdū iurāt. Nā à sancto Ioanne euāg.
 in Apocalypsi scriptū est, angelum iurasse per viuen-
 tem in secula. Quim etiā & Deus ipse iurat, angelo-
 rū Dñs: & in veteri testamēto multis in locis Deus Apoc. 10.
 promissiones suas iureiurando confirmat, ut Abrāhā,
 & Davidi, qui illum de Dei iureiurando prodidit:
 Iurauit, inquit Dñs, & non panitebit eum: tu es sa Heb. 6.
 cerdos in æternum secundum ordinē Melchisedecb. Gen. 22.
 Neque vero obscura est ratio ad explicandum, cur Exod. 33.
 iusfirandum laudabile sit, si quis attentius totārē
 consideret, & ipsius ortum sineque intueatur. Et
 enim iusfirandum à fide originem dicit, qua homi-
 nes credunt Deum totius veritatis esse auctorem,
 qui nec decipi vñquam possit, nec alios decipere; Hebr. 4.
 cuius oculis nuda sunt omnia & aperta, qui deniq;
 vniuersis rebus humanis admirabili prouidentia
 consulait, mundūque administrat. Hac igitur fide
 homines imbuti, Deum veritatis testem adhibent,
 cui fidem non habere, impium ac nefarium erit.
 Quod vero ad finem attinet, eo tendit iusfirandum,

2. Cor. 1.
 Philipp. 1.
 1. Thess. 2.

Heb. 6.

Mat. 5.

atque id omnino spectat, ut hominis iustitiam & in
nocentiam probet. sineque litibus & controversijs im-
ponat, quod etiam Apostolus in epistola ad Hebreos
docet. Neque huic sententie verba illa Saluatoris
nostrri apud sanctum Mattheum repugnant: Audistis,
quia dictum est antiquis: Non per iurabis: reddes au-
tem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non in-
rare omnino, neque per celum, quia thronus dei est
neque per terram: quia scabellum est pedum eius: neque
per Hierosolymam, quia civitas est magni regis: ne-
que per caput tuum iuraueris: quia non potest unum
capillum album facere, aut nigrum, sit autem sermo vester,
est, est, non, non: quod autem his abundantius est,
et malo est. His enim verbis iurandum generatim vni-
uerseque damnari non est dicendum, cum iam supravi-
derimus dominum ipsum. Apostolosque frequenter iu-
rasse: sed peruersum Iudeorum iudicium redargue-
re dominus voluit, quo sibi in animum induxerant, nihil
in iureiurando canendum esse, praeter mendacium.
Itaque de rebus levissimis & nullius momenti, &
ipso iurabant sapissime & ab alijs iurandum exi-
gebant. Hunc morem Salvator reprehendit atque
improbat, docetque omnino a iureiurando abstinen-
dam esse, nisi id flagitet necessitas. Nam propter hu-
manam imbecillitatem iurandum institutum est,
& reuera et malo prouenit: quando quidem aut iu-
rantis inconstantiam indicat, aut illius, cuius cau-
sa iuramus, contumaciam, qui, ut credat, aliter ad-
ducit

duci non potest. Sed tamen iurandi necessitas excusationē habet. Et quidem dum inquit Saluator: Sit Matth. 5. sermo vester, est, est: nō, non: hac loquendi formula satis declarat, se iurandi consuetudinem in collo- Chry. ad po-
 quijs familiarium & lenium rerum prohibere. Quā pu. Antioe-
 obrem illud praeципue à Domino admonemur, ne fa- ho. 4. 5. 6. 7
 ciles nimium & propensi ad iurandum simus, Idque 8. 9. 10. 11.
 sedulo docendum erit, & fidelium auribus inculcan- 12. 14. 19.
 dum: infinita enim fete mali ex nimia iurandi con-
 suetudine emanare, & sacrarum literarum autho-
 ritate, & sanctissimorum Patrum testimonis com-
 probatur. In Ecclesiastico scriptum est: Iurationi nō Ecele. 2. 3.
 assuecat os tuum: multi enim casus in illa: Item: Vir
 multum iurans, implebitur iniquitate, & non disce-
 det a domo illius plaga. Plura hac de re legi possunt S. Basil. In si-
 apud sanctos Basiliū & Augustinū in libris con- lud psal. 14.
 tra mendacium. Et hactenus de iūsis, nunc de veti- Qui iurat,
 tis dicatur. proximo
 suo.

Vetamur diuinum nomen in vanum assumere; Quando: &
 apparet enim cum graui peccato se obstringere, qui sub quibus
 non consilio, sed temeritate ad iurandum fertur. pœnitura-
 Grauiſsum autem delictum hoc esse, illa etiā ver- re prohibi-
 ba declarant: Non assumes nomen Deitū in- tam,
 vanum, quas iurationē afferret, cur hoc facinus sce-
 leſtum adeo ac nefarium sit, nimirū propterea, quod eius maiestas minuitur, quem nos Deum &
 Dominum nostrum esse profitemur. Hoc igitur pre-
 cepto prohibetur, ne homines falsum iurent. Nam

qui à tanto scelere non refugit, vt Deum falso teste-
tur, hic insignem Deo iniuriam facit, quippe qui aut
illi inscitiae notam inurit, dum ipsum alicuius rei ve-
ritatē latere arbitratur, aut certe improbitatis &
prauī affectus, qui mendacium testimonio velit con-
firmare. Iurat autē falso non is solum, qui quod fal-
sum scit, verū esse iurando affirmat, sed ille etiam, qui
iure iurando id afferit, quod cum verū sit, tamen ipse
falsum putat. Nam cum mendacium ea re mendaciū
sit, quod contra mentem & animi sententiam pro-
fertur perspicuum est, hunc plane mentiri & periu-
rum esse. Simili quoque ratione peierat, qui id iurat
quod verum existimat, & tamen re vera falsum est:
nisi quantum potuit curam & diligentiam adhibue-
rit, vt totam rem compertam atq[ue] exploratam ha-
beret. Quamuis enim ipsius oratio mēti consentiat,
tamen huius praecepti reus est. Eiusdem vero peccati
reus censendus est, qui se aliquid iure iurando facta
rum promittit, cum tamen aut promissum implere
in animo non fuerit, aut si fuit quod promisit, re-
ipsa non praestat: quod etiam ad eos pertinet, qui cū
Deut. 23. se voti sponsione Deo obligarunt, non præstant. Pta-
Psalm. 49. teren in hoc præcepto peccatur, si desit iustitia, que
Psalm. 75. ex tribus iuris iurandi comitibus vna est. Itaque
Eccles. 5. si quis iuret se peccatum aliquod mortiferum com-
1. Tim. 5. missurum, exempli causa, cædem hominis, hunc
præcepti reus est, licet ille serio atque ex animo di-
bat, & iuriandum veritatem habeat, quam prima-
locu

loco requiri declarauimus. His adiungi debet illa iurandi genera, quæ à contemptu quodā proficisciuntur, cum quis iurat se non obtemperaturum Euangelicū consilijs: cuiusmodi sunt, quæ ad cælibatum & paupertatem hortantur. Quāvis enim nemo ea necessario sequi debeat: si quis tamen iuret, nolle se illis patere consilijs, is eo iure iurando diuina consilia contemnit & violat. Præterea hanc legē is violat & iudicio peccat, qui quod verū est iurat idq; ita se habere existimat leibus quibusdam cōiecturis adductus & longe petitis. Nam et si huiusmodi iusurandū veritas comitatur subest tamen aliquo modo falsum: nam qui sic negligenter iurat, in magno peierādi periculo versatur. Falso præterea iurat, qui per falsos deos iurat. Quid enim est à veritate alienius, quam mendaces & fictitious deos, tanquā verum Deum, testari? Verum quoniam scriptura, cum periurium interdixit, inquit: Nec pollues nomē Dei tui: neglectio Leuit. 19. prohibetur, quæ fugienda est in reliquis, quibus ex huius precepti auctoritate honor debetur: quale est verbum Dei cuius maiestatem non solum pīj, sed interdum etiā impīj reverētur, ut in Iudicium historiæ Iud. 3. de Eglon Moabitarum Rege memoriæ traditum est. Dei autem verbum summa iniuria afficit, quicunq; sacram scripturam à recta & germana eius sententia ad impiorum dogmata & hereses flectit. Cuias sceleris admonet nos Princeps Apostolorum verbis illis: Sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti Scriptura sacra nō de prauanda. 1.Pet. 3.

& instabiles deprauant sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Præterea fœdis & in honestis maculis sacra scriptura contaminatur, cum eius verba & sententias, quæ omni veneratione collenda sunt, ad profana queque nefarij homines torquent, ad scurrilia scilicet, fabulosa vana assen-

Tel. Sy. scel. tationes, detractiones, sortes, libellos famosos & A. in decre- si qua sunt alia id genus: in quod peccatum sa-
to de editio cra Tridentina Synodus animaduerti iubet. Deinde ne & vſu sa ut ij Deum honorant qui eius opem atque auxilium erorū libro in suis calamitatibus implorant: ita debitū Deo ho-
rum.

Pſal. 13. 52 norem is negat, qui illius subsidiam nō inuocat: quos redarguit Dauid, cum inquit: Deum non inuocauer-
rant: illic trepidauerunt timore, vbi nō erat timor.
At vero longe, magis detestabili scelere se ipſos ad-
ſtringunt qui sacroſanctum Dei nomen ab omnibus
creaturis benedicendū & summis laudibus extollen-
dum, aut etiam sanctorum nomen cum Deo regnan-
tium, impuro & contaminato ore blasphemare
atque execrari audent. Quod quidem peccatum vſ-
que adeq atrox atque immane est, vt interdum fa-
ciat literæ, si de blasphemia sermo incidat, benedictio
nis nomine vultur.

3. Reg. 22. Quoniam vero pene & supplicij terror peccandi
Iob. 1. 3. licentiam vehementer coercere solet: idcirco Pa-
rochus vt hominum animos magis permoueat, atq; ad
hoc præceptū seruandū facilius impellat, alteram il-
luis partē & quasi appendicē diligenter explicabit.

Nec

Nec enim habebit insontem Dñs eum qui Exod. 20.
assumperit nomen Domini Dei sui frustra:
Ac primū quidē doceat summatione factum esse,
vt huic præcepto mīne adiungerentur: quo quidem
& peccati grauitas, & in nos Dei benignitas agno-
scitur: qui cum hominum perditione non delecte-
tur, ne ipsius iram & offenditionē subeainus, hisce sā-
lutarib⁹ minis nos deterret, nimirū vt illū beneua-
lū potius, quā iratū experiamur. Urgeat hunc locū
Pastor, instetque summo studio, vt populus sceleris
grauitatē agnoscat, & illud detestetur vehemētius,
& in eo euitādo m. iorē diligētiā & cautionē adhi-
beat. Ostendat præterea, quāta sit hominū procliui-
tas ad hoc peccatū cōmittēdū, vt nō satis fuerit legē
ferre, nisi etiā mīna adderētur. Incredibile enim est
quātū bēc cogitatio vtilit. atis habeat. Nam vt nihil
eque nocet, atque inculta quadam animi securitas:
ita propria imbecillitatis cognitio plurimū prodest.
Tū illud etiā declareret, nullū a Deo certū supplicium
cōstitutū fuisse, sed cātum vniuerse minari, quicun-
que se hoc scelere adstrinxerit, nō impunē laturum.
Quā proper diversa supplicia, quibus quorisidic af-
fligimur, huius peccati admoneare nos debent: hinc
enim facile licet conīcere, homines eare in maxi-
mas calamitates incidere, quod huic præcepto non
obtemperēt: quibus sibi propositis, cautiōres eos in
posterum fore verisimile est. Fideles ita quo sancto
timore perterriti, omni studio peccatum hoc su-

Matt.19.

giant. Nam si omnis verbi otiosi in extremo iudicio reddenda ratio est : quid de grauiissimis sceleribus dicendum, que magnam diuini nominis despicienciam praeseferunt.

DE TERTIO PRÆCEPTO.

Memento , vt diem Sabbathi sanctifices,
Sex diebus operaberis , & facies omnia o-
pera tua.

Septima autem die , sabbathum Domini
Dei tui est.

Exod.20.

Nom facies omne opus in eo tu , & filius
tuus & filia tua , & seruustuus , & anci-
la tua,iumentum tuum,& aduena,qui est
intra portas tuas. Sex enim diebus fecit
Dominus cœlū & terram, mare & omnia
quæ in eis sunt, & requieuit in die septi-
mo,idecirco benedixit Dominus diei sab-
bathi,& sanctificauit eum.

Hoc legis præcepto externus ille cultus , qui
Deo à nobis debetur, recte atque ordine præ-
scribitur:est enim hic veluti quidam prioris
præcepti fructus: quoniam quem intimis sensibus pie
colimus,fide & spe adducti,quam in eo possumus habe-
mus nō possumus eum nō in externo cultu venerari,
eidemque gratias agere. Et quoniam haec ab ihs , qui
humanarum rerū occupationibus detinentur , non
facile præstari possunt : certum tempus statutū est,
quo

quo ea commode effici queant. Itaque cum hoc præceptum eiusmodi sit, ut fructum utilitatèque admirabile afferat: maxime interest, Parochi summam in eo explicando diligentiam adhiberi. Ad eius autem inflammandum studium magnam vim habet primum illud præcepti verbū. Memento. Nā quē admodum fideles tale præceptum meminisse debet: sic Pastoris est, in eorum memoriam illud & monendo & docendo sepe redigere. Quantum vero fidelium referat hoc præceptum colere, ex eo percipitur, quod, eo diligenter colendo, ad reliqua legis ius sa seruanda facilius adducentur. Cū enim inter cetera, quæ diebus festis prestare debent, necesse habent, verbi Dei audiendi causa, ad Ecclesiam conuenire: cum edocti fuerint diuinæ iustificationes, illud etiam consequentur, ut ex toto corde custodiant legē Dñi. Quamobrem sapissime sabbathi celebritas cultusque præcipitur in sacris literis, ut in Exodo

Exod. 16.20

Leuit. 16.19

Deut. 5.

Isa. 56. 58.

66.

Hiere. 17.

Ezec. 10.22.

23.46.

Leuitico, Deuteronomio apud Isaiam, Hieremiā itē & Ezechiele, prophetas videre licet: quibus omnibus in locis hoc de sabbathi cultu traditū est præceptum. Monendi vero & hortandi sunt principes & magistratus, ut in ijs maxime, quæ ad hūc cultū Dei retinendum atque augēdum pertinent, Ecclesiæ Presides auctoritate sua inuenti, inbeantque populū nisi cerdorum præceptis obtemperare.

Quod autem ad huius præcepti explanationem attinet, danda opera est, ut fideles doceantur, quibus differentiā hūc præ.

cepit a ceteris rebus hoc preceptum cum ceteris conueniat, quibus
sue differat ab eis. Hoc enim pacto causam ille, ra-

Videatur Augu.epist. 119.ad Ia.
Duab.c. 12. ratione que cognoscet, quare non sabbathū, sed die Domini
nicū colamus, sanctūque habeamus. Certa igitur illa differentia videtur, quod reliqua Decalogi pre-

cepta naturalia sunt & perpetua, neque mutari vla-
la ratione possunt. Quo factū est, ut quāvis lex Mo-
sis abrogata sit, omnia tamen precepta quae duabus
tabulis continentur, populus Christianus seruet.
Quod ideo sit non quia Moses ita iussit, sed quod
naturae conueniunt: cuius vi homines ad illa seruan-
da impelluntur. Hoc autē de sabbathi cultu prece-
ptū si statutum tempus spectatur, non fixum & costas
est, sed mutabile: neq; ad mores, sed ad ceremonias
pertinet: neque naturale, quoniam non à natura ad id
docti aut instituti sumus, ut illo die potius, quā alio
externū cultū Deo tribuamus: sed ex eo tempore, quo
populus Israeliticus à Pharaonis seruitute est libe-
ratus, die sabbathi coluit. Tempus autē, quo cultus
tollendus erat, illud idem est, quo ceteri Hæbraici
cultus, ceremoniaeque antiquādā erant, morte scilicet
Christi. Nā cum illae ceremoniae sint quasi adū-

Gal. 4. bratae imagines lucis & veritatis: illud utique ne-

videatur Hier.in hoc
c. 4.ad. Gal. est, aduentu remouerentur. Quia dicens sanctus
& Aug.in II Paulus ad Galatas scripsit, cum Mosaicī ritus cul-
cōt. Adamā tores reprehenderet. Dies obsernatis, & menses
tum.c. 16. & tempora, & annos, timeo vobis, ne forte sine casta-
fala-

sa laborauerim in vobis. In quam etiam sententiam
 scripsit ad Colossenses, & haec de differentia. Conue- Coloss. 2.
 nit autem hoc preceptum cum reliquis non ritu & Quomodo
 ceremonijs, sed quia aliquid habet, quod ad mores hoc prece-
 naturaeq; ius attineat. Nam Dei cultus ac religio, ptūcū reli-
 que hoc precepto exprimitur, à nature iure existit, quis conue-
 cum illud natura comparatum sit, vt aliquot horas
 in ijs, quæ ad Dei cultum pertinent, versemur. Cuius
 rei argumento est, quod apud omnes nationes, stā-
 tas quasdam ferias, easq; publicas fuisse cernimus,
 quæ sacris rebus ac diuinis obeandis erant consecra-
 tæ. Est enim naturale homini, vt is certum quoddam
 tempus necessarijs rerum functionibus det, veluti cor-
 poris quieti, somno, & alijs eiusmodi rebus. Et quem-
 admodum corpori, ita eadem naturæ ratione factū
 est, vt menti aliquid etiā temporis concederet, quo Dies Domi-
 in Dei contemplatione sese reficeret. Atque ita cām nucus à quo
 aliqua temporis pars esse debeat, quo res diuina co- institutus
 luntur, cultusq; Deo debitus tribuatur, hoc sane ad sit.
 morum precepta pertinet. ¶ Quam ob causam Apo- Aug. serm.
 stoli ex illis septem diebus eum, qui primus est, ad di- 2 si. de tép.
 unum cultum consecrare statuerunt, quem Domi- & epi. 118.
 nicum diem dixere. Nam & S. Ioannes in ^a Apoca- ad Ianu.c. 1
 lypsi, Dominici diei meminit: & ^b Apostolus per vñā & ep. 119-
 sabbathi, quæ est dies Dominicus, vt sanctus Chryso- ca. 13.
 stomus interpretatur, collectas fieri iubet, vt intelli- a Apoca. I.
 gamus, iam tum in ecclesia diem Dominicum san- b 1. Cor. 16
 dum habitum esse. c S. Chrys.
 ho. 43. in 1.
 ad Corinthi.

Iam vero, ut sciant fideles quid eo die agere, à qui busue actionibus abstinere debeant, nō alienum est ut Parochus totum praeceptum, quod in quatuor partes recte distribui potest, ad verbum diligenter interpretetur. Itaque primum generatim proponat, quid ijs verbis præscribatur.

Memento, ut diem sabbathi sanctifices.

Ob eam vero causam initio præcepti verbum illud, Memento, apposite additum est, quod huius diei cultus ad ceremonias pertineat. Quia de re populus admonendus esse videbatur, cum naturæ lex, et si aliquo tempore Deū religionis ritu colēdū esse doceat, hoc tamē, quo potissimum die fieri deberet, non præscripsit. Præterea fideles docendi sunt ex ijs verbis modum & rationē colligi posse, qua in tota hebdomada, opus facere conueniat, ita scilicet, ut diem festū semper expectemus, quo die cū actionū & operū nostrorū Deo quasi reddēda ratio sit: eiusmodi opera efficiamus necesse est, quæ neque Dei iudicio repudiatur, neque nobis, ut scriptum est, in singultū sint,

i. Reg. 15.

& in scrupulum cordis. Postremo id docemur, quod certe animaduertere debemus, nō defuturas scilicet occasiones, quamobrē nos huius præcepti capiat oblio, vel aliorū, qui illud negligunt exemplo adductos, vel spectaculorum laborumq; studio: quibus plerūq;

Sabbatum ab huius diei sancto religiosoque cultu abducimur. quid significat. Sed iam ad id veniamus, quod sabbathi significatio-

demonstratur. Sabbathum, Hebraicum nomen, si

Latinum

Latine interpreteris, cessatio dicitur: sabbathizare propterea cessare & requiescere Latino vocabulo appellatur. Qua significatione factum est, ut sabbathi nomine dies septimus diceretur, quoniam absolta perfectaq; mundi vniuersitate, Deus ab omni ope re, quod fecerat, requieuit: ita hunc diem in Exodus Dominus vocat. Postea vero non solum septimus hic dies, sed ob eius dignitatē ipsa etiā hebdomada eo nomine appellata est. In quem sensum Phariseus apud sanctum Lucam dixit: Ieiando bis in sabbatho. Atq; hoc quidem de sabbathi significatione. Sanctificatio autem Sabbathi, sacris in literis cessatio est, quae fit à corporis laboribus & à negotijs, ut aperte ostendunt hæc, quæ sequuntur, præcepti verba. Non operaberis. Neque vero id solum significat: (aliter enim satis fuisse dicere in Deutero. Observa diē sabbathi) sed cū in eodē loco addatur, vt sanctificatus cū, hoc verbo ostēditur, sabbathi diem religiosum esse diuinisq; actionibus & sanctis rerū officijs cōsecratum. Itaque diem sabbathi tum plene & perfecte celebramus, cum pietatis & religionis officia Deo præstamus: hocq; plane sabbathum est, quod Isaias delicatum appellat: quoniam festi dies sunt veluti delicie Domini, & piorum hominum. Quare si religioso huic sanctoq; sabbathi cultui misericordie adiunguntur opera: certe maxima sunt & multa premia, que eodem capite nobis proponuntur. Itaque verus ac proprius huius præcepti sensus eo spe-ctat.

Genes. 2.

Exod. 20.

Deut. 5.

Luc. 18.

Deut. 5.

Leo. ser. 3.

de quadra-

gesima. Gre-

go. l. 11. ep.

3. Aug. ser.

251. de tē-

po.

Isaia. 158.

ctat, vt homo & animo & corpore in eam curam in-
cubat, vt statuto aliquo tempore, à negotijs corporisq;
laboribus feriatus, Deum pie colat ac veneretur.

Altera vero præcepti parte demonstratur, diem
septimum Dei cultui diuinitus dicatum esse. Nam
ita scriptum est.

Sex diebus operaberis & facies omnia ope-
ra tua. Septimo autem die Sabbathum
Domini Dei tui est.

Quæ verba ad eam sententiam referuntur, vt
sabbathum Domino consecratū interpretemur, eiq;
eo die religionis officia tribuamus, septimumque
diem intelligamus signum esse quietis Domini. Hic
vero dies diuino cultui dicatus est: quia rudi popu-
lo minus expediebat habere eam facultatem tempo-
ris arbitratus suo diligendi, ne forte Ægyptiorum sa-
era imitaretur. Itaque è septem diebus, ultimus ad
Deum colendum delectus est: quæ quidem res ple-
na mysterij est. Quare Dominus in exodo, & apud
Ezechielem signum vocat. Videte itaque, ille in-
quit, vt sabbathum meum custodiatis: quia signum
est inter me & vos in generationibus vestris, vt scia-
tis quia ego Dominus, qui sanctifico vos. Itaque si-
gnum fuit, quod indicabat homines Deo se dedicare
oportere, sanctosque eidem præbere, cum diem
etiam videamus ei dicatum esse: siquidem ille dies
sanctus est, quod tum præcipue sanctitatem & reli-
gionē homines colere debeant, Deinde signū est, &
quasi

Exod. 31.
Ezec. 20.
Exod. 31.

Dies septi-
mus cur li-
gnum voce
tur.

quasi monumentum condit & huius admirande vniuersicatis. Signum prætere & fuit Israelitarum memoris traditum, quo admoniti se Dei auxilio à durissimo Ægyptiac seruituris ingo solutos ac liberatos esse meminissent: id quod Dominus ostendit illi verbis: Memento, quod & ipse seruieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento: idcirco præcepit tibi, ut obseruares diem sabbathi. Est signum item tum spiritualis, tum coelestis sabbathi. Spirituale autem sabbathum in sancta quadam & mystica quiete consistit, nimirum cum vetus homo, Christo consepultus, ad vitam renouatur, atque in ijs actionibus, quæ Christianæ pietati conuenient, studiose se exercet. Debet enim, qui aliquando erant tenebrae nunc autem lux in Domino sunt, ut filii lucis ambulare in omni bonitate, iustitia, & veritate, neque communicare operibus infructuosis tenebrarum. Cœlesti vero sabbathum est, ut ait D. Cyrill. eum locum apostoli tractans: Relinquitur ergo sabbatis S Cyril. I. 4. nus populo Dei: illa vita, in qua omnibus bonis In Ioan. c. 81 cum Christo viuentes fruemur, peccato radicitus extirpato, secundum illud: Non erit ibi leo, nec pra ua bestia illuc ascendet, sed erit ibi via pura, & via Isai. 35. sancta vocabitur: omnia enim bona in visione Dei mens sanctorum adipiscitur. Quare fideles hortandi erunt his verbis, & à Pastore incitandi: Festine- Heb. 4. mus ingredi in illam requiem.

Sabbathūm Præter diem septimum habebat populus Iudeus
 Dominicū alios etiam festos & sacros dies diuina lege consti-
 dié curtran tutos, quibus maximorum benefiorum memoria
 statum. renouaretur. Placuit autem Ecclesie Dei, ut diei
 Aug. 1er. 151 Aug. 1er. 151 sabbathi cultus & celebritas in Dominicum trans-
 det ep. & ep. 119. ad lanu feratur diē. Nam, ut eo die primum lux orbi terra-
 cap. 13. rum illuxit: sic redemptoris nostri, qui ad vitam a-
 2 Aug ser- ternam nobis aditum patefecit, Resurrectione,
 154. de. t. ep que eo die fuit, è tenebris ad lucem vita nostra re-
 & 251. Leo epi. 81. ad uocata est. Vnde & Dominicum diem Apostoli di-
 Dioſc. ci voluerunt. Solemnem præterea hunc diem esse
 † Alij festi in sacris literis animaduertimus, quod eo dic mun-
 dies ab Ec- di creatio initium habuit, quod Spiritus sanctus A-
 clesia cur in postolis datus sit. † Alios autem dies festos ab Ec-
 stituti. clesia, initio & consequentibus deinde temporibus
 b Ignari⁹ in Apostoli & sancti Patres nostri instituerunt, ut pie
 epi. ad Phil. & sancte Dei benefiorum memoriam coleremus.
 Conc. Aga t. e. cano. 2. i. b Inter eos autem celeberrimi habentur illi dies,
 e Au. li. 20. qui ob redemptionis nostra mysteria religioni con-
 cōt. Faustū. secrati sunt, deinde qui sanctissima Virginī mati,
 Manichæū. c tu vero Apostolis, ac Martyribus, caterisque san-
 c. 21. & conc ctis cum Christo regnantibus dicantur: in quorum
 2. in psal. 88 vīctoria Dei bonitas & potentia laudatur, ipsius de-
 līc. le. 47. d Sanctis 15. biti honores tribuntur, atque ad eorum imitationē
 do. l. 1. d Ec fidelis populus incitatur. Et quoniam ad hoc pra-
 cles. offi. ca. ceptum seruandū, magnā vim ea ipsius pars habet,
 34. & 35. Ber. in vigi- que illis verbis expressa est: Sex diebus opera-
 lia Petri & beris: septimus autem dies sabbatum Dei
 Pauli. est

est: Parochus debet illam partem diligenter explicare. Etenim ex his verbis colligi potest, fideles hortandos esse, ne otiosi & desides vita traducantur: sed potius Apostolicæ vocis memores, negotiū suum quisq; 1. Tess. 4. agat & operetur manibus suis, sicut ab eo precepit & fuerat. Præterea hoc precepto illud Dñs iubet, ut sex ipsis diebus opera nostra efficiamus: ne aliquid eorum, quæ alij hebdomade diebus fieri agi ve oporteat, in diem festum reiiciatur: atque ita animus à rerum diuinarum cura studioque auocetur.

Tertia deinde precepti pars explicanda est, quæ quodammodo describit, quæ ratione sabbathi diem colere debeamus: precipue autem explicat, quid illo die facere prohibemur, quare inquit Dominus: Non facies opus in eo tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduenia, qui est intra portas tuas. Quibus verbis ad id primum instituimus, ut quæcumque diuinum cultum impedire possant omnino vitemus. Facile enim perspici potest, omne seruilis operis genus prohiberi, non quidem ea re, quod sua natura aut turpe aut malum sit, sed quoniam mentem nostram à diuino cultu, qui finis precepti est: abstrahit: Quo magis peccata fideliibus vitanda sunt, quæ non solum animum à diuinarii rerum studio auocant, sed nos à Dei amore prorsus se iungunt. Non tamen eæ actiones, neque ea opera retinuntur, quæ ad diuinum cultum attinent, e-

In sabbatho
quæctiōes.
prohibitę.
Videatur &
Cōc. Magū
tinū can. 37
Tiburiens.
can. 35. & z
Matis. ca. 1.

450 CATECHISMUS

Matt. 12.
Li. 2. decre-
tit. 9. De-
fertijsc. Li-
cet Ioan. 5.
Item Luc. 14.

riam si seruilia sint, ut altare instruere et templum alicuius festi diei causa ornare, & reliqua huius generi. Ideoque a Dño dictum est: Sacerdotes in templo sabbatum violare, & sine crimine esse. Sed neque eorum rerum opera hac lege prohiberi existimandum est, quorum iactura facienda sit, si die festo pretermittantur, quemadmodum sacris etiam Canonibus permisum est. Multa alia Dñs in Euagelio festis diebus fieri posse declarauit, que facile parochus afferijs. Li-
t: res prætermitteretur, cuius actione his sabbathi animalium genere impediuntur homines, quo minus sabbatum diem colant. Si enim die sabbati alicuius operis actioni iumenti usus destinatur, necessaria est etiam ad id hominis opera, qui iumentum agat. Ita que solum per se opus facere non potest, sed hominem, qui illud mollitur, adiuuat. Eo autem die nemini opus facere licet, ergo neque iumentis, quorum opera ad id homines utuntur. Itaque huius præcepti lex eo etiam spectat, ut si iumentorum laboribus homines parcere Deus vult, eo certe magis ipsi cauere debeant, ne inhumani sint in eos, quorum opera atque industria utuntur.

Festis dieb^o
qua^c adiōes
exercendæ.

Neque vero Parochus illud pretermittere debet, ut diligenter doceat, quibus in operibus atque actionibus Christiani homines diebus festis exercere se debeant. Illa vero eiusmodi sunt, ut ad Dei tem-

plu[m] accedamus, eoq[ue] loco sincera piaq[ue], animi attē Cōci. Aga-
 tione sacro[s] anct[e] Miss[e] sacrificio intersimus: diuinā thē. can. 47.
 Ecclesiae sacramenta, quæ ad salutem nostrām insit- & 21.
 tuta sunt, ad anime vulnerū curationē crebro adhi Tribur. can. 35.
 beam⁹. Nihil vero est, quod opportunius aut melius Cōcell. 1. Au
 Christianis hominibus fieri possit, quā si peccata sua rel. can. 28.
 sacerdotibus sepe confiteantur. Ad quam rem perfi-
 ciendā poterit Parochus populū abhortari, sumpta
 huius probande rei ratione & copia ex ijs, quæ de pœ
 nitentia sacramento suo loco tradita ac praecepta
 sunt. Neque solū ad hoc sacramentū populū excita-
 bit, sed sedulo etiā atq[ue] etiā ad illud abhortabitur,
 ut sacro[s]anctū Eucharistie sacramentū crebro per- Cyrl. l. 3. in
 cipient. Attente præterea diligenterq[ue], sacra cōcio fi Ioan. c. 37.
 delib[us] audienda est: nihil enim minus ferendū est;
 neque tam profecto indignum quam Christi verba Amb. lib. 5.
 contemnere aut negligenter audire. Exercitatio itē de Sacram.
 atque studiū fidelium in precibus, diuinisq[ue] tauri c. 4. Chrys.
 bus frequens esse debet, præcipuaq[ue] eiusdem cura, ve hom. 24 in
 que ad Christianæ vite institutionem pertinent, ea 1. ad Cor. &
 diligenter addiscat, sedulog[ue] se exercet in ijs officijs 61. ad popu.
 quæ pietatem continent, pauperibus & egenis ele- Cōc. 2. Ma-
 mosynam tribuendo, agros homines visitando, mœ- til. ca. 1. &
 rentes, qui que dolore afflitti iacent, pie consolan- Tribur. ca.
 do. Nam vt est apud sanctum Iacobum: Religio Iacob. 1.
 munda & immaculata apud Deum & Patrem, h[oc] est, visitare pupilos & viduas in tribulacione eo-
 rum. Ex his quæ dicta sunt, facile erit colligere, quæ

contra huius præcepti regulam committuntur.

Parochi vero officium in eo item esse debet ut certos quosdam locos in promptu habeat, unde rationes atq; argumenta sumat, quibus populo illud maxime persuadeatur, ut huius præcepti legem summo studio accurataq; diligentia seruet, ad hoc plurimum valet, ut populus scilicet intelligat, ac plane perspiciat, quam iustum & rationi consentaneum sit, nos certos quosdam dies habere quos totos diuino cultu tribuamus, Dominumq; nostrum, a quo summa & innumerabilia beneficia accepimus, agnoscamus, colamus, & veneremur. Si enim iugissemus nos quotidie sibi religionis cultu tribuere, nonne pro suis erga nos beneficijs, que maxima & infinita sunt, omnis opera danda esset, ut prompto alacriq; animo eius dicto audientes essemus? nunc vero paucis ad eius cultum institutis diebus, non est, cur nos negligentes atq; difficiles in eius officij functione simus, quod sine grauis sima culpa prætermittere no possumus. Demonstret deinde Parochus quanta huius præcepti virtus sit, cuj; qui illud recte seruauerint, in cōspectu Dei esse cum eoq; colloqui videantur. Nam & precibus faciendis Dei maiestatem contemplamur, & cum eo colloquimur: & concionatoribus audiēdis, Dei vocē accepimus: quæ ad aures nostras eorū opera peruenit qui de rebus diuinis pie sancte q; concionantur. Tum in altaris sacrificio præsentem Christum Dominū adoramus. Et his quidē bonis illi maxime fruuntur

frauntur, qui hoc præceptum seruant diligenter:
 qui vero hanc legem omnino negligunt, ij cum Deo
 & Ecclesiæ non obediant, neque eius præceptum au-
 diant, & Dei & sanctorum legum hostes sunt: quod
 animaduerti potest ex eo quod præceptum hoc eius-
 modi est ut nullo labore seruari queat. Cum enim
 Deus nō labores nobis imponat, quos vel difficillimos
 eius causa suscipere deberemus, sed quietos illis die-
 bus festis à terrenis curis liberos esse iubeat: magna
 temeritatis indicium est, huius præcepti legem recu-
 sare Exemplo nobis esse debent supplicia, que de illis
 Deus sumpsit, qui illud violarunt, vt ex libro Nume- Num. 15.
 rorum licet intelligere. Ne igitur in hanc Dei offen-
 sionem incidamus, operæ pretium erit, sepe illud ver-
 bum, Memento, cogitatione repetere, magnasq; il-
 las utilitates & commodasibi ante oculos proponere
 que ex festorum dierum cultu percipi supra decla-
 ratū est, & multa alia ad id genus pertinentes, que
 bonus & diligens Pastor, vt occasionis ratio postu-
 lat, copiose lateq; persequi poterit.

DE QVARTO PRÆCEPTO.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt
 si longius super terram, quam Domi-
 nus Deus tuus dabit ubi.

CV M in superioribus præceptis summa sit vis
 & dignitas, merita, que nunc persequimur,
 Ff 3 quis

quia maxime necessaria sunt, proximum locum ob-
tinent. Nam illa finem, qui Deus est, continuo spe-
ctant: h.ec nos ad proximi charitatem erudiunt: et si
longius progressi, ad Deum, id est, illud extremū, cuius
Matt. 22.
Marc. 12.
1.Ioan. 4. gratia proximum ipsum diligimus, perducunt. Quā-
obrem Christus Dns præcepta illa duo de diligendo
Deo & proximo, similia inter se esse dixit. Hic autē
locus, dici vix potest, quantas habeat utilitates: cum
& suos fructus ferat uberes illos qui dem ac prestantes:
& sit tanquam signum, ex quo primi præcepti obe-
diētia & cultus elucet. Qui nō diligit, inquit D. Ioā-
nes fratrem suū, quem vider, Deum quem nō vider,
quomodo potest diligere? Ad eundem modum, si patē-
tes, quos secundum Deum diligere debemus, nō vene-
ramur, & colimus cum nobis in conspectu fere sem-
per sint: Deo summo parenti & optimo, qui nullum
sub aspectū cadit, quem honorem, quem cultum tri-
buemus? ex quo perspicuum est, utrāq; præcepta in-
ter se congruere. Huius autē præcepti usus latissime
patet. Nam præter eos, qui nos genuerunt, multi pra-
terea sunt quos in parentū loco colcre debemus vel
potestatis, vel dignitatis, vel utilitatis, vel præstantis
alicuius muneris & officij nomine. Parentū præterea
maiorumq; omnīū labore leuat. Cum enim id in pri-
mis current, vt, quos habent in sua potestate, iij recte
& diuinæ legi cōuenienter viuant, erit hac cura per-
facilis, si omnes intelligat, Deo auctore & monito-
re, summum honorem parentibus tribui oportere.

Quod

Quod ut præstare possumus, necesse est, nosse
 quandam differentiam, quæ est inter præcepta primæ
 & secundæ tabulæ. Ergo hæc primū à parocho sunt
 explicanda, idque in primis moneat, diuina Decalo-
 gi præcepta fuisse in duabus tabulis incisa: in quarū
 altera, quemadmodum à sanctis patribus accepimus
 tria illa continebantur, que iam sunt exposita: reli-
 qua vero in alterā tabulā erat inclusa, atque hec no-
 bis per apposita fuit descriptio, ut præceptorum tractio-
 nem ordo ipse distingueret. Nam quicquid in sacris lite-
 ris diuina lege subest aut ostendatur, id duorum gene-
 rū oritur ex altero. Aut enim erga Deū, aut erga ho-
 mines charitas in omni officio spectatur. Et quidem
 charitatem in Deum superiora tria præcepta do-
 cent: quod vero ad hominum cōiunctiōnē & societa-
 tem pertinet, id reliquis septem præceptis contine-
 tur. Quocirca non sine causa eiusmodi est fiducia di-
 stinctio, ut alia ad priorē, alia ad alterā tabulā præ-
 cepta referantur. Nam superioribus tribus præceptis
 de quibus dictū est, quasi subiecta materies, quā tra-
 dunt, est Deus, id est, summū bonum, ceteris vero,
 proximi bonum: illis summus, his proximus amor est
 propositus: illa finem hæc autō ea que ad finē referantur,
 spectant. Præterea charitas Dei ex ipso pen-
 det. Deus enim per se, non alterius rei causa sum-
 me diligendus est: charitas autem proximi à chari-
 tate Detortum habet, atque ad eum tāquam ad cer-
 tam regulam dirigenda est. Nam si parentes charos

habemus, si dominis paremus, si dignitate antecedentes reueremur: id ea re maxime faciendum est, quod eorum procreator est Deus, eosque alys prasse voluit, quorum opera ceteros homines regit ac tueritur: qui cum nobis author sit, ut eiusmodi personas vereamur, idcirco id prestare debemus, quia a Deo hoc ipso honore dignantur: ex quo fit ut honor quem parentibus habemus Deo potius, quam hominibus haberi videatur. Sic enim apud S. Matth. est, cum de obseruantia in superiores agitur: *Qui recipit vos, me recipit.* Et Apostolus in epistola ad Ephesios, seruos instituens: *Serui inquit, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi.* Accedit, quod Deo nullus honor, nulla pietas, nullus cultus satis digne tribuitur, in quem amor augeri infinite potest. Propterea que nostra erga illum charitas in dies fiat ardentior, necesse est. *Quem eius iussu extoto corde, ex tota anima, ex totis viribus amare debemus.* At charitas, qua proximum complectimur, suis finibus circum scribitur: iubet enim Dominus proximos diligere, sicut nos ipsos. *Quod si quis hos fines egressus fuerit, ita ut parem Deo & proximis amorem tribuat, is maximum scelus admittit.* Si quis venit ad me, inquit Dominus, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse

Matt. 10.

Ephes. 6.

Deu. 6.

Luc. 10.

Luc. 14.

esse discipulus. In quam sententiam item dictum est *Luc. 9.21*
Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos: cum quidam
primum humare patrem vellet, postea Christum sequi.
Cuius rei dilucidior illa apud S. Mattheum expli- *Marc. 10.*
tatio est: Qui amat patrem aut matrem plus quam
me, non est me dignus. Nec tamen illa dubitatio est,
quin parentes vehementer amandi, obseruantique
sint: sed ad pietatem in primis necessarium est Deo,
qui parentis & effector est omnium, praecipuum ho-
norem & cultum tribui: ideoque mortales paren-
tes amari, ut ad celestem sempiternumque patrem
tota amoris vis referatur. Quod si interdum paren-
tum iussa Dei preceptis repugnat: non dubium est:
quin liberi parentum cupiditati, Dei voluntatem
anteferre debeant, diuinæ illius sententiae memores.
Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.

Acto. 5.

Honorare
quam vim
habeat a-
pud scriptu-
ras.

Quibus rebus expositis, Parochus verba pre-
 cepti interpretabitur, atque illud primum, Honorare
 quid sit, est enim, de aliquo honorifice sentire,
 & que illius sunt maximi putare omnia. Hunc au-
 tem honori hec omnia coniuncta sunt, amor, obser-
 uantia obedientiae, & cultus. Scire autem in lege
 posita est honoris vox non amoris, aut metus, etiam
 si valde amandi ac metuendi parentes sint. Etenim
 qui amat, non semper obseruat & veneratur: qui
 meruit, non semper diligit: quem vero aliquis ex
 animo honorat item amat & veretur. Hoc cum Patrum no-
 Parochus explicarit, tunc ager de Patribus, quique mine qui in

Ff 5 sint

quellendi. sint ijs, qui vocetur hoc nomine. Nam et si de ijs prae-
cipue patribus lex loquitur, ex quibus generati su-
mus, tamen ad alios quoque pertinet hoc nomen,
quos etiam complecti lex videtur, quemadmodum ex
pluribus diuinæ scriptura locis facile colligim⁹. Pra-
ter illos igitur, qui nos procrearunt, patrum genera-
tione alia sunt in sacris literis, quod antea attigimus,
quibus singulis suis honor debetur. Ac primum Ec-
clesiae presides, & pastores, & sacerdotes, patres
dicuntur, quemadmodum ex Apostolo constat, qui ad
Corinthios scribens: Non, inquit, ut confundam vos,
hac scribo, sed ut filios meos ebarissimos moneo.

Eccle. 44. Nā si decē millia paedagogorū habeatis in Christo,
sed non multos patres: nam in Christo Iesu per Euā-
gelium ego vos genui. Et in Ecclesiastico scriptū est:
Laudemus viros glriosos, & parentes nostros in
generatione sua. Deinde ijs, quibus aut imperiū, aut
magistratus, aut potestas commissa est, qui Républī-
cā gubernant, patres appellantur. Sic Naaman à

4. Reg. 5. famulis pater vocabatur. Præterea patres eos dici-
mus, quorum procurationi, fidei, probitati, sapien-
tieque alij cōmendantur: cuiusmodi sunt tutores &
curatores, paedagogi, & magistri. Quare Eliam, &

4. Reg. 2. Eliseum filij prophetarum Patrem vocabat. Postre-
4. Reg. 13. mo patres dicimus senes & aetate consecatos, quos
etiam reveri debemus. Atque hoc in Parochi pre-
ceptis maximum sit, ut doceat patres, cuiuscunque
sint generis, præsertim vero eos, ex quibus nati su-

mus

mus, à nobis honorandos: de quibus diuina lex præcipue loquitur. Sunt enim immortalis Dei quæsi quedam simulaæra, in ijsq; ortus nostri imaginem intuemus ab ijs vita nobis data est, ijs Deus vñs est, vt no bis animum mentemq; impertiret: ab ijs ad sacramentum deducti, ad religionem, ad humanum cultum ciuilemq; instituti, ad morum integritatem & sanctitatem eruditissimas. Doceat vero Parochus, merito non men. Matri, in hoc præcepto expressum, vt eius beneficia & merita erga nos consideremus, quanta cura & solicitudine nos in utero gesserit, quanto cum labore ac dolore pepererit, & educarit.

Porro ita obseruandi parentes sunt, vt quem eis tribuimus, honor, ex amore atque intimo animi sensu depromptus videatur, quibus hoc officium debetur maxime, cum erga nos sint ita affecti, nullum vt labore, nullam contentionem, nulla pericula nostra causa refugiāt, nihilq; illis accidere possit iucundius, quam vt filiis charos se esse sentiant, quos maxime diligunt. Ioseph cum in Ægypto honore & amplitudine regi esset proximus, patrem, qui in Ægyptum venerat, honorifice exceptit: & Salomon matri aduenienti assurrexit: eamque veneratus, regio in solio ad dexteram collocauit: Alia 3. Reg. 2. præterea sunt honoris officia, que in parentes conferri debent. Nam eos tum etiam honoramus, cum à Deo suppliciter petimus, vt eisdem bene & fæliciter omnia cueniat, vt in maxima gratia & honore sine apud

Parentes
quomodo
obscrudi.

460 CATECHISMVS
apud homines, ut ipsi Deo ac sanctis, qui in celis sunt
commendatissimi sint. Item parentes honoramus,
cum nostras rationes ad eorum arbitrium, voluntate
temq; conferimus. Cuius rei suae Salomon: Audi,
inquit, fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas

Prover. 1.

Ephes. 6.

Colos. 3.

Genes. 22. rum hominū exemplis confirmatur. Etenim Isaac, cū
Hier. 35. à patre ad sacrificium vinciretur, modeste ac sine re
cusatione paruit; & Rechabithæ, ne à patris consilio
vnquam discreparent, vino se in perpetuum absti
nuerunt. Item parentes honoramus, cum eorum
recte facta, moresq; imitamur. Is enim plurimum
tribuere videmur quorum esse volumus quam simil
limi. Item, parentes honoramus, quorum consilia
non modo exquirimus verum etiam sequimur. Item
quibus subuenimus ea impertinentes que virtus, cul
Amb. lib. 5. tuisq; desiderat: quod Christi testimonio comproba
Hexame. c. tur: qui Pharisæorum impietatem redarguens: Quare
16. & vos, ait, transgredimini mandatum Dei proper
Matth. 15. traditionem vestram? Nam Deus dixit, Honor a pa
trem & matrem: & Qui maledixerit patri vel ma
tri, morte morietur. Vos autem dicitis: Quicunque
dixerit patri vel matri, manus quocunque est ex
me, tibi proderit, & non honorificabit patrem suum

aue

aut matrem suam: & irritum fecisti mandatum Dei
propter traditionem vestram. Et honoris quidem offe-
cia parentibus tribuere semper debemus sed tum ma-
xime, cum periculose egrotant. Danda enim opera
est ne quid pretermittant, quod vel ad peccatorum
confessionem attinet, vel ad reliqua sacramenta, que
a Christianis hominibus percipi debent, cum mors
appropinquat: idque nobis curae sit, ut perinde, religiosique ho-
mines eos crebro interuisant, qui vel imbecillos con-
firment & consilio iuuent, vel optime animatos ad
spem erigant immortalitatis: ut cum mentem a re-
bus humanis excitarent, totam coniungiant in Deum,
sic sicut, ut fidei, spei, & charitatis beatissimo comita-
tu ac religionis praesidio muniti, mortem non modo
non pertimescendam, cum necessaria sit sed, cum adi-
tum ad eternitatem expeditat, etiam appetenda cen-
seant. Postremo vel mortuis parentibus honor tribui-
tur, si ipsi funus facimus: si exequias cohonestamus, si
honorem sepulturae impertimus: si iusta & sacrificia
anniversaria curamus: si, que ab ipsis legata sunt, dili-
genter persoluimus.

Honorandi autem sunt non modo illi ex quibus
sumus verum etiam alii, qui patres appellan-
tur, ut Episcopi & sacerdotes ut reges, ut princi-
pes, ut magistratus, ut tutores, ut curatores, ut ma-
gistri, ut pedagogi, ut senes, & ceteri eiusmodi. Di-
gni enim sunt qui ex charitate, ex obedientia, ex
ope nostra fructus percipiunt, sed aliis alio magis. De
Episcopis

Maiores Ec-
clesiastici &
seculares
quomodo
honorandi.

- 1.Tim. 5. Episcopis, & alijs Pastoribus ita scriptum est: Qui bene præsunt presbyteri, duplice honore digni habentur, maxime qui laborant in verbo: & doctrina. Iam vero, quanti erga Apostolum amoris documenta Galatæ dederunt quibus is præclarum illud benivolentiæ testimonium tribuit. Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros eruissestis, & dedissetis mihi. Quin etiam sacerdotibus ea suppeditanda sunt, quæ ad vitæ usus necessarios requiruntur. Quare Apostolus: Quis inquit, militat suis stipendijs unquam? Et in Ecclesiastico scriptum est: Non norifica sacerdotes, & propurgare cum brachis: dailis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & pargationis. Illis etiæ obtemperandum esse docet Apostolus: Obedite, inquit, præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro anima vestris reddituri. Quin potius à Christo dñō preceptum est, ut vel improbis Pastoribus obtemperemus, cum dicat: Super cathedram Moysi fuderunt Scribe & Pharisei: omnia ergo, quecunque dixerint vobis seruate & facite, secundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Idem de regibus, de principibus de magistratibus, & reliquis, quorum potestati subiçimur, dicendum est. Iis vero quod honoris, cultus obseruantie genus tribuendum sit, Apostolus ad Romanos late explicat: pro quibus etiæ orandum esse monet. Et D. Petrus: Subiecti inquit, estote omni creature humanae propter Deum, sine regi, quasi

praecellentis: siue ducibus, tanquam ab eo missis. Nam si quem eis cultum tribuimus, is ad Deum referatur: habet enim veneratio hominum excellentes dignitatis gradus, quia diuine potestatis est instar: in quo etiam Dei prouidentiam veneramur, qui publici muneris procurationem ihs attribuit, quibusque viritur tanquam potestatis sue ministris. Nec enim hominum improbitatem aut nequitiam, si tales sunt magistratus, sed diuinam auctoritatem, que in illis est, reueremur: ut, quod permirum fortasse videatur, quamvis in nos sint inimico infensoque animo, quamvis implacabiles: tamen non satis digna causa sit, cur eos non perofficiose obseruemus. Nam & Davidis magna in Saulem officia extiterunt, cum ei Psal. 119: tamen esset offensior: quod innuit illis verbis: Cum ihs, qui oderunt pacem, eram pacificus: At vero, si quid improbe, si quid inique imperent, cum id non ex potestate, sed ex iniustitia atque animi peruersitate agant, omnino non sunt audiendi.

Vbi hæc Parochus sigillatim exposuerit, deinceps consideret, quodnam premium: quamque consentaneum ihs propositum sit, qui diuino huic precepto obedirent. Nam in eo fructus est maximus, ut diu viuant: propterea quod digni sunt, qui beneficia quam diutissime perfruuntur, cuius memoriam perpetuo conseruant. Cum igitur, qui parentes calunt, ihs gratiam referant, a quibus lucis & vita usaram habent, iure & merito vitam ad summam senectutem

Et utem perducunt. Tum adiungenda est diuinæ promissionis illustris explanatio. Neque enim solū semper terrena ac beata, sed huius etiam, quam in terris agimus vita eysus promittitur. Cuius sententia interpres est D. Paulus cum inquit: Pietas ad omnia virtus est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Nec vero hac merces aut exigua est, aut cōtemnenda, eitam si sanctissimis viris, ut Job, ut David, et Paulo mors fuerit optabilis; & ærumnosis ac misericordibus vita propagatio sit iniuncta. Nam illorum verborū adiunctio, Quam Dñs Deus tuus dabit tibi: non modo temporis diuturnitatē ad viendum, sed etiā quietem, incolumentem ad bene viendum pollicetur. Nā in Deuteronomio non solum inquit: Ut longo viuas tempore: sed illud etiā addit. Ut bene sit tibi: quod deinde ab Apostolo repetitum est. Hec autem bona eis suppetere dicimus, quorū pietati Deus gratiam referat: aliter enim diuini promissi fides & constantia non erit cum interdum, qui maiorem pietatem parerib[us] præstiterunt ijs vita breuior sit: quibus id quidem contingit, vel quod ijs optime consulitur; qui prius vita excedunt, quam à virtutis & officij religione discedant: rapiuntur enim ne malitia mitet intellectum eorum, aut neficio decipiatur uniuersitatem illorum: vel quia, dum pernicias & rerum omnium perturbatio impendet, corporibus evocantur, ut communium temporum acerbitudinem evadant: A facie enim malitia, inquit

1. Tim. 4.

Job. 1.

Psal. 119.

Philip. 1.

2. Cor. 5.

Deut. 5.

Ephe. 6.

Sap. 4.

Prophetus collectus est iustus: quod sit, ne eorum aut *Ez. 37.*
 virtus aut salus periclitetur, cum a mortalibus fla-
 gitiorum pœnas repetit Deus: vel ne tristissimis tem-
 poribus, ex propinquorum, amicorumque calamini-
 tibus acerbissimos luctus sentiint. Quare metu-
 endum est maiorem in modum, cum viris bonis im-
 matura mors accidit: ac quemadmodum ijs qui gra-
 ti in parentes sunt, officij merces & fructus est a
 Deo propositus: sic ingrati & impj filij grauissi-
 mis pœnis reseruantur: scriptum est enim: ^a Qui ma-
 ledixerit patri suo, vel matri morte moriatur. Et,
^b Qui afflixit patrem & fugit matrem, ignominiosus
 est, & infelix. Et, ^c Quis maledixit patri suo vel ma-
 tri extinguetur lucerna eius in medijs tenebris. Et:
^d Oculum, qui subsannat patrem, est quid despicit par-
 tum matris sue, effodiunt eum corui de torrentibus
 & comedant eum filij aquila. Qui parentibus iniu-
 riā intulerunt, multos fuisse legitimus: in quibus ut
 ciscendis, Dei iracundia exarbitur: non enim David
 inultum reliquit, sed sceleris debitas pœnas dedit.
Absalon, quem ob eius scelus, tribus hastis traxit ^e. *Reg. 18.*
 puniuit. De ijs vero, qui sacerdotibus non obtempe-
 rant, scriptum est: *Qui superbierit, nolens obedire sa-* ^f *Deus. 17.*
cerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino
Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille.

Et quemadmodum diuina lege sanctum est, vt liberos offi-
 parentibus filij honorem habeant, vt pareant, vt obvia Chri. ho-
 sequantur: sic parentum propria officia sunt, atque

60. in Matt. & li. 3. cont vitu p. om-nostic. vitæ Daniel. 13.

munera, ut sanctissimis disciplinis ac moribus filios imbuant, iisque optima dent viuendi precepta, ut ad religionem instructi & parati, Deum sancte invio lateque venerentur. Quod a parentibus Susanna fa- etum esse legimus. Itaque Sacerdos parentes como-neat, vt se liberis magistros præbeant virtutis, equi-tatis, continentie, modestie & sanctitatis: triaque præsertim declinent, in quibus saepe offendere con-sueuerunt: primū, ne quid acerbius in liberos aut lo-quuntur, aut statuant: quod Apostolus in epistola ad Colos. ita præcipit: Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant: nā periculū est, ne fracto abiectoque animo sint, dum omnia timet. Quare illud præcipiat, vt nimiam sen-e ritatem effugiant, malint que liberos corrigere, quā ul-cisci: deinde si qua culpa cōmissa est, cū necessaria sit castigatio & obiurgatio, ne quid liberis per indul-

a Re. 2. 3. 4. gentiam dissolute remittat, saepe enim filij parentū nimia lenitate & facilitate deprauantur: quā obre Chrys. hom. à dissoluta indulgentia deterreat exēplo a Heli, sum 18. ad popu-mi sacerdotis: qui, quod in liberos indulgentior fue-Hierō. ep. 7. rat, maximo supplicio est affectus: postremo, ne, quod ad Lætā. de instit. filiæ Fædissimum est in filiorum educatione ac doctrina, Orig. in. c. 1. proposita consilia ineat. Etenim permulti in hac Iob. Gre. in. vna cogitatione curaque versantur, vt opes, vt pecu-lib. 1. Reg. b Chry. hō linquant: quos non ad religionem, non ad pietatem, 13. ad popu-non ad bonarum artium disciplinā, sed ad amaritiam &

& ad rem familiarem augendam cohortantur: nec de filiorū existimatione & salute sunt solliciti, dum modo pecuniosi sint & perdiuites: quo quid dici, aut cogitari turpius potest? ita sit, vt ad illos nō tam rerum copias, quam scelerata & flagitia transferant, quibus tandem non ad cælum se duces prebent, sed ad inferorum supplicia sempiterna. Sacerdos igitur optimis præceptis parentes instituat, eosque ad Tobie exemplum ac similem virtutem excitet: vt, cum Tab. 4. filios ad Dei cultum & sanctimoniam probe erudierint: ab ipsis etiam amoris, & obseruantie, & obsequij uberrimos fructus capiant.

DE QVINTO PRÆCEPTO

Non occides.

Magna illa, quæ pacificis hominibus præposita Matth. 5. est, felicitas, quoniam filij Dei vocabuntur, Pastores maxime commouere dabit, vt præcepti humani disciplinam fidelibus diligenter accurateq; tradant. Nam ad conciliandas hominum voluntates, nulla melior ratio iniri potest, quam si eiusmodi præcepti lex recte explicata, ab omnibus ita, vt oportet, sancte seruetur: quoniam tum sperare licet, ut summa animi consensione coniuncti homines concordia & pacem maxime colat. Sed quam necesse sit præceptum hoc explicari, ex eo perspicitur, quod immensa illa vniuersæ terræ inundatione facta, hoc unum in primis est, quod Deus hominibus interdixit

Genes. 5.

Sanguinem, inquit, requiram animarum vestrarum de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis in Euangelio etiam, quae primum veteres leges à Domino explicatae sunt, in ijs hæc prima est de qua

Matth. 5.

apud S. Mattheum ita scriptum est: Dicitū est enim, Non occides, & reliqua quæ hac de re eo ipso loco deinceps commemorantur. Fideles præterea attente libenterq; præceptum hoc audire debent: si enim eius vis spectatur, ad vitam cuiusque tuendam valet quoniam ijs verbis, Non occides, homicidium omnino interdictum est. Itaque singuli homines tanta sum voluptate animi illud accipere debent, perinde ac si ira Dei proposita: grauissimisq; alijs pœnis, nominatim prohibitum sit, ne quis eorum lœdatur, Ergo ut præceptum hoc auditu iucundum est: ita eius peccati cautio, quod præcepto prohibetur, iucunditatem habere debet. Cum autem huius legis vim Dominus explicaret, in eo duo contineri offendit: alterum, ne occidamus, quod à nobis fieri vetitum est: alterum, quod facere iubemur, ut concordi amicitia, charitateq; inimicos complectamur, pacem habeamus cum omnibus, cuncta deniq; incommoda patienter feramus.

Quæ cædes In eo autem, quod cædes prohibetur, illud primæ hoc præcep- docendum est, quæ cædes sint eiusmodi, quæ hac præ-
pto non ve- cepti lege non vetentur. Nam bestias occidi prohibi-
tentur. tum non est: quoniam si illis vesci à Deo hominibus
est concessum: fas item est, illas occidi. Quare ita

S. Augu-

S. Augustinus: Cū audimus, inquit, Non occides, non accipimus hoc dictum esse de frutetis, quia nullus est eis sensus: nec de irrationalibus animalibus, quia nulla nobis ratione sociantur. Alterū permisum cædis genus est, quod ad eos magistratus pertinet, quibus data est necis potestas, qua ex legum prescripto iudicioq; in facinorosos homines animaduertūt, & innocentes defendunt, quo in munere dum iuste versantur, non modo ij cædis nō sunt rei, sed huic diuinæ legi, qua cædes vetatur, maxime obediunt. Cum enim legi huic finis is propositus sit, vt hominum vita & salutis, consulatur magistratuū item, qui legitimi sunt scelerum vindices, animaduersiones eodem spectat, vt audacia & iniuria supplicij repressa, tuta sit hominum vita. Quare David: In matutino, inquit, interficiem omnes peccatores terra, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operates iniquitatem. Qua ratione ne illi quidem peccat, qui iusto he'lo, non sive peditate aut crudelitate impulsi, sed solo publice vitiatis studio vitam hostibus adimunt. Sunt præterea huiusmodi cædes, que nominatim iussu Dei sunt. Leui filii non peccauerunt, qui una die tot milia hominum occiderunt, qua cæde facta, sic ad eos locutus est Moyses: Consecratis manus vestras hodie Domino. Neque vero huius præcepti reus est, qui non sponte, neque meditato, sed fortuito hominem occidit: quæ de re in Deuteronomio libro ita est: Qui Deute. 19, percusserit proximum suum neciens, & qui heri

S. Aug. II. 2.
de clut. Dei
ca. 20.

& nudius tertius nullum cōtra eum odiam habuisse comprobatur, sed abūsse cum eo simpliciter in siluam ad ligna cōdenda, & in succisione lignorum se curis fūgerit manum ferrugē lapsum de manubrio amicū eius percusserit & occiderit. Hæ cædes eiusmodi sunt, quæ quia non voluntate, neque de industria inferuntur, propterea non omnia in peccatis

S. Aug. ep̄t. 1 c̄. ad Pu blicolam. numerantur: quod S. Augustini sententia cōprobatur. Absit enim, inquit, vt ea, quæ aut propter bonū aut licitum facimus si quidem præter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputentur. In quo tamen duabus de causis peccari potest, altera si quis in re iuriūta occupatus, hominem occidet: exempli causa: si quis grauidam mulierē pugno vel calce percuteret, ex quo abortus sequeretur. Fuisset quidem illud præter percussoris voluntatem, non tamen præter culpam, cum illi non liceret vlo modo grauidam mulierem percutere. Altera, si non omnibus circunspectis, negligenter, & incante aliquem occiderit. Quæ etiam ratione, si quis salutis sua defendende causa, omni adhibita cautione, alterum interemerit, hac lege non teneri satis appareret.

Leui. 24. &

29.

Genes. 9.

Deut. 6.

Ekod. 20.

& 21.

March. 5.

Atque hæ quidem, quas modo commemorauimus, cædes sunt, quæ hoc legis præcepto non concinentur: quibus exceptis reliquæ omnes prohibentur siue homicidam quis spectet, siue qui occiditur, siue modos, quibus cædes sit. Nam quod ad eos pertinet qui cædem faciunt, neino plane excipitur, non di-

uitur,

nites non potentes homines, non Domini, non parentes; sed delectu omni & discrimine remoto, occidere vetitum est omnibus. Si vero ijspectantur, qui interficiuntur: ad omnes haec lex pertinet: nec quisquam est tam humilis & abiectus conditionis homo, quin legis huius vi defendatur. Neq; vero seipsum interficere cuiusfas est, cum vite sue nemo ita potest atque habeat ut suo arbitratu morte sibi cōsciscere liceat: ideoque legis huius verbis non ita præscriptum est. Ne aliud occidas, sed simpliciter. Ne occidas, Sin autem multipli cem cadi facienda modum attendimus: nemo est, qui excipiatur. Non solum enim suis cuiquam manibus aut ferro, aut lapide, aut baculo, aut laqueo, aut veneno, vita ui homini eripere non licet, sed con filio, ope, auxilio, vel alia quacunque ratione id fieri proorsus vetitum est, in quo summa tarditas stupore que Iudeorum fuit, qui crederent se hoc præceptum seruare, si manus tantum à cade abstinerent. Sed ho mini Christiano, qui, interprete Christo, didicit hanc legem spiritualem esse, nempe quia non manus solum puras, sed animum etiam castum sicutumque nos habere inbet, illud non satis omnino est, quod illi satis cumulate se præstare arbitrabantur. Nam ne irasci quidem cuiquam licere, in Euangelio Matt. 5. traditum est, cum dicat Dominus: Ego autem dico vobis: Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo, Racham, reus erit gehenna ignis. Ex quibus verbis perspicuum

Ephes. 4.

Colosso. 3.

3. Cor. 6.

Matt. 5.

Deremedi-

est, eum culpa non carere; qui fratri succenseat, quā
 quis iram animo inclusam contineat: qui vero eius
 irae significationem aliquam dederit, grauiter pec-
 care, ac multo grauius, qui non vereatur dure fra-
 trem accipere, & ei conuicium facere. Et quidē hoc
 verū est si nulla subsit irascendi causa. Nam ira cau-
 sa, que à Deo legibusque conceditur, ea est, cū in eos
 animaduertimus, qui nostro imperio potestatique
 parent si in eis sit culpa. Christiani enim hominis
 ira non à carnis sensibus, sed à spiritu sancto profici-
 sci debet, cū nos templa sancti spiritus, in quibus Ie-
 sus Christus habitet, esse conueniat. Multa preter-
 ea sunt à Dño tradita, que ad perfectam huius legis
 rationē pertinent: qualia illa sunt, non resistere ma-
 lo, sed si quis te percussit in dextram maxillā tuā
 præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudi-
 cio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei
 & pallium: & quicunque te angariauerit mille pa-
 sus, vade cum illo & alia duo Ex his, que iā cōmemo-
 rata sunt, animaduertere licet, quam proclives sint
 homines ad ea peccata, que hoc precepto vetita
 sunt, quamue multi reperiātur, qui si minus manu,
 animo saltem cœdis scelus committunt,

Et quoniam huius tam periculoſo morbo reme-
 js aduersus dia in sacris litteris adhibitasunt, Parochi est offi-
 homicidiū. cium, ea diligenter fidelibus tradere: precipuum
 autem illud est, ut intelligant, quam nefarium sit
 peccatum, hominis cœdes: idque vel plurimis, maxi-
 misque

misque sanctorum literarum testimonij perspicere Genes. 9.
 potest. Usque enim adeo homicidium detestatur Deus
 in sanctis litteris, ut a bestijs, hominum cædis pœ-
 nam se repetitur dicat, ac bellum, quæ hominē
 leserit, occidi iubeat. Neque aliam ob causam à san-
 guine hominem abhorre voluit nisi, ut omni ra-
 tione à nefaria hominis cæde & animum & manus
 abstineret. Sunt enim homicidae humani generis, at
 que adeo naturæ hostes acerbissimi, qui quantum in-
 ipsis est, yniuersum Dei opus euertunt, cum hominem
 tollant, cuius causa is omnia, quecumque procrea-
 tas sunt, se fecisse testatur. Imo vero in Genesi, cum
 prohibitum sit, hominē occidi, quia illū Deus ad ima-
 ginē suā & similitudinē creauit, insignet Deo iniu-
 riam facit, quasique violentias illi manus afferre
 videtur, qui eius imaginē è medio tollit. Hoc diuina
 animi cogitatione meditatus David, grauiſſime de
 sanguinarijs hominibus conquesitus est illis verbis:
*Veloceſ pedes eorum ad effundendū ſanguinem, ne-
 que ſimpliciter dixit, occidunt, ſed, Effundunt ſan-
 guinem: que verba, ad detestabilis illius ſceleris am-
 plificationem, immanemque illorum crudelitatem
 ostendendam, protulit.* Utque declararet in primis
 quam precipites illi diabolico quodam impulſu ad
 iudaciuſ ferantur, dixit: *Veloceſ pedes eorum.*

Iam vero, que in hoc precepto seruanda eſſe
 Christus Dominus iubet, eo ſpectant, ut pacem cum
 omnibus habeamus: inquit enim, cum hunc locum

interpretaretur. Si offeris munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuus: & quae sequuntur. Quod ita a Parocho explicabuntur, ut doceat, sine ultra exceptione omnes charitate cōpletēdos esse: ad quam in huius precepti explicatione fideles, quam maxime poterit, incitabit: quod in eo proximi diligendi virtus maxime elucet. Cum enim modum hoc precepto aperte retetur, quoniam qui fratrem suū odit, homicida est: certe illud consequitur, ut amoris & charitatis preceptum detur. Cumque hac lege de charitate & amore preceptū sit, tū omniū etiā illorū officiorū atque actionū, que charitatem ipsam consequi solent precepta tradantur. Charitas patiens est, inquit D. Paulus. Patientia igitur nobis præcipitur, in qua nos animas nostras possessuros esse Saluator docet. Beneficencia deinde charitatis comes est & socia: quamचरिता benigna est. Bonitatis autē atque beneficentiae virtus late patet, eiusque officium in ijs rebus maxime versatur, ut pauperibus suppedemus res necessarias, cibum esurientibus, sitiensibus potum demus, nudos vestiamus: & quo quisque opis nostris magis indiget eo in illum plus liberalitatis censeramus. Hoc beneficentiae & bonitatis officia, que perse sunt illustria, eo sunt illustriora, si inimicis prestantur: ait enim Saluator: Diligite inimicos vros

¶ Ioan. 3.

L Cor. 13.

Lucæ. 21.

I Cor. 13.

Matth. 5.

nicos ~~estros~~: benefacite ijs, qui oderūt vos. Quod
 etiā Aposto. monet illis verbis: Si esurierit inimicus Rom. 12,
 tuus, ciba illū: si sitit, potū da illi: hoc enim facies car-
 bones ignis cōgeres super caput eius: nō vinci à ma-
 lo, sed vince in bono malum. Denique si charitatis le-
 gē spectemus, quæ benigna est: omnia, quæcunque ad
 mansuetudinē, levitatem altisq; id generis virtutes
 pertinent, officia colere, ea legē prescribi intellige-
 mus. At vero longe omnīū prest. m̄tissimum officiū,
 quod charitatis plenissimum est, i.e. quo maxime nos
 exercere conuenit, illud est, vt iniari uis, quas accepi-
 mus, equo animo remittamus, atq; cōdonemus: quod
 vt planō efficiamus, sape nos diuinæ literæ, vt ante a
 dictum est, monent atq; hortantur: cum non beatos
 solum eos dicant, qui ita prorsus faciunt: sed errato-
 rum etiam veniam ijsdem à Deo datam affirment.

Qui vero hoc ipsum facere negligunt, aut omnino
 recusant, illam non consequuntur. Sed quoniam ul-
 ciscendi libido hominum mentibus fere iussita est,
 Parochus maximam in eo diligentiam ponat necef-
 se est, vt iniari uis obliuisci, easq; remittere Chri-
 stianum hominē oportere, non doceat solū, sed peni-
 tius etiam fidelibus persuadeat. Cumq; hac ipsa de re
 apud sacros scriptores multa fiat metio, eos consulat
 ad refellendā illorū pertinaciā, qui ulciscendi cupidi-
 tate animo obstinato sunt atq; obsfirmata. Argumēta
 in promptu habeat, quæ illi Patres grātissima & ad
 eam rem maxime accommodata pie adhibuerunt.

Ephes. 4.
 Coloss. 3.
 Ephes. 4.
 Deut. 32.
 Rom. 12.
 Heb. 10.
 Eccles. 28.
 Mat. 18. & 6.
 Luc. 6.
 Marc. 11.

Iob. 1.

Verum hæc potissimum tria explicanda sunt. Primum est, vt, qui se iniuriam accepisse putat, ei maxime persuadeatur, illum detrimenti aut iniuria precipuam causam non fuisse, quem ipse vltisci cupit. Sic admirabilis ille Iob fecit, qui à Sabæis hominibus, à Chaldaëis, & à dæmone grauiter Iesus, nulla tamen eorum habitaratione, vt vir rectus, & homo admodum pius, recte pieq; ijs verbis vsus est: Dominus dedit, Dominus abstulit. Itaque patientissimi illius viri oratione & exemplo, Christiani homines si bi persuadeant, quod verissimū est, omnia quecumq; in hac vita patimur, à Dño, qui iustitiae omnis misericordiaq; parens est & auctor proficisci. Neque vero ille nos (quæ eius est immensa benignitas) vt inimicos puniat sed yti filios corrigit, & castigat. Nec profecto si recte animaduertimus, in hisce rebus homines aliud omnino sunt, nisi ministri & quasi satellites Dei; & quāquam homo potest male aliquē odiſſe, pessimeq; illi cupere, tamen nisi permisso Dei, nocere nullo modo potest. Hac ratione adductus Joseph fratribus impia consilia, sic David iniurias sibi à Semei illatas & quo animo tulit. Ad hanc item rem illud argumenti genus valde pertinet quod sanctus Chrysostomus grauiter atque eruditè pertractauit, nemine scilicet, nisi à seipso, lœdi. Nam qui se iniuriose tractatos esse opinantur, si rem recta secū via reputent, cōperient profecto, nullam se ab alijs iniuriam aut damnum accepisse. Et si enim, quibus ipsi leditur, ea extrinse-

Genes. 45.

2. Reg. 16.
S. Chrys. 10.
5. In homl.
Quod ne-
mo laeditur
nisi à se ipso

extrinsecus eueniunt : tamen se maxime ipsi offendunt, cum animum odio, cupiditate, inuidia nefarie contaminant. Alterum est, quod duo præcipua commoda complectitur, quæ ad illos pertinet, qui pio erga Deum studio adducti iniurias libenter remittunt Matth. 18.
Quorum primum illud est, quod aliena debita remittentibus promisit Deus fore, ut ipsi etiam peccatorum veniam impetrarent. Ex quo promisso quæ gratum illi sit hoc pietatis officium, facile apparet. Alterum commodum est, quod nobilitatem quandam & Mattb. 5.
perfectionem assequimur: quoniam condonandis in iurijs, quodammodo Dei similes efficimur, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Postremo explicanda sunt incommoda illa, in quæ nos tunc incidimus, cum iniurias quæ nobis illatæ sunt, condonare nolumus. Itaque Parochus illis, qui sibi in animum inducere non possunt, ut inimicis ignoscant, oculos ponat, odiū nō solū peccatū graue esse, sed etiā diuturnitate peccata di grauius inhærere. Cū enim is, in cuius animo hic affectus infederit, inimici sui sanguinē sitiatis illius vlciscēdi spē plenus dies noctesq; in perēni quadā mala mētis agitatione ita versatur, vt nūquam à cēdis aut nefariæ alicuius rei cogitatione cessare videatur. Quo sit, vt is vel nunquam vel maximo negotio ad id impellatur, vt aut prorsus ignoscat, aut aliqua saltē ex parte iniurias remittat. Quare merito vulneri comparatur, cui telū infixum heret. Mul

ta præterea in cōmoda & peccata sunt, quæ hoc vno
odij peccato quasi vinculo quodam iuncta tenentur.

I. Ioan. 2.

Ideoq; D. Ioānes in hāc sentētiā ita dixit: Qui fratre
suum odit, in tenebris est, & in tenebris ambulat, &
nescit, quo eat: quia tenebra obcecauerūt oculos eī.
Itaq; sapientia labatur, necesse est. Etenim quo pacto fie-
ri potest, ut dicta aliquis aut facta illius probet, que
oderit? hinc temeraria & iniqua iudicia existūt, ire
inuidia, obtrectationes, & alia eiusmodi: quibus illi
quoque implicari solēt, qui aut cognatione, aut ami-
citia iuncti sunt. Itaq; sepe fit, ut ex uno peccato mul-
ta existant. Neque iniuria dicitur hoc peccatum es-
se diaboli. Quandoquidem ipse ab initio homicida

Ioan. 8.

fuit. Quamobrem Dei filius Dominus noster Iesus
Christus, cum sibi mortem Pharisæi afferre cuperet,
illos à patre diabolo genitos esse dixit. Sed preter
hāc, que dicta sunt vnde sceleris huius detestādi ra-
tiones peti possunt, alia quoque remedia, & ea profe-
cto maxime opportuna, sanctarū literarū monumē-
tis tradita sunt. Ac primum omnium remedium &
maximum est, Saluatoris nostri exemplum, quod ad
imitandū nobis propozere debemus. Is enim, cum
ne minima quidē peccati suspicio in eum cadere pos-
set, virgis casus, spinis coronatus, & cruci deni-
que affixus, eum habuit orationem plenissimam pie-
tatis, Pater, dimitte illis: nō enim sciūt, quid faciūt.
Cuius asperzionē sanguinistestatur Apostolus, me-
lins loquentem, quam Abel. Alterum autem reme-
dium

Lucæ 23:
Heb. 12.

dium ab Ecclesiastico propositum est, ut mortem atque illum iudicij diem recordemar: Memorare, inquit ille nouissimataua, & in eternum non peccabis. Quae sententia eodem spectat, ac si dicat. Illud sape etiam atque etiam cogita, breui fore, ut mortem obreas: proinde, quia tali tempore tibi optatissimum erit & maxime necessarium, summa Dei misericordiam impetrare. Eam tibi ob oculos iam nunc perpetuoque proponas, necesse est: ita enim fiet, ut immunit illa vlciscendi cupiditas tibi exauriatur, cù ad misericordiam Dei implorandam nullum aptius, maiusue remedium inuenias, quā obliuionem iniuriarum, & amorem in eos, qui te aut tuos re aut oratione violarint.

DE SEXTO PRÆCEPTO.

Non mœchaberis.

Quoniam viri & vxoris vinculum arctissimum est, & nihil utriusque iucundius accidere potest quam intelligere se mutuo quodam & singulari amore diligi: contra, nihil molestius, quam sentire a se debitum & legitimum amorem alio transferri: recte quidem atque ordine illam, que hominis vitam a cæde tuctur, legem hec, que de mœchia suo adulterio est, consequitur, ut sanctam illam & honorabile matrimonij coniunctionem, unde magnanimitatis vis existere solet, nemo ullo adulterij scelere violare aut dirimere audeat. Sed tamen

in hac ipsa re explicanda cautus admodum sit Parochus, & prudens & tectis verbis rem commemoret, que moderationem potius desiderat, quam orationis copia. Verendum est enim, ut dum is late atque copiose nimis explicare studet, quibus modis homines ab huius legis prescripto discedant, in illarum rerum sermonem forte incidat, unde excitandae libidinis potius materia quam restinguenda illius ratio manu resulet. Sed quoniam hoc precepto multa continentur, quae pretermittenda non sunt, ea suo loco explicabuntur a Parochis. Eius igitur duplex vis est: altera, qua disertis verbis adulterium vetatur: altera, quae eam sententiā inclusam habet ut animi corporis adulterium que castitatem colamus. Ut autem ab eo quod prohibitiū est docendi initium sumatur: Adulterium est legitimis tori iniuria sive alienus, sive proprius ille sit. Et enim si maritus cum muliere solitarē habet, suū ipse a lib. i. de A torum violat: si vero solutus vir alienam cognoscat brahā cap. 4 vxorē, adulterij labet torus alienus inquinatur. Hoc b Au. q. 7^c vero adulterij interdicto omnia prohiberi, diuīs^a super Exod. Ambrosius, & b August. auctores sunt, quacunque in honesta sunt & impudica. In hanc sententiam hec Genes. 38. verba accipienda esse, ex sacris litteris, tum veteris, tum noui testamenti licet colligere: nam praeter adulterium, alia libidinis genera apud Moysen puniuntur, Est India in Genesi iudicium in nurum suam. Est praeclara illam Deuteronom. Mosis lex, ne de filiabus Israël vlla esset meretrix. Extat prater

ea Tobie ad filium eiusmodi adhortatio: Attende ti- Tob. 4.
 bi filii ab omni fornicatione: Ecclesiasticus item,
 Erubescite, inquit, à respectu mulieris fornicarie. Eccle. 41.
 In Evangelio etiam Christus Dñs inquit, de corde
 exire adulteria & fornicationes, quæ coinqviant Matthe. 15.
 hominem. Apostolus vero Paulus hoc vitiū sepe mul-
 tis grauissimisque verbis detestatur: ^a Hoc est, ait, a i. Thess. 4.
 voluntas Dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos b i. Cor. 6.
 à fornicatione. Et: ^b Fugite fornicationem. Et: ^c Ne c i. Cor. 5.
 comisceamini fornicariis. ^d Fornicatio autē, inquit d Ephes. 5.
 & omnis immunditia, aut adulteria, nec nominetur
 in vobis. Et: ^e Neque fornicarij, neque adulterij, ne- e i. Cor. 6.
 que molles, neque masculorum concubitores regnū
 Dei possidebunt. Præcipue vero ob eā rem adulte-
 riū diserte vetitū est, quia prater turpitudinē, que
 illi cū alijs intē per antī generibus comitunis est in-
 iustitia quoque peccatiū non solī in proximum, sed
 etiā in ciuilē societatē adiunctū habet. Est illud itē
 certū, qui se à ceterarum libidinum intemperancia
 non abstinet, eum ad hanc, quæ adulterij est, inconti-
 nentia facile labi. Quare hoc adulterij interdicho fa-
 cile intelligimus, omne impuritatis & impudicitatis
 genus, quo polluitar corpus, prohiberi: immo vero
 omnem intimam animi libidinem hoc præceptra ve-
 titam esse, tum ipsius legis vis significat, quam spi-
 ritualem esse constat, tum Christus Dominus ido-
 cuit illis verbis: Audistis quia dictum est antiquis,
 Non mactaberis: Ego autem dico vobis, quia om- Matt. 5.

omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendū eam
iam mœchatus est eam in corde suo. Hec sunt, que
Trt. Syn. ses fidelibus publicè tradenda duximus. si tamen ea ad
24.ca 8.re- dantur, que à sancta Tridentina Synodo in adulter-
for. Mattim ros, & eos, qui scorta & pellices alunt, decreta sunt,
Pratermissis multis alijs ac varijs impudicitia &
libidinis generibus, de quibus priuatim unusquisque
à parocho admonendus erit, ut temporis & persona-
rum ratio postulabit.

Castitas vel
calque pro-
diceritate,

a 1. Cor. 7.

Sequitur nunc, ut ea explicentur, quæ iuben-
deri vīnū habent. Docendi igitur sunt fideles ac vehe-
ratus necel menter hortandi, ut pudicitiam & continentiam
satio seruan ommni studio colant, mündentque se ab omni inqui-
da.
namento carnis & spiritus, persipientes sanctifica-
tionem in timore Dei. In primis autem admonendi
sunt, quamuis castitatis virtus in eorum homi-
num genere magis eluceat, qui pulcherrimum
illud ac plane diuinum virginitatis propositum san-
cte & religiose colunt, tamen ijs etiam conuenire,
vel qui cœlibem vitam agunt, vel matrimonio iun-
cti, à vetita libidine pueros se & integros seruant.
Quoniā vero multa à sanctis Patribus tradita sunt
quibus docemur domitas habere libidines, & coet-
cere voluptates, ea Parochus studeat populo accu-
rate exponere, atque in hac tractatione diligentissi-
mè versetur. Hec autem eiusmodi sunt, partim
quæ in cogitatione cōsistunt, partim quæ in actione.
Quod in cogitatione remedium possum est, id in ea

maxi-

maxime versatur, ut intelligamus, quanta sit huius peccati turpitudo & pernicies: qua cognita facilior fuit eius detestandi ratio. Perniciosum vero scelus esse intelligi ex eo potest: quoniam propter hoc peccatum è Dei regno pelluntur atq[ue] exterminantur homines, quod malorum omnium ultimum est. Et haec quidem calamitas omnium scelerum communis est: illud autem huius peccati propriū: quod qui fornicantur, in sua ipsi corpora peccare dicuntur, ex sententia Apostoli ita scribentis: Fugite fornicationem: omne enim peccatum, quodcunq[ue] fecerit homo, extra corpus est: qui autē fornicatur, in corpus suum peccat. Quod ob eam causam dictū est, quoniā illud injuriose tractat, cum eius violat sanctitatem. Quae de read Thessalonenses ita Diu[n]s Paulus, Hec est, inquit, voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione, vt sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctifications & honore, nou in passione desiderij, sicut & gentes, quae ignorant Deū. Deinde id quod secessius est si homo Christianus meretrici turpiter se dedit, mēbra, quae Christi sunt, ea meretricis facit, ita enim D. Paul. ait: Nescitis quoniā corpora vestra, mēbra sunt Christi: tollens ergo membra Christi, faciū membra meretricis ab sit, an nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnuū corpus efficitur? Est præterea homo Christianus, vt Ibidem. idem testatur, tēplū Spiritus sanctis: quod violare nibil aliud est, nisi ab eo Spiritum sanctū ejcore. In

1.COR. 7.

adulterij autē scelere magna inest iniqitas, si enim
vt vult Apostolus, qui matrimonio iuncti sunt, ita eo-
rū alter alterius potestati mancipatus est, vt neuter
sui corporis potestatē iusque habeat, sed mutuo quo-
dā sint inter se quasi seruitutis vinculo ita decincti,
vt vir ad vxoris voluntatem, contrāq; vxor ad viri
nutum voluntatemq; se accommodare debeat, certe si
alteruter corpus suū, quod est alieni iuris, ab eo, cui
illud adstrictum est, distungit, is admodū iniquus est
& nefarius. Et quoniā infamiae metus & ad ea, que
iussa sunt, vehementer incitat homines, & à vetitū
magnopere deterret, docebit Parochus adulterium
hominibus insignem turpitudinis notā inurere. Nā
sacris literis ita proditum est: Qui adulter est, pro-
pter cordis inopiā, perdet animā suā: turpitudinem

Prouer. 6.

& ignominiam congregat, sibi & opprobrium illius
non delebitur. Verum huius sceleris magnitudo ex
supplicij severitate facile perspici potest. Adulteri
enim, lege à Domino in veteri testamento prescri-
pta, obruebantur lapidibus, quin etiam ob vnius li-

Leuit. 10.

Ioan. 8.

bidinem, non solum qui scelus admisit, sed vniuer-
sa interdum ciuitas, vt de Sichinitis legimus, dele-
ta est. Multa diuina animaduersio[n]is exempla in
sacris literis prodita sunt, que ad deterrendos à ne-
faria libidine homines Parochus colligere poterit,

Gen. 34.

Gen. 19.

Num. 25.

Iud. 20.

vt Sodome, & reliquarum finitimarum urbium
interitus: Israelitarum, qui fornicati sunt cum filia-
bus Moab in deserto, supplicium: Beniamitarum
deletio-

deletio. Qui vero mortem effugiunt, intolerabiles tamen dolores ac pœnarum cruciatus, quibus sepe plectuntur, non effugiunt: Nam mente cœci (quæ pœna grauissimum est) ita fiunt, ut neque Dei, neque famæ, neque dignitatis, neque filiorum denique vita, & sue rationem habeant, hocq; pacto adeo nequam & inutiles sunt, ut nihil græue committi eis debeat, & ad nullum fere officij manus idonei sint. Huius rei exempla à Davide & Salomonе petere nobis licet: 1. Reg. 11. quorum alter post quam adulteratus est, repente sui dissimilimus, ex mitissimo crudelis extitit, ut Vr. 3, Reg. 11. optime de se meritum morti obtulerit: alter cum se totum in mulierum libidinem profudisset, ita à vera Dei religione sese auertit, ut alienos Deos sequeretur. Auctor igitur, ut Oseas dixit hoc peccatum cor Osc. 4. hominis sepeq; obcœcat.

Nunc ad ea remedia veniamus, que in actione cōsistunt. Quorum primū illud est, ut otium maxime fagiamus: in quo Sodomites homines, vt est apud Ezechiēlē, cū hebescerēt, in spurcissimū illud nefarie libidinis scelus precipites lapsi sunt. Deinde crapula magnopere est vita. Saturani eos, inquit Propheta, & mœchati sunt: quoniam vœter expletus ac saturatus libidine parit. Hoc ipsum illis verbis Dñs signifi- Hier. ep. 8, 3 cant: Attende vobis, ne forte grauetur corda vestra ad Oceano in crapula & ebrietate. Hoc item Apostolus. Nolite, in- num. quid, inebriari vino, in quo est luxuria. Sed maxime animus ad libidine oculis inflammari solet. Quo per Ephes. 5.

- Matth. 5. tinet illa Christi Dñi sententia. Si oculus tuus scādā
lizat te, erue eum, & proijce abs te. Multæ preterea
sunt prophetarū de eadem re voces, ut est apud Job:
Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quā-
dem de virgine. Sunt multa denique ac pene innume-
rabilia exēpla maledictū, quæ ex oculorū aspectu orū
Gene. 24. habuerunt. Sic David, sic rex Sichen peccauit, hocq;
Daniel. 13. item pacto senes illi Susanna calumniatores delique-
runt. Elegantior item ornatus, quo oculorum sensus
valde excitatur, occasionem libidini non parvam se-
pe præbet: ideoq; Ecclesiasticus monet: Auerte faciē-
tuam à muliere compt.: Cum igitur mulieres in ni-
mio ornatus studio versentur, nō alienum erit, si Pa-
rochus aliquam in eo diligentiam adhibeat, vt eas
interdum moneat, obiurgetq; verbis, quæ hoc de ge-
nere grauiissima Apostolus Petrus ita protulit: Mu-
lierum nō sit extrinsecus capillatura, aut circunda-
tio auri, aut indumenti vestimentorū cultus. D. Paulus item:
Nor in tortis inquit crinibus, aut auro,
aut margaritis, vel veste pretiosa. Multæ enim au-
ro & margaritis adornata, ornamenta mentis &
corporis perdiderunt. Hoc autē libidinis incitamen-
tum quod è vestium exquisito ornatu existere solet,
alterum sequitur, quod est turpis obscenitq; sermo-
nis. Nam verborum obscenitate, quasi face quadā
subiecta adolescentum accenduntur animi. Corru-
punt enim mores bonos colloquia mala, inquit Apo-
stolus, hocq; ipsam cum maxime efficiat delicatores

& molliores cantus, ac saltationes: ab ipsis quoque libri obscenae diligenter cauendum est. Quo ingenere numeratur non negandi libri obscene & amatorie scripti: qui ita vitandi sunt, ut imagines, quae aliquam turpitudinis speciem prese ferunt: cum ad turpes terum illecebras, inflammadosque adolescentium animos vis in illis sit maxima. Sed Parochus in primis curret, ut quae de ipsis a sacro sancto Tridentino Concilio pie religioseque constituta sunt, ea sanctissime scruentur. Hac vero omnia, quae commemorata i[n] sunt, si magno ad bibito studio, curaque vitentur, omnis fere libidinis materia tollitur, sed ad illius vim opprimendam maxime valent frequens Confessionis, & Eucharistie. 1. Cor. 10.
 Iustum assidue ac pie quidem ad Deum preces, cum elemosynis atque ieiunio coniuncte. Est enim castitas donum Dei, quod recte peccantibus non denegat, nec patitur nos tentari supra illud, quod possumus. Corpus autem non ieiunis modo, & ipsis presentim, que S. Ecclesia instituit, sed vigilis etiam per p[re]s[er]vatio[n]ibus, atque alijs affuetationib[us] generibus exercendam est sensuumque appetitiones reprimendae: in his enim atque alijs eiusmodi rebus maxime cernitur temperantia virtus, in quam sententiam ad Corin[tios] 9. scripsit D. Paulus sibi: Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: & illi quidem ut coram Iudeo. probilem coronam accipiant, nos autem incorrupti. Et paulo post: Castigo, inquit, corpus meum, & in sanitatem redigo: ne forte, cum alijs prediqueremus,

DE SEPTIMO PRÆCEPTO,
Non furtum facies.

Rom. 27.

Veterem hunc Ecclesie morem fuisse, ut huic
præcepti vis & ratio inculcaretur auditori-
bus indicat illa apud Apostolum obiurgatio eorum,
qui cateros ab ihsu virtutib[us] maxime deterrenerent, quibus
ipsi cumulati reperiebantur: Qui enim, inquit, aliū
doceſt te ipsum non doceſt? qui prædicas non furan-
dum, furaris? Quo doctrinæ bono non ſolum fre-
quens illorum temporum peccatum corrigebant,
ſed etiam turbas ac ſites ſed abant, aliasque malorū
cauſas, quaे furto commoueri ſolent. In ihsu & de-
lictis eſt delictorum incommodis atque calamitati-
bus cum noſtra etiam hac etas miſere perſetur: ad
exemplum sanctorum Patrum, & Christians di-
ſciplina magiftrorum. Parochi hunc vrgbunt locū,
& aſidue ac diligenter huius præcepti vim ac ſen-
tentiam explicabunt. Aoprimam officium & dili-
gentiam ſuam conferent ad declarandum Dei inſi-
nitum amore erga genus humānum: qui non mo-
do illis duobus interdictis, Non occides, Non mæ-
chaberis quiaſi praſidijs, & vitam corporis que no-
ſtrum, & famam extinguentemque tucatur:
ſed etiam hoc præcepto; Non furtum facies, tan-
quam uſtode quidam externas res ac facultates.

muniat atque defendat. Quam enim hæc verba subiecta habent notionem, nisi eā, quam supra diximus, cū de alijs præceptis loqueremur? vitare videlicet Deum bona hæc nostra, quæ in eius tutela sint, à quo quam auferri aut violari. Quod diuine legis beneficium quo maius est, eo nos in ipsius beneficij auctorem Deum gratiore esse oportet. Et quoniam & habendæ & referendæ gratia, nobis optimaratio proposita est, ut non tantū præcepta libenter auribus accipiamus, sed etiam re ipsa probemus ad hoc collatum præcepti officium fideles excitandi & in flammandi sunt. Est aut̄ hoc præceptū, quæ admodū superiora, divisum in duas partes: quarū altera, quæ furtum vetat, aperte est annunciatā: alterius sensitia & vis, qua iubemur benigni & liberales esse in proximos, in priore occulta est & inuoluta. De priori regitur prius dicetur: Non furtum facies.

In quo illud animaduertendum est, furti nomine non id modo intelligi, cum occulte ab inuito Domino aliquid auferatur, sed etiam, cum aliquid alienum contr. voluntatem scientis Domini possidetur. Nisi forte existimandum est, eum, qui furtum prohibeat, rapinas factas per vim & iniuriam non improbare: cum extet illud Apostoli: Rapaces regnum Dei non possidebunt. Quorum omnem rationem & consuetudinem fugiendam esse, idem scribit Apostolas. Quanquam vero maius peccatum rapinae sint, quam furtum, quæ præter rem, quam ali-

Dux partas
huluspræce
pti.

Furti nomi-
ne quid in-
telligendū.

1. Cor. 6.

1. Cor. 5.

cui adimunt, præterea vim afferunt, & maiore imponant ignominiam: mirandum tamen non est, quod leuiori hoc furti nomine notatum sit diuinae legis preceptum, non rapinae. Id enim summa ratione furtum est: quia furtum latius patet, quam rapina, quas tammodo illi facere possunt, qui potentia & viribus praestant. Quamquam nemo non videt, exclusi eiusdem generis leuioribus peccatis, grauiora etiam facinora prohibentur. Varijs autem nominibus notatur iniusta possessio & usus rerum alienarum, ex varietate eorum, que inuitis & insciis dominis afferuntur. Nam si priuatum quid priuato adimititur, furtum dicitur: si surripitur publico, peculatus appellatur. Plagiatum vocant, si homo liber, vel seruus alienus in seruitutem abducitur. Si vero sacra res eripitur, nominatur sacrilegium: quod facinus maxime nefarium ac sceleratum adeo in mores inducitum est, ut bona, quæ necessario & sacrorum cultui, & Ecclesiæ ministris, & pauperū usui pie ac sapienter fuerant attributa, in priuatibus cupiditates, pernicioseque libidines conuertantur. Sed præter ipsum furtum id est, externa actione, furandi etiam animus & voluntas Dei lege prohibetur. Est enim spiritus illius lex, quæ animū, fontē cogitationū & consiliorum, inspicit. De corde enim, inquit Dominus apud S. Mattheum, exirent cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furtus, falsa testimonia. Sed quam graue scelus furtum sit, ipsa natura vis

Et ratio satis ostendit: Est enim iustitia cōtrarium
 que suum cuiq; tribuit. Nam bonorum distributio-
 nes, & aſignationes iam inde ab initio iure gētium
 constitutas, diuinis etiam & humanis legibus confir-
 matas ratas esse oportet, vt vnuſquisq; , niſi humānā
 ſocietatem tollere velimus, eateneat que ei iure obti-
 gerunt. Nam vt Apoſtolus ait: Neque fures, neque 1. Cor. 6.
 auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces
 regnum Dei poſſidebunt. Et ſi huius ſceleris impor-
 tunitatem & immanitatem perinulta declarant,
 que furtum conſequuntur. Fiunt enim iudicia te-
 mere & inconsuito, multa de multis: crumpūt odia:
 ſuſcipiuntur inimicitiae: exiſtant interdum acerbif-
 ſime innocentium hominum damnationes. Quid di-
 cemus de ea neceſſitate, quae diuinitus imposta eſt
 omnibus ſatisfaciendi ei, cui aliiquid ademptum ſit?
 Non enim, inquit Auguſtiuſ, remittitur peccatum S. Aug. epi.
 niſi reſtituatur ablatum: quae reſtitutio, cum quis aſ 54. ad Ma-
 ſuenerit ex alienis locupletari, quantam habeat dif cedonium.
 ſculturam, p̄ter id, quod vnuſquisque & ex alio-
 rum cōſuetudine, & de ſuo ſenſu iudicare potheſt, ex
 teſtimonio Habacuc Prophetæ licet intelligere: in- Habac. 2.
 quit enim. Vx ei, qui multipliſcat non ſua uſque-
 quo, & aggrauiat contra ſe densum lutum? Lu-
 tum appellaſt densum, rerum alienarum poſſeſſio-
 nem, vnde emere & expedire ſe homines diſſi-
 cile poſſant. Furorum auten tam multa ſunt gene-
 ra, ut ea dinumerare ſit diſſicillimum. Quare de hiſ
duobus

duobus furto, & rapinis, dixisse satis erit, ad quæ, tā
quam ad caput, reliqua, quæ dicemus, referuntur.
Ad ea igitur detestanda, & ad fidem populum &
scelesto facinore deterrendum conferent omnem cu-
ram ac diligentiam Parochi.

De varijs Verum huius generis partes persequamur. Sum
furtorū ge- igitur fures etiam, qui furto sublatas res emunt, vel
neribus aliquo modo inuentas, occupatas, aut ademptas reti-
nent: ait enim S. Aug. Si inuenisti, & non reddidisti
S. Aug. li. 5. ho. 9. & de
verbis apof. termo. 19. rapisti. Quod si rerum dominus nulla ratione inue-
nire potest, illæ sunt bona in usus pauperum conferen-
da: quæ, ut restituat, qui adduci non potest, ea refaci-
le probat se vndeq; ablaturum omnia si possit. Eode
se alligant scelere, qui in emendis vendendisq; rebus
fraudes adhibent. & vanitatem orationis horū fra-
des vindicabit dominus. Grauiores & iniquiores in
hoc furtorū genere sunt ij, qui fallaces & corrupta-
merces vendunt pro veris & integris: qui ué ponde-
re, mensura, numero ac regula decipiunt emptores.

Deuter. 25. Est enim in Deuteronomio: Non habebis in sacculo
Leuit. 19. diuersa pōderā. Et in Leuitico: Nolite facere iniqū
aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mēsura:
statera iusta, & aqua sint pondera: iustus modius,

Prouer. 20. æquusq; sextarius. Est & alio loco: Abominatio est
apud Dominum pondus, & pondus, statera dolosa
non est bona. Furtum etiam apertum est operario-
rum & artificum, quæ totam & integrum merce-
dem exigunt ab ijs, quibus ipsi iustum ac debitam
operam

operam non dederunt. Nec vero distinguntur à fūribus serui dominorum rerumq; custodes infidi: quin etiā eo sunt detestabiliōres, quam reliqui fures, qui clauibus excluduntur, quod furaci seruo nihil domi obsignatum aut occlusum esse potest. Furtum p̄tēra facere videntur, qui fictis simulatisq; verbis, quiue fallaci mendicitate pecuniam extorquēt: quo rumeo grauius est peccatum, quod furtum mendacio cumulant. Illi quoque in furum numero reponendi sunt, qui cum ad priuatum aliquod vel publicum officium conducti sunt, nullam vel paruam operam nauantes manus negligunt, mercede tantum ac p̄tio fruuntur. Reliquam furtoram multitudinem, à soleri avaritia, qua omnes pecuniae vias nouit, exco gitatam, persequi longum est, & ut diximus, difficilimum: itaque de rapinis, quod est alterum horum scelerum caput, dicendum videtur, si prius monuerit Parochius Christianum populum, ut meminerit, illius Apostoli sententiae: *Qui volunt diuites fieri in- 1. Tim. 6. eidunt in tentationem, & laqueum diaboli. Nec ullo Matth. 7. sibi loco patiatur excidere preceptum hoc: Quaecunque vultis ut faciat vobis homines, & vos facite illis.* Tob. 4. Et illud cogitent perpetuo: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.*

Rapina igitur patent latius. Nam qui debitam operarijs mercedem non persoluunt, sunt rapaces: De diversis quos S. Iacobus ad p̄nitentiam inuitat illis verbis: rapinis. Agite nunc diuites, plorate vulantes in miserijs ve- Iacob. 5.

stris, que aduenient nobis. Cuius pœnitentia causa in
 subiungit. Ecce enim merces operariorum, qui messue
 runt regiones vestras, que fraudata est a vobis clau-
 mat: & clamor eorum in autes domini Sabbatho in-
 troiuit, quod genus rapinarum in Leuitico, in Deu-
 teronomio, apud Malachiam, & apud Tobiam vehemē-
 ter improbatur. In hoc crimine rapacitatis includū-
 tur, qui, que Ecclesiæ præsidibus & magistratibus de-
 bentur, vestigalia, tributa decimas, & reliqua huic
 generis non dissoluunt, vel interuertunt, & ad se trans-
 ferunt. Huc etiam referuntur fœneratores in rapi-
 nis acerrimi & acerbissimi, qui miserā plebem cōpi-
 lant, ac trucidant usuris. Est autem usurpa, quidquid
 præter sortē & caput illud, quod datū est, accipitur
 siue pecunia sive quidvis aliud, quod emi, aut atri-
 mari possit pecunia. Sic enim apud Ezechielem scrip-
 tum est: Usuram & saperabundantiam non accep-
 rit. Et Dominus apud Lucam: Mutuum date nihil
 inde speraret. Grauiissimum semper fuit hoc facinus,
 etiam apud gentes & maxime odiosum, hinc illud:
 Quid fœnerari? quid hominē, inquit, occidere? Nam,
 qui fœnerantur, bis idem vendunt, aut id vendunt,
 quod non est. Item, rapinas faciunt namarij iudi-
 ces, qui venalia habent iudicia, & precios maneribus,
 deliniti optimas tenuiorum & egentium causas
 enervunt. Fraudatores creditorum & insciatores,
 qui quo sumpto temporis spatio ad soluendum sua
 vel aliena sive merces emunt, neque fidem libereant,
 dampnū

damnabuntur codem criminis rapinarum: quorum etiam delictum grauius est, quod mercatores, illorum destitutio[n]is ac fraudationis occasione, magno detimento ciuitatis vendunt omnia carius. In Psal. 26.
 quos illa Davidis sententia videntur conuenire: Mu-
 tuabitur peccator, & non soluet. Quid de locupletis
 bus dicemus iis, qui ab illis, qui soluendo non sunt,
 quod commoda r[er]unt, exigunt acerbius, & pignora-
 etiæ ea auferunt contra Dei interdictū, quæ ad corum
 corpus tuendum sunt necessaria: Inquit enim Deus Exod. 2.
 Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum,
 ante solis occasum reddas ei: ipsum enim est solum,
 quo operitur indumentum carnis eius, nec habet
 aliud, in quo dormiat: si clamauerit ad me, exaudię
 eū, quia misericors sum: Horū exactionis acerbita-
 tem, iure rapacitatem atque adeo rapinas appellibi-
 mus. Ex numero eorū qui raptiores dicuntur, à san-
 dis patribus, sunt, qui infragū inopia comprimunt
 frumentum faciuntque, ut suæ culpa carior ac du-
 riор sit anima: quod etiam valet in rebus omnibus
 ad vitū & ad vitā necessariis: ad quos illa Salomo- Prover. 11.
 nis pertinet execratio: Qui abscondit frumenta, ma-
 ledicetur in populis. Quos suorum scelerum ad mo-
 ritos, Parochi liberius accusabat, ac propositas illis
 peccatis penas explicabunt uberrimas.

Hec de veritis: nunc ad iussa veniamus: in qui-
 bus satisfactio vel restitutio primum locum habet.
 Peccatum enim non remittitur, nisi restituatur

De restitu-
 tione quæ
 hoc præce-
 pto præcipi-
 tur.

abla-

ablatum. Sed quoniam non is solū qui furtum fecit,
ei, cui furatus est id debet restituere, sed omnes pre-
terea, qui furti participes fuerunt, hac lege restitu-
tionis tenetur: aperiendum est, qui sint illi, qui hanc
satisfaciendi, vel restituendi necessitatē effugere nō
possint. Sunt autē plura hominū genera: ac primū
est eorū qui furari imperant: qui non modo sunt ipsi
furtorum socij & auctores, sed etiā in illo furū genere
deterimi. Alterū genus par voluntate primis, po-
testate dispar, in eodē tamen furum gradu ponendū
eorū qui cum iubere nō possint, suafores sunt, atque
impulsores furtorum. Tertiū genus est eorum, qui
cum furibus cōsentunt. Quartū genus est eorum, qui
participes furtorum, inde lucrum ipsi etiā faciunt:
si luerum dicendum est, quod, nisi resipuerint, eos
addicit eternis cruciatibus: de quibus sic loquitur
Dauid: Si videbas furem, currebas cum eo. Quin-
tum genus est furum, qui cum furtā possint prohibe-
re, tantum abest, ut illis occurrant & obstant, ut
eorum licentiam permittant atque concedant. Sex-
tum genus est eorū qui cum & furtum factum, &
vbi factum sit, certo sciant, non indicant rem, sed
etiam se scire dissimulant. Postremum genus est,
quod omnes complectitur furtorum adutores, cu-
stodes, patronos, qui que illis receptaculum prabent
ac domicilium: qui omnes & satisfacere debent ijs,
quibus aliquid detractum est, & ad illud necessa-
rium officium vehementer cohortandi sunt. Ne ha-
ijs

ius quidem sceleris omnino sunt expertes approba-
tores furtorum & laudatores. Nec vero etiam ab ea
dem culpa sunt alieni filij familias, & uxores, qui pe-
cuntias a patribus & viris surripiunt.

De operib⁹

Iam vero huic precepto illi subiecta sententia misericor-
est, ut pauperum & inopū misereamur, eorumque dif-
ficultates & angustias nostris facultatibus & offi-
cij subleuemus. Quod argumentū quia sapissime &
copiosissime tractandū est, petent ea Parochi ex vi-
torū sanctissimorum, ^a Cyriani, ^b Ioannis Chrys. eleemosyna
^c Gregorij Nazianz. & aliorum libris, qui de ele-
mosyna p̄eclarē scripserunt quibus huic muneri sa-
tisfaiāt. Sūtenim inflamādi fideles ad studiū & ala-
critatē opitulādi ijs, quibus aliena misericordia viue-
dum est. Sunt vero etiam docendi, quamā habeat ne
cessitate eleemosyna, ut videlicet re & opera nostra
in egentes simus liberales, verissimo illo argumen-
to, quod summo iudicij die detestaturus sit eos Deus
& sempiternis ignibus addicturus, qui eleemosyna
officia pr̄atermisserint ac neglexerint: illos au-
tem colleudatos in patriam cœlestem introductu-
rus, qui benigne fecerint indigentibus. Est vtraque
Christi Domini ore pronunciata sententia: Veni-
te benedicti patris mei, possidete paratum vobis
regnum: & Discedite a me maledicti, in ignem e-
ternum. Ut tentur pr̄terea sacerdotes accōmoda-
tis illis ad persuadēdū locis: Date & dabitur vobis
Proferent Dei promissum, quo nihil vberius, nihil

Matt. 5.

Luc. 6.

- Marc. 10.** magnificientius ne cogitari quidē potest. Nemo est, qui reliquerit & ceter. qui non accipiat centies tan-tum nunc in tempore, hoc, & in seculo futuro vitam aeternā. Adiūcent illud, quod à Christo Dño dicitur est
- Luc. 16.** Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut cū defeceritis, recipiat vos in aeterna tabernacula. Hu-ius vero necessarij muneris partes exponent, ut qui largiri non possunt e gentibus, quo vitam sustentent, saltē commodent pauperi, iuxta Christi Dñi prescri-ptum. Mutuum date, nihil inde sperantes. Atque huīus rei fælicitatem beatus David expressit: Iu-cundus homo, qui miseretur, & commodat. Est autem Christianæ pietatis, nisi sit aliunde facultas be-ne merendi de ijs, quibus ad victam aliena miseri-cordia opus est, vitandi etiam otij causa labore, ope-ra, ac manibus ea querere, quibus in opum diligenti-am leuare possint, ad id omnes suo exemplo hor-tatur in epistola ad Thessalonicenses Apostolus il-lis verbis: Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat imitari nos Item ad eosdem: Operam detis, ut quieti sitis & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis. Et ad Ephesios. Qui furabatur, iam non furetur: magis au-tem laboret operando manibus quod bonū est, ut ha-beat unde tribuat necessitatem patienti. Est etiam frugalitati consulendum, parcendumque bonis alie-nis ne cateris graues, aut molesti simus, qua tempera-tia sane quam cluet in omnibus Apostolis, sed ma-xime
- Psal. 111.**
- 2. Thess. 3.**
- 1. Thess. 3.**
- Ephes. 4.**

xime eminet in D. Paulo : cuius illud est ad Thessalonicens. Memores es̄tis , fratres, laboris nostri & fatigationis: nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei. Atque idem alio loco Apostolus: In labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus.

Sed ut ab uniuerso hoc genere nefariorum facinorum abhorreat fidelis populus, Parochus à propheta petere, & à reliquis diuinis libris sumere par erit detestationem furorum, & rapinarum, & horribiles minas à Deo propositas eis, qui illa scelera comittunt. Clamat Amos prophetas: Audite hoc, qui contenteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes, quando trāsibit mensis, & venūdabimus merces, & sabbatum, & aperiemus frumentū, ut intinuimus mensuram, & augeamus scilicet, & supponamus stateras dolosissimæ. Sunt in eadē sententia multæ apud Hieremiam, in Proverbijs, & apud Ecclesiasticum. Nec vero dubitandum est, quin hec malorū semina, quibus malis opprimitur hac etas magna ex parte in his inclusa sint causis. Verum ut assuecant Christiani homines prosequi omni liberalitatis ac benignitatis officio egentes & mendicos, quod ad alteraz huius præcepti partem pertinet, proferent Parochi maxima præmia, quæ beneficis & largias, & in hac & in altera vita daturum se Deus pollicetur.

Sed quia nō desunt, qui etiā se in furcis excusent

admonendi sunt fore, ut nullam eorum peccati excusationē accipiat Deus: imo vero futurum, ut illa purgatione non modo non leuetur peccatum sed mirum in modum augeatur. Ecce nobilium hominum nō ferendae deliciae, qui culpā extenuare sibi videntur, si se affirmarint, nō cupiditate, aut auaritia ad detrahendum alteri sua descendere, sed tuenda causa amplitudinis familie & maiorum suorum, quorum existimatio ac dignitas rueret, nisi rerum alienarū accessione fulciretur. Quibus perniciosus error eripie-dus est: simulq; demonstrandum vna esse rationē conservandi & amplificandi opes, & copias, maiorumque gloriam si Dei voluntati paruerint, si eius precepta seruauerint: quibus contemptis, fundata & optime constitute opes euertuntur, reges ex regio solo & summo gradu honoris præcipites exturbantur: in quorum locū infini interdū homines, & qui summo in odio illis fuerunt, diuinitus vocantur: Incredibile est: quantopere his succēsat Deus, cuius rei testis est Esaias apud quē sunt illa Dei verba: Principestui, infideles, socij furum: omnes diligunt munerā: sequuntur retributiones, propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israel: Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis & conuertam mavum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam. Non desunt, qui non iam illum afferant causam splendoris, & gloria, sed virtus & vita commodiorem facultatem & elegantiam.

Qui

Qui refellendi sunt, docendiq; quam impia sit eorū
& actio & oratio, qui vllam commoditatem antefer-
ranti Dei voluntati & glorie; quam, negligēdo eius
precepta, offensimur mirādum in modum. Et si que
potest esse in furto cōmoditas, quod summa in cōmo-
da cōsequantur? Super furē enim, inquit Ecclesiasti Eccles. 5.
cūs, est cōfusio & pānitētia. Sed fac esse ut cum illis
nō agatur incōmode: dedecorat fur diuinum nāmen
repugnat eius sanctissime voluntati salutaria ipsius
precepta contemnit. Quo ex fonte omnis error om-
nis improbitas, omnis fluit impietas. Quid, quod au-
dire licet interdum fures, qui nihil se eo peccare con-
tendant, quod detrahant aliquid locupletibus & co-
piosis hominibus, qui ea detractione nihil danni fa-
ciet, ne sentiat quidē? misera sane & pestifera defen-
sio. Putat aliis satisfactionem suam accipi debere,
quod eam furandi consuetudinem cepit, vt non faci-
le posuit ab illa mēte, & actione desistere; qui nisi au-
dierit Apostolum dicentem: Qui furabitur iam nō Ephes. 4.
furetur: velit, nolit, etiam consuetudinē capiet eter-
norum suppliciorum. Nonnulli sunt, qui excusant
se occasione data, alteri aliquid ademisse. Est enim
illud tritum sermone proverbiū: Fures qui non
sunt, fieri occasione. Qui hac ratione sunt de nefā-
ria sententia deducendi, resistendum esse prauiscu-
pitatisbus. Nam si continuo est re perficiendum id,
quod libido persuaserit: quis modus, quis finis erit.
scelerū ac flagitorum? Turpisima igitur est illa de-

fensio, vel summa potius intemperantie & iniustitiae confessio. Nam qui dicit se non ideo peccare, quia nullam habet peccandi occasionem: idem proponendum fatetur, se semper, oblati occasione, peccaturum. Sunt, qui furari se dicant vescendi causa, quod ab aliis eadem iniuria sint affecti. Quibus ita respondendum est: primum nemini licere iniurias persequi: deinde non posse quenquam rei suae iudicem esse: tu multo minus concedi, ut penas ab aliis repeatant eorum, quae alij in eum peccauerunt. Postremo, quidam furtum satis illa ratione defensum rectumque arbitrantur, quod cum sint a re alieno oppressi, aliter eo liberari non possint, nisi illud furto dissoluant. Quibus cum ita agendum est, nullum esse grauius es alienum, & quo magis prematur humanum genus, quam debuum illud, cuius in diuina preicatione quotidie minimum. Dimitte nobis debita nostra: Quare illud insanissimi hominis esse, plus velle Deo debere, id est, plus peccare, ut quod debet hominibus dissoluat: multaque prestat coniungi in carcerem, quam mandari suppliciis inferorum sempiternis: luge atque esse grauius Dei: quam hominum iudicio condemnari: porro autem supplices ipsos ad Dei opem ac pietatem confugere debere: a quo quid opus sit, possint impetrare. Sunt alia excusationum genera, quibus Parochi prudentes, ac sur officiis diligentissimi facile poterunt occurrere, ut aliquando habeant populum sectatorum bonorum operum.

March. 6.

D E

DE OCTAVO PRÆCEPTO.

Non loqueris contra proximū tuum
falsum testimonium.

Quantam non modo vilitatem, sed etiam necessitatem habeat astidua huius & præcepti explicatio, & officij admonitio, nos D. Iacobi monit auctoritas, illis verbis: Si quis in verbo nō offendit, hic perfectus est vir. Et idem: Lingua modicū quidē membrum est, & magna exaltat: ecce quantus ignis, quam magnam silvam incendit. Et que sequuntur in eandem sententiam. Quibus duo mouentur, primum latissime patere hoc lingue vitium Iacob. 3. Psal. 115. quod etiam illa Propheta sententia confirmatur: Omnis homo mendax: ut propemodum sit vnū hoc peccatum, quod ad omnes homines pertinere videatur, Alterum, inde proficiisci mala innumerabilia, cum sepe maledici hominis culpa facultates, famam, vita, animam salus amittatur, vel eius, qui leditur, quod contumelias patienter ferre non posse, sed eas impotenti animo persequatur: vel eius, qui ledit, quod prano pudore, & falsa cuiusdam existimationis opinione deterritus, adduci non posse, nulli, qui offensus sit, satisfaciat. Quare hoc loco mendicifideles erunt, et quantas possunt maximas Deo gratias agant de hoc salutari precepto, non dicendi falsi testimonij: quo non solum ipsi alijs iniuriam facere vetaveri, sed etiam hac obedientia ab aliorum iniuria prohibentur. Verum hoc precep-

504 CATECHISMVS
pto eadē ratione & via progrediēdum est, qua in eā
teris progressi sumus, vt videlicet animaduertantur
in eo duæ leges: altera prohibens, ne falso dicatur
testimoniū: ubens altera, vt simulatiōe fallacysque
sublatis, dicta & facta nostra simplici veritate me-
tiamur. Cuius officij Apostolus Ephesios illis ver-
bis admonuit: Veritatem facientes in charitate, cre-

Ephes. 4. Quid falsite scamus in illo per omnia. Sed prior huius praecepti
Dimonij non pars habet hanc rationem, vt quamvis nomine fal-
mine signifi- si testimonij significetur quidquid in bona vel in ma-
catur.

lam partē de altero constāter dicatur, siue in iudicio
siue extra iudiciū, tamē praecipue prohibeatū illud
testimoniū quod in iudicio falso dicitur à iurato. Iu-
rat enim per Deū testis, quod ita testificatis, & diui-
nū nomē interponētis oratio plurimū fidei habet &
pōderis, itaque quia periculōsum est hoc testimoniū,
id circo praecipue prohibetur: iuratos enim testes, ni-
si exceptionibus legitimis excludantur, aut eorū sit

Deut. 14. Matt. 18. Quid proxi-
mī vocabu-
lo significa-
tur.

aperta improbitas atque peruersitas, ne iudex qui-
de ipse potest reūcere, praeferim cū extet iussum di-
uine legis, vt in ore duorū vel triū testimoniū stet omne
verbū. Sed vt praeceptum fideles plane intelligat, do-
cēdi erūt, quid significet hoc, proximi, vocabulum
in quem falso testimoniū dicere minime licet. Est
autem proximus, vt ex Christi Domini doctrina
colligitur, quicunque eget opera nostra, siue ille
propinquus sit: siue alienus, siue ciuis, siue aduena,
siue amicus, siue inimicus. Nefas enim est existi-
mare

Luc. 10.

mare, contra hostes licere falsum aliquid dicere pro
 testimonio quos iussu Dei ac Dñi nostri diligere o-
 porteat. Quin etiē, quia sibi quisque quadā ratione
 proximus est, nemini fas est in se falsum testimoniuū
 dicere: quod qui cōmittant sibi ipsi notam inurentes
 ignominiae ac turpitudinis, & se ipsos & Ecclesiam
 ledunt, cuius sunt membra: quo modo etiam qui sibi
 mortē consciscunt, nocent ciuitati: ita enim est apud S. Aug. lib. 2.
 S. Augustinum. Nec recte intelligentibus poterat vi decui. Del.
 deri, non esse prohibitum, ut aduersus se ipsum quis cap. 20.
 quā falsus testis assisteret, eo quod in praecepto ad-
 ditum fuit, Contra proximum tuum. Sed non
 idem, si aduersus se ipsum quisque falsum testimoniuū
 dixerit, ab hoc crimen se putet alienum, quando re-
 gulam diligendi proximū à semetipso dilector acce-
 pit. Verum quia prohibemur proximū ledere falso
 testimonio, nemo propterea contrarium permitti-
 nobis arbitretur, ut peierando liceat conciliare ei, S. Aug. c. 13
 qui nobiscum natura ac religione coniunctus sit, a-
 liquid utilitatis aut commodi. Nemini enim mendacio-
 & vanitati, multo minus per iuriō studendū est.
 Quare sanctus Augustinus de mendacio ad Crescen-
 tiū docet ex Apostoli sententia, mendacium in fal-
 sis testimonij numerandū esse, etiam si in cuius-
 quam falsa laude dicatur. Nam locum illum tra-
 ctans, Inuenimur autem & falsi testes Dei, si testi-
 monium diximus aduersus Deum, quod suscitaue-
 rit Christum, quem non suscitauit, si mortui non re-

surgunt. Falsum, inquit, testimonium vocat Apo-
st. Cor. 15. lus. si quis de Christo, & quod ad eius laudē videtur
pertinere, mentiatur. Sæpiissime vero etiā cōtingit, vt
qui alteri fauet, obfit alteri. Certe errādi causa affer-
tur iudici, qui interdū falsis testibus adductus, cōtra
ius secūdum iniuriā statuit, & iudicare cogitur. Nō
nūquā etiā sit, vt qui ob falsum alicuius testimoniū
causam iudicio vicerit, idq; impune tulerit, exultas
iniqua victoria assuecat corrūpere, & adhibere fal-
sos testes, quorum opera sperat se posse ad id, quod-
cunque concupierit, peruenire. Est vero id & ipsi te-
sti grauissimū, qui & ab eo, quē iure iurādo subleua-
rit, & adiuuerit, falsus & periurus agnoscitur, &
ipse, quod ei ē sentētia succedit scelus, quotidie mai-
rē exercitationē & cōsuetudinē capit impietatis &
audacie: Ut igitur testiū vanitas, mēdacia, & perim-
ria, prohibētur: sic & accusatorū, & reorū, & patro-
norū cognitorū, & procuratorū, aduocatorū, & om-
niū denique, qui iudicia cōstituunt. Postremo retat

Leuit. 19.

Deus omne testimonium non modo in iudicio, sed e-
tiam extra iudicium, quod alteri incommodū aut
detrimentū possit afferre. Est enim in Leuit. quo lo-
co hęc praecepta iterantur, his verbis: Non facietis
furtum, nō mētiemini, nec decipiēt unusquisque pro-
ximū suū. Ut nemini dubium esse possit, quin à Deo
omne mendacium hoc praecepto eiētum condemne-
tur. Quod apertissime testatur David in hunc mo-
dum: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Psal. 5.

Pto-

Prohibetur autem hoc precepto non modo falsum testimonium; sed detestabilis etiam libido & consuetudo detrahendi alteri: qua ex peste, incredibile est, quam multa & quam grauia & incommoda & mala nascantur. Hoc vitium maledice & contumeliose dicendi occulte in alterum, passim improbant di-

uine literæ. Cum hoc, inquit David, non edebam. Et Psal. 100.
S. Iacobus: Nolite detrahere alterutrum fratres mei Iacob. 4.

Nec vero precepta solum sacre literæ, sed etiam exempla suppeditant, quibus sceleris magnitudo declaratur. Nam & Aman, cōfictis criminibus adeo incendit in Iudeos Assuerum, ut is omnes eius gentes homines imperarit occidi. Rescrita est eiusmodi exemplis sacra historia, quorum commemoratione sacerdotes operam dabunt, ut fideles à rei improbitate deterreant. Ut autem peccati huins vis, quo de altero detrahitur, omnino perspiciatur, secundum est, non tantum adhibenda calumnia offendit hominum existimationem, sed & augendis amplificandisq; criminibus: & si quid occultius ab aliquo commissum sit, quod ubi rescritum fuerit, grave aut turpe sit ad famam, eam rem qui ubi quando, quibus non necesse sit, pernularit, is obrectator & maleditus iure dicitur. Verum totius obrectationis nulla capitalior est, quam eorum, qui catholicæ doctrine eiusq; prædicatoriis obrectat. In simili culpa sunt, qui malorum doctrinarum & errorum magistrorum extollunt laudibus. Nec vero ab horum hominum numero

Detractio
nis vitium
quam dete-
stabile.

Psal. 100.
Iacob. 4.

Hest. 13.

numero & culpa seiunguntur, qui detrahētibus & maledicentibus hominibus patefacientes aures, non reprehendunt obtrectatores, sed illis libenter assentiuntur. Detrahere enim vel detrahentem audire,

S. Hiero. in scribunt S. Hiero. & Bernar. utrum damnabilius sit, ep. ad Nepo non facile constat. Non enim essent, qui detraherēt, tianum cirsii non adessent, qui detrahentes audirent. In eodem ea finem.

S. Ber. II. 2. genere sunt qui suis artificijs distrahabunt homines, de conside- & inter se committunt, magnopereq; serendis discor- ratione ad dijs delectantur: vt summas coniunctiones ac societa Euge. in fi- tes fictis sermonibus dirimentes amicissimos viros ad ne.

immortales inimicitias & ad arma cōpellant: Hanc pestem sic detestatur Dominus: Non erit criminator neque susurro in populo. Tales erant multi ex consi-

Leuit. 19. Itarijs Saulis, qui eius voluntatem a Davide alienare, & in illum regem incitare conabantur. Peccant

1. Reg. 24. denique in hanc partem blandi homines & assenta- tores, qui blanditijs & simulatis laudibus influunt in

aures, & in animos eorum, quorum gratiam, peccati- niam, & honores aucupantur, dicentes, vt est apud

Prophetam, Malum bonum, & bonum malū. Quos

vt arceamus & pellamus à consuetudine nostra, mo-

nuit nos David illa oratione: Corripet me iustus in

misericordia, & increpat me: oleum autem pecca-

toris non impinguet caput meū. Quamquam enim

isti proximo minime maledicunt, tamen ei maxime

nocent, qui vel laudandis eius peccatis, afferant ipsi

causam persuerant in vitis, quam diu vixerit. Et

quidem

Isaiæ. 5.

Psal. 140.

quidem in hoc genere illa est assentatio deterior
qua ad proximi calamitatem atque perniciem ad-
bibetur. Sic Saul, cum Dauidem furori & ferro Phi-
listaeorum obijcere cuperet, ut occideretur, si blandie-
batur illis verbis: Ecce filia mea maior Merob, ipsam
dabo tibi vxorem, tantummodo esto vir fortis, & pre-
liare bella Domini. Sic Iudei insidiosa oratione Chri-
stum Dominum sunt assati: Magister, scimus, quia Reg. 18.
verax es, & viam Dei in veritate doces. Lōge autem
perniciosa oratio est amicorum, affinitum, & cognac-
torum, qua ad eos interdum vtuntur assentatorie,
qui mortifero morbo affecti, iam sint extremo spiri-
tu dum affirmant nullum esse tum ei à morte peri-
culum: dum letum & hilarem esse iubent eumq; à
peccatorum confessione, tanquam à tristissima cogi-
tatione deterrent: dum denique eius animum auer-
tunt ab omni cura & meditatione extremonrum pe-
riculorum, in quibus maxime versatur. Quare fu-
giendum est omne mendaciorum genus, sed illud in
primis, quo graui damno quisquam affici posset. Ple-
nissimum vero impietatis est mendacium, cum quis
in religionem, vel de religione metitur. Sed illis etiā
maledictis & probris grauiter offenditur Deus, quae
comittuntur libellis, quos famosos vocat, & alijs hu-
ius generis contumelijs. Præterea ioco, vel officij causa
fallere mendacio, ut si nemo in illo vel damnū vel la-
crū fecerit, tamen omnino indignū est: ita enim nos
Apostolus admonet, deponentes mendaciū, loquimi- Matth. 22.
Ephes. 4.

ni veritatem. Nam in eo est ad frequens grauiusq; mendacium magna procliuitas: & ex iocosis menda cys capiunt homines mentiendi consuetudinem, unde veniunt in opinionem, non esse veraces quamobrem, ut fidem faciat eorum oratio, necesse habent iurare perpetuo. Postremo, priore parte huius praecepti simulatio repudiatur: nec modo, que simulatè dicuntur, sed quæ ita sunt, cum scelere coniuncta sunt. Tam enim verba, quam facta, nota ac signa quedam sunt eorum, quæ sunt in animo cuiusque: ob eamq; causam Dominus sape Phariseos arguens, hypocritas appellat. Et hec de priore præcepti lege, quæ ad vetandum spectat.

Deiustitia Nunc explicemus, quid in altera rubeat Dñs. Per
unicuiq; in tinet autem hæc præcepti vis & ratio ad id, ut iuste
violabiliter & ex legibus forensia iudicia exerceantur, neue oc-
administrā cupent homines & usurpent iudicia. Non enim fa-
da. esse alienum seruum iudicare, ut scribit Apostolus,
Roma. 14. ne, re & causa incognita, sententiam ferant. Quo in
ritio fuit sacerdotum & scribarum cōsilium, quide
sancto Stephano iudicarūt. Quod item peccatum fuit
magistratus Philippōsum: de quibus inquit Aposto-
lus: Casos nos publice indemnos, homines Romanos
miserunt in carcere, & nūc occulte nos ejiciunt.
Ne condemnēt innocētes, aut nocentes absoluūt, ne
precio aut gratia, ne odio aut amore moveantur. Sic
enim Moses seniores admonet, quos populi indices
cōstituerat: Quod iustū est iudicate, siue cuius sit il-

Acto. 7.

Acto. 16.

Deute. 1.

le, siue peregrinus: nulla erit distantia personarum
 ita paruum audietis, ut magnum, nec accipietis cu-
 iusquam personā, quia Dei iudicium est, De reis autē
 & sōntibus, vult eos Deus verum confiteri, cum ex
 iudicij formula interrogantur. Est enim testimonium
 ac predicatione quædam, illa confessio laudis & glo-
 riae Dei, ex ipsius Iosue sententia, qui Achan ad ve-
 ri confessionem adhortatus inquit: Fili mi da gloria Iosu. 7.
 Dño Deo Israel, Sed quoniam hoc praeceptum testes
 potissimum attingit, de his etiā à Parocho diligenter De testimoniis
 agendum erit. Nā praecepti vis ea est, vt non solum
 prohibeat falsum testimonium sed verū etiā dicīm
 peret. Est enim in humanis rebus maximus usus ve-
 ri testimonij, quod sunt innumerabiles res, quas à
 nobis ignorari nōcessēt, nisi eas ex testimoniū fide co-
 gnoscamus. Quare nihil tam necessarium est, quam
 testimoniorum veritas in ijs rebus, quas nec ipsi sci-
 mus, neque tamen licet ignorare: De quo extat illa
 sancti Augustini sententia. Qui veritatē occultat, &
 qui prodit mendacium, uterque reus est: ille, quia
 prodesse non vult: hic, quia nocere desiderat. Lices
 vero interdum verum tacere, sed extra iudicium.
 Nā in iudicio, ubi testis legitimis interrogatur à iu-
 dice vera omnia patefacienda sunt. Quo loco cauen-
 dum tamen est testimoniis, ne sua memoria nimium co-
 fisi, quod exploratum non habent, id pro certo af-
 firment. Reliqui sunt patroni causarum & aduocati Depatronis
 actores desinens & petitores. Illi igitur opera ac & aduocacie
 p. tiro-

patrocinio suo non deerūt, necessarijs hominū tēporibus, & gentibus benigne subuenient: tū iniustas
De petitori. causas defendendas non suscipient, neque calumnia
 bus & accusatoribus lites protrahēt, nec alent auaritia. Quod ad merce-
 satoribus. dem attinet laboris & opera sua, illa iure & aequo
 metiantur. Petitores vero & accusatores monendi
 sunt, ne cuiquam amore, aut odio, aut cupiditate ali-
 qua adducti periculū iniquis criminatioibus creēt.
 Iussum hoc denique diuinitus descriptum est p̄sona-
 nibus, vt in congressibus & colloquijs verè semper
 & ex animo loquantur, nihil dicant, quod alterius
 existimationi possit officere, ne de illis quidē, à quibus
 ledi se & exagitari intelligunt, cū illud propositum
 habere debeant, sibi cū illis ēā necessitudinē & socie-
 ratem intercedere, vt mēbra sint eiusaē corporis.

Mēdaclum. Vt autem libentius hoc mendacij vitium ca-
 quam perni- uant fideles, proponet eis Parochus summam hu-
 ius sceleris miseriam ac turpitudinem. Nam in sa-
 cros literis, mendacij pater demon dicitur. Quod
 enim dæmon in veritate non stetit, mendax est &
 mendacij parens. Adiunget ad ei ciendum tantum
 flagitium ea mala, quae mendacium consequuntur:
 & quoniam sunt innumerabilia, fontes & capita
 incommodorum & calamitatum commonstrabit:

Ioan. 8.

ac primum in quantam cadat D E I offensionem,
Prover. 6. quantumue eius odium incurrat homo vanus &
 mendax Salomonis auctoritate declarauit eo loco:
 Sex sunt, quae odit Dominus, & septimum detesta-
 tur

tur anima eius: Oculos sublimes, linguā mendacem,
manus effudentes innoxium sanguinem, cor machinās
cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum
in malū, proferentem mēdacia, testē fallacē: & quæ
sequuntur. *Quis igitur ei præstet in cōlūmitatē, qui*
in insigni odio sit apud Deū, quo minus grauissimis
afficiatur supplicijs? Deinde quid impurius, aut fœ-
dius vt sanctus inquit Iacobus, quā in eadē lingua, *Iacob. 3.*
qua benedicimus Deum & patrē, maledicere homi-
nes, qui ad imaginē & similitudinē Dei facti sunt,
ita vt fons de eodē foramine emanet dulcē & amara
aqua? Quæ enim lingua prius laude & gloriā Deo
tribuebat, postea, quantum in ea est, eum ignomi-
nia afficit ac dedecore, mentiendo. *Quare fit, vt à*
colestis beatitudinis possessione mendaces exclu-
dantur. Cum enim in hunc modum quereret à Deo
Dauid: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? *Psal. 14.*
respondit spiritus sanctus: Qui loquitur veritatem
in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Ma-
ximum vero etiam illud in mendacio incommodum
est, quod fere est insanabilis is animi morbus. Cum
enim peccatum, quod in ferendo falso crimen, aut pro-
ximi fame & existimatione obtrectando commis-
sam sit, non remittatur, nisi calumniator ei, quem
criminatus fuerit, satisfaciat iniuriam, id autem
difficile fiat ab hominibus primo, vt antea monui-
mus pudore, & inani quadā dignitatis opinione de-
territis: qui in eo peccato sic, hunc additum esse &

ternis inferorū pœnis, dubitare non possumus. Neque enim quisquam speret, se calumniarū vel obtræstationis veniam consequi posse, nisi prius ei satis faciat, de cuius dignitate & fama aut publice in iudicio, aut etiā in privatibus & familiaribus cōgressibus aliquid detraxerit. Praterea, letissime patet hoc detrimentum, & in ceteros diffunditur: quia vanitate & mendacio fides ac veritas tolluntur, arctissima vincula societatis humanae: quibus sublati sequitur summa vita confusio, ut homines nihil à demonibus differre videantur. Docebit porro, vita andā esse loquacitatem Parochus: cuius vitatione & reliqua peccata fugiuntur. & est magna cautio mendacijs: à quo vitiis loquaces sibi haud facile tēperare possunt. Postremo ipsi illū errorem eripiet Parochus, qui se in vanitate erationis excusant, & mendacium, prudentiū exemplo defensilunt: quorū esse aiunt mentiri in tempore. Dicit id, quod verissimum est, prudentiū carnis, mortis esse. Hortabitur auditores, ut in difficultatibus & angustijs Deo cōfidant, neque ad artificium mētiendi configiāt. Nē illi, qui vtūntur perfugio, facile declarāt, se sua magis neti pradētia, quam in Dei prouidentia spē ponere. Qui causam sui mēdacijs conferunt in eossā quibus sunt mendacio decepti, hī dōcendi sunt non licere hominibus se ipsoſ vlcisori, neque malum malo cōpensandum esse, sed potius vindicandum in bono malum: quod si etiam fas esset, hanc referre gratiam nemini tamen vtile, se suo vlcisori

Devitandis
mēdacijs
excusationibus.

Rom. 8.

sei detimento: esse autem il grauiissimum detrimē-
tum, quod mendacio dicendo facimus. Iis, qui afferūt
humanæ naturæ imbecillitatem & fragilitatem, tra-
dendum erit hoc officij preceptum, ut diuinum au-
xilium implorent, nec insinuerati humanitatis ob-
temperent. Qui consuetudinem opponunt, admonen-
di sunt si mentiri assueverunt, vt dent operam, vt cō-
trarium consuetudinem capiant vere loquendi, p̄-
fertim cūm qui v̄su & consuetudine peccat gravius
delinquant quam ceteri. Et quoniam nō desunt, qui
se tegant excusatione ceterorum hominum, quos
pasim mentiri & peierare contendunt, bac ratione
illi ab ea opinione deducend: sunt, non esse imitan-
dos malos, sed reprehendendos & corrigendos: cum
autem ipsi mentimur minus auctoratis in repre-
sione & correctione alterius nostram habere oratio-
nem. Alios se illa defendentes, quo! vera dicendo se-
pe incommodo sint affecti, sic refellent sacerdotes,
esse illam accusacionē, non defensionem, cum sit of-
ficiū Christiani hominis, quāvis potius facere ia-
duram quam mentiri. Reſtant dico genora eorum,
qui se in mendacio excusent alteri, qui dicant, se
ioci causa mentiri: alteri, se idem facere utilitatis
gratia, quippe qui bene nec emerent, nec venderent,
nisi mendacium adhiberent; verosque à suo errore
Parochi auertere debebunt. Ac superiores quidens
illos à vicio abducant, & docendo quantū eo in gene-
re peccandi consuetudinem augeat v̄sus mentiendi,

- Matth. 12. & illud inculcando, Omnis otiosi verbi reddendam esse rationem: proximos autem hos acerbius etiam obiurgabunt, quorum in excusatione grauior insit illorum ipsorum accusatio, qui praesē ferant, se minime illis Dei verbis fidem & auctoritatem tribuere.
- Matth. 5. Querite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.

DE NONO ET DECL MO PRÆCEPTO.

- Exod. 20. Non concupiscas domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius, non seruum, nō ancillam, non bouem, non asidum, nec omnia quæ illius sunt.

IN his duobus præceptis, quæ postremo loco tradi-
ta sunt, illud in primis sciendum est, rationem fe-
re constitui, que cetera præcepta seruentur. Nam
quod his verbis præscriptum est, eo spectat, ut si quis
studet superiora legis iussa seruare, hoc maxime fa-
ciat, ne concupiscat: quoniam qui non concupiscat,
suis contentus, aliena non appetet, aliorum commo-
dis gaudebit, Deo immortali gloriam tribuet, gra-
tias eidem maximas aget, sabbathum colet, id est,
quiete perpetua fruetur, maioresq; venerabitur,
neminem denique neque re, neque verbis, neque vlo-
lo alio modo laedet. Nam stirps ac semen malorum
omnium est prava concupiscentia: qua qui incensi
sunt, præcipites feruntur in omne flagitiorum &
scelerum

scelerum genus. His animaduersis, & parochus in ijs, quae sequuntur, tradendis diligentior, & fideles ad audiendum erunt attentiores. Sed quanquam haec duo precepta coniunxerimus, propterea, quod cum non dissimile sit eorum argumentū, eandem docendi viam habet. Parochus tamē & cohortādo & monendo poterit cōmuniter vel separatim, ut cōmodius sibi videbitur, ea tractare: sin autē Decalogi interpretādi munus suscepere, demōstrabit, quae sit horū duo rum præceptorum dissimilitudo, quidue vna concupiscentia ab altera differat: quam differētiam libro questionū in Exodū D. Augustinus declarat. Nam ex ijs altera solū spectat, quid vtile sit, quid fructuo-
sum: alteri propositæ sunt libidines & voluptates. D. Aug. q.
71. in Exo-
dum.

Si quis igitur fundum, aut domum concupiscit, is lumen potius, & quod vtile est, consecratur, quam voluptatem: si vero alienam vxorem appetit, non vtilitatis, sed voluptatis cupiditate ardet. Verum hominum præceptorum duplex fuit necessitas: altera, vt sexti, septimiique præcepti sententia explicaretur. Nam et si quodam naturæ lumine intellectum est, alienæ vxoris potiundæ cupiditatem prohibeti, vetio adulterio: nam si cōcupiscere liceret, fas item esset potiri: tamen pleriq; ex Iudeis, peccato obsecrati, in eam opinionem adduci non poterant, vt crederent, id à Deo prohibitum esse: imo vero, lata & cognita hac Dei lege, multi, qui se legis esse interpretes profitebantur, in eo errore versati sunt: id quod

animaduertere licet ex illo Domini sermone apud S.
 Matth. 5. Mat. Audistis quia dictum est antiquis: Nō mœchab-
 ris ego autem dico vobis: & que sequuntur. Altera est
 horum præceptorum necessitas, quod aliqua distincte ex-
 plicateq; vetantur, que sexto & septimo explicata
 nō prohibebatur. Nā exēpli causa septimum præ-
 ptum prohibuit, ne quis iniuste cōcupiscat alienam
 eripere conetur: Hoc autem vetat, ne ullo modo quis
 cōcupiscat, et si iure legeq; assequi id possit, ex cuius
 adēptione proximo dāminū importari videat.

Sed illud in primis, antequam ad præcepti expli-
 cationem veniamus, fideles docendi erunt, nos hac le-
 ge non ad id solum institui, ut cupiditates nostras
 cohíbeamus: sed etiam Dei erga nos pietatem, que
 immensa est, cognoscamus. Nam cum superioribus
 legis præceptis nos quibusdam quasi presidijs mani-
 fest, ne quis nos ipsos, aut nostra violaret, hoc adiu-
 cto præcepto, illud maxime prouidere voluit, ne ap-
 petitionibus nostris nos ipsi laderemus: quod facile
 futurum fuit, si omnia emperatque optare libe-
 rum nobis atque integrum esset. Hec igitur non con-
 cupiscendi lege prescripta, illud à Deo prouisum est
 ut cupiditatum aculei, quibus ad perniciosa que-
 que incitari solemus, huius legis vi quodam modo
 excusi, nos minus urgeant, maiisque propterea tem-
 poris spatiū nos molestia illa cupiditatum solici-
 tudine liberati, ad ea præstanda pietatis & religionis
 officia habeamus, que ipsi Deo multa maxima-

que

que debemus. Neque id solum hac lex nos docet, verum etiam illud ostedit, legē Dei ciusmodi esse, quae non externis solū munerū functionibus sed etiā intīmo animi sensu seruāda sit: hocque inter diuinās & ab humana humanas leges interest: quod hærebus tātum exter quid offens contente sunt: ille vero, quoniam animum Deus rat. intuetur, ipsius animi purā sinceramque castitatem que integritatē requirūt. Est, igitur diuina lex, quae speculū quoddā, in quo natura nostrā vitia intue- mur. Quā nobrem dixit Apost. Cōcupiscentiā nescie- bā, nisi lex diceret: Nō concupisces. Cū enim concu- Rom. 7. pisicingis, id est peccati fomes, qui ex peccato origi- nē habuit, perpetuo nobis infixus inhereat, ex hoc agnoscimus in peccato nos nesciū: qua propter suppli- cies ad eū configimus, qui solus potest peccatis fôrdes eluere. Habant autem hec singula precepta illud cum ceteris commune, ut partim aliquid retent, par- tim iubent. Quod ad prohibendi vim attinet, ne- quis forte arbitretur, concupiscentiam illam, qua Galat. 5. ritio caret, aliquo modo vitium esse, ut concupisce- respiratum aduersus carvem, vel expetere iustifi- catione Dei in omni tempore, id quod David sum- mōpere cupiebat, Parochus doceat, quae concupis- Psal. 118. centia illa sit, quam huius legis prescripto finge- reportent. Quare sciendum est, concupiscentiam Cōcupiscentia quid sit. esse cōmōtionem quandū, sc̄c rimā animi, qui in impulsi- bonnes, quae non libebant res iniquitatis apparet. Et quādmodū reliqui animi nostri iudicis non perpetuo

malis sunt: ita hac concupiscentia vis non semper in
vitio est ponenda. Neque enim propterea malum est
si cibum, aut si potum appetimus: aut cum frigemus,
si calescere: aut contra, cum calemus. si frigescere cu-
pimus. Et quidē recta hac concupiscentia vis, Deo au-
store, nobis à natura insita est: sed primorū paren-
tum nostrorum peccato factum est, vt illa natura si
nestrā siliens, vsque adeo de prauata sit, vt ad ea cō-
cupiscentia sepe incitetur, quæ spiritui ac rationi
repugnant. Quin etiā hac vis, si moderata est, suis-
que finibus continetur, sepe etiā non mediocres vti-
litates præbet. Nam illud primum efficit, vt assiduis
precibus Deū oremus, supplicesque ab eo petamus,
quæ maxime cupimus. Oratio enim cupiditatis no-
stra interpres est. Quod si recta hac concupiscenti-
vis abesset, non tam multæ preces essent in Ecclesia

† Concupi- Dei. Efficit præterea, vt chariora sint nobis Dei
scientia quo munera. Quo enim vehementiori alicuius rei cupi-
sensu à Pau- ditate flagramus, eo charior illa nobis res est atque
lo peccatū iucundior, cum eā adepti sumus: tū vero delectatio
dicitur.

a Rom. 7. ipsa, quam ex re cōcupita sentimus facit, vt maiore
videatur Au pietati gratias Deo agamus. Itaque, si concupiscentia
gus. l.i. d nu aliquando licet, fateamur necesse est, nō omnē cōcupi-
prijs & cōcu scēdi vim prohibitā esse. † Et quāquam D.^a Paulus
pis. c. 6 3. & concupiscentiā peccatū esse dixit: id in eī tamen sen-
1.6. cōtra Iu tentiam accipiendum est, in quam b Moysis locu-
lian. Pelagi. tus est, cuius ille testimonium affert id, quod ipsius
cap. 11. Apostoli oratio declarat. Nam illam carnis concu-
b Exod. 10 pisen-

piscientiam vocat in epistola ad Galat. Spiritu, in- Galat. 5.
quit, ambulate & desideria carnis non perficietis.

Naturalis igitur illa cupiditatis vis & moderata,
que fines suos non egreditur, nō vetatur, multoque
minus spiritualis illa rectae mentis cupiditas, qua ad
eorum appetitionem incitamur, quæ carni repugnat.

Sap. 6.

Ad hanc ipsam enim sacrae literæ nos adhortantur: Eccle. 24.

Concupiscite sermones meos. Et: Traxite ad me om-
nes, qui concupiscitis me. Itaque hoc interdictio
non ipsa concupiscendi vis, qua tum ad bonū, tum ad Quæ cupidi-
malū ut licet, sed r̄sus pravae cupiditatis, quæ car- tas prohibi-
nis concupiscentia & peccati fomes vocatur, ac si ta sit.
animi assensionem adiunctā habeat, semper in vitijs
numeranda est, omnino prohibetur. Ergo ea tantū
concupiscendi libido veritatem, quam carnis concu-
piscentiā vocat Apostolus, illi scilicet concupiscendi Galat. 5.
motus, qui nullum rationis modū habent, neque fi-
nibus à Deo constitutis continentur. Hæc cupiditas
damnata est, vel quia malum appetit, veluti adulteria,
ebrietates, homicidia, & alia eiusmodi nefaria
scelera de quibus ita Apostolus: Non simus, inquit, 1. Cor. 10.
concupiscentes malorum quemadmodū & illi cōcupie-
runt: vel quia, et si res natura sua male non sunt,
causa tamen aliunde extat: quare illas concupisce-
re nefas sit. Quid in genere sunt ea, quæ ne possi-
dramus Deus aut Ecclesia prohibet: nō enim ea no-
bis appetere licet, quæ possidere omnino nefas sit.
Qualia olim in veteri lege fuerūt, aurū, argētū ex

ak s

quibus

Dom. 7.

quibus idola conflata erant, quæ Dominus in Decretorio retinuit, ne quis cōcupisceret. Ob eam præterea causa hæc cupiditas vitiosa prohibetur, quoniam, quæ appetuntur, aliena sunt, ut domus, sermūs, ancilla, ager, vxor, bos, asinus, & alia multa, quæ cum aliena sint, ea concupiscere vetat diuina lex, rerumque eiusmodi cupiditas nefaria est, & in peccatis grauiissimis numeratur, cum illis concupiscentiis animi prabetur assensus. Nam tum peccatum naturæ existit, cum post malarū cupiditatū impulsu[m] animus rebus prauis delectatur, atque his vel assentitur, vel non repugnat: id quod D. Iacobus, cū peccati originem & progressionem ostendit, illis verbis docet: *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero, cū consummatum fuerit generat mortem.* Cū igitur lege ita caueatur. Non concupisces, hac verba ad cū sensum referuntur, ut nostras cupiditates à rebus alienis cohibeamus. Alienarum enim rerū cupiditatis sitis immensa est atque infinita, neque inquam satiatur, ut scriptum est: *Avarus non implebitur plenaria.* De quo ita est apud Isaiam: *V. e., qui coniungit se domū ad domum, & agrum agro copulatis.*

Sed ex singularem vocum explicatione facilius intelligetur huius peccati fœditas & magnitudo. Quare Parochus docebit, domus vocabulo nō locum modo, quem incolimus, sed viuaciam hereditatem

signifi-

Eccl. 1,
Isai. 5.Domus
vocabulo

significari, ut ex diuinorum scriptorum vsu consue-
tudine, cognoscitur. In Exodus scriptum est: Obste-
tricibus a Domino domus esse edificatas. Sententia
eo spectat, ut illarum facultates ab eo auctoritas esse at-
que amplificatas interpretetur. Ex hac igitur inter-
pretatione animaduertimus, hac precepti lege veri-
tum nobis esse, ne diuitias aude expetamus, neque
alienis opibus, potentie, nobilitati inaideamus, sed
statu nostro, qualisqualis ille sit, siue humilis, siue
excelsus, contemni simus. Alienæ deinde glorie appeti-
tionē veritatem esse intelligere debemus. Nam hoc itē ad
domum pertinet. Quod vero sequitur. Non bouē,
nō asinū: id vstēdit nō solū, quæ magna sunt, ut do-
minus nobilitas & gloria, ea cū aliena sint, concupisce
re nobis non licet: sed etiam parua, qualia illa sint,
siue animata, siue inanimata. Sequitur deinceps:
Neque seruū: quod intelligendū est tam de capti-
uis, quam de reliquo genere seruorum, quos, ut cœte-
ra alterius boni concupiscere non debemus. Liberos
vero homines, qui voluntate seruauit vel mercede
conducti, vel amore obseruans iaque impulsi, nul-
lo modo, neque verbis, neque spe, neque pollicitationi
bus, neque præmij quis corrumperet aut solicitare
debet, ut eos deserant, quibus se ipsi sponte addixe-
runt: immo vero, si ante id tempus, quo se in illorum fa-
miliis fore promiserant, ab illis recesserint, huius
precepti auctoritatis admonendi sunt, ut ad eos, ipsas
omnino reuertantur. Quod autem in precepto men-

quid signifi-
cetur.
Exod. 1.

tio sit proximi, id eo pertinet, ut hominū vitium demonstretur, qui vicinos agros aut proximas domos aut aliam rem eiusmodi, quæ secum cōtinens sit, appetere solent. Vicinitas enim, quæ in parte amicitia ponitur, ab amore ad odium cupiditatis vitio traducitur. Hoc vero præceptum ī minime violant, qui reas proximi venales habent, emere de illis cupium aut iusto precio emunt. Si enim non modo proximā nō ledunt, sed, valde adiuuant, cum eis pecunia maiori commodo, usque futura sit, quam res illæ, quas ipse venditat. Hāc de re aliena nō concupiscenda legem altera sequitur quæ prohibet, ne alienam concupiscamus vxorem. Qua lege concupiscendi libido nō ea quidem tantum prohibita censetur, qua adulterius alterius vxorem appetit, sed etiam qua affectus aliquis alterius vxorem in matrimonium ducere cōcupiscit. Eo enim tempore cum repudiū permittebatur libellus, illud facile euenire poterat: ut, quæ ab uno repudiata esset, eam alterius vxorem acciperet. At hoc Dominus vetuit: ne aut mariti ad uxores relinquentas sollicitarentur: aut uxores maritis difficiles se ac morosas ita præberent, ut eam ob causam quadam quasi necessitas viris imponeretur illas repudiandi. Nunc vero grauius est peccatum, cum mulierem, etiā si à viro repudiata sit, alteri in matrimonium ducere nō liceat, nisi marito mortuo. Itaq; qui alterius vxorem concupiscit, facile ex una in aliam incidet cupiditatem: aut enim illius virum mori-

aut adulterium admittere cupiet. Atque hoc idem de ijs mulieribus dicitur, quae alteri despontatae sunt. Neque enim has item concupiscere licet, cum ijs, qui hac pacta rescindere student, violent sanctissimum fidei sedus. Et quemadmodum, quae alteri nupta est, eam cōcupiscere omnino nefas est: sic quae ad Dei cultum religionemq; est cōsecrata, nullo pacto licet illā uxorem appetere. Si vero quis mulierem quae nupta est, cum eam innuptam esse opinetur, uxorem sibi dari concupiscit, neque si in matrimonium alij collocatam intelligeret, eam nuptam sibi dari cuperet, id quod Pharaoni, & Abimelech cōtingisse legimus, qui Sarām in matrimonium habere cōcupierunt, cum eam minime nuptam, Abrahamq; sororem, non uxore arbitrauerentur: ille certe qui eo animo est, eiusmodi praecepti legem violare non videtur.

Genes. 120.

Remedia
aduersus no-
xias con-
cūpiscētias.
psal. 62.

Sed ut Parochus remedia patefaciat, quae ad tollendum hoc cupiditatis vitium accommodata sunt, explicare alteram praecepti rationem debet: quae in eo consistit, ut si diuitiae affluant, cor non apponamus, easque pietatis & diuinarum rerum studio abycere parati simus, & insublevandas pauperum miseras libenter pecuniam erogemus: si defint facultates, egestatem aequo & hilari animo feramus. Et quidem nisi rebus nostris dandis liberalitate vtemur, rerum alienarum cupiditates restringemus. De paupertatis autem laudibus diuitiarumq; despicientia, in sacris literis, & apud sanctos Patres facile erit

le erit Parocho multa colligere, & fideli populo tra-
dere. Hac itē lege precipitur, ut ardenti studio sum-
maq; cupiditate opemus id potissimū effici, nō quod
nos cōcupiscimus, sed quod Deus vult, quēadmodum

Matth. 6. Dñi oratione exponitur. Voluntas autem Dei in eo
maxime est, vt nos singulari quodā modo sancti effi-
ciamur, animumq; nostrum sincerum atq; ab omni
labe purum integrumq; conseruemus, & exerceca-
mus nos in ijs mentis ac spiritus officijs, quae corporis
repugnant sensibus: horumq; edomitis appetitioni-
bus, ratione ac spiritu duce rectum vitæ cursum te-
neamus: quine preterea sensus materiam cupidita-
tibus nostris libidiniq; præbent, eorum vim maxime
reprimamus. Sed ad hunc cupiditatum ardorem re-
stinguendū, plurimum etiam hoc potest, si, que in-
cōmoda ex illis accidūt, ea nobis ob oculos propona-
mus. Primum vero illud incommodum est, quod quo-
nam eiusmodi cupiditatibus paremus, in anima no-
stra regnat summa peccati vis ac potestas. Quamob
Rom. 6. rem monuit apostolus. Non regnet peccatum in ve-
stro mortali corpore, ut obediatis cōcupiscentijs eius.
Nunquemadmodū, si cupiditatibus resistimus, pec-
cati vires concident: ita si iisdem succumbimus, Do-
minum à regno suo expellimus, & in eius locū pec-
catum introducimus. Alterum preter ea incommo-
dum est, quod ab hac concupiscendi, vi veluti fonte
quodam, omnia peccata manat, vt diuus Iacobus do-
cet; Diuus item Iohannes: Omne, inquit, quod est in

Iacob. 1.

I. Iohann. 2.

mando, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbiae vice. Tertium incommodum in eo est, quoniam rectum animi iudicium his cupiditatibus obscuratur: homines enim ipsi cupiditatem tenebris obsecinati, honesta & preclara putant omnia, quecumque ipsi concupiscunt. Opprimitur præterea concupiscentiæ vi verbum Dei, quod in animis nostris à magno illo agricola Deo insitum est sicutenim apud D. Marcum scriptum est: Alij sunt, qui in spinis seminantur: hi sunt, qui verbū audiunt, & struma seculi, & deceptio disiitarum, & circa reliqua concupiscentia introeuntes, suffocant verbū & sine fructu efficitur.

Marc. ad

Iam vero, qui præ ceteris hoc cupiditatis vicio laborant, quosque propterea Parochus ad colendum hoc præceptum diligenter cohortari debet, illi sunt, qui lisonibus non honestis delectantur, aut qui lu- di in moderate abutuntur: mercatoresque itē, qui rerum penuriam annoneque caritatem exspectunt, alque id ager ferunt, ut alijs prater ipsos sint, qui vendant, aut emant, quo carius vendere, aut pilus emere ipsi possint: qua in re item peccant, qui alios egere cupiunt, ut aut vendendo, aut emendo ipsi lu- centur. Peccant etiam milites, qui bellum expe- lunt, ut ferari ipsis, licet medici item, qui morbos desiderant: iure consulti, qui causatum litium inque vin, copiamque concupiscunt: tum artifices, qua- bus audi, omnibus, qua ad vitium, cultumque per- tinent,

tinent, penuriam exceptant, vt inde plurimum lucrificiant. In hoc præterea genere grauiter ij pecant, qui alienæ laudis, glorieque audi atque appetentes sunt non sine aliqua fama alterius obtrectatione, idque præsertim, si, qui illam appetunt, ignui nulliusque pretij homines sunt: fama enim & gloria, virtutis atque industrie, non ignavia aut inertiz, præmium est.

DE ORATIONE ET PRIMUM quidem de ea in genere.

IN officio & munere pastorali cum primis necessaria est ad salutem fidelis populi, præceptio Christianæ precationis: cuius vim ac rationem multos necesse est ignorare, nisi pia & fideli Pastoris diligentia tradita sit. Quamobrem præcipua Parochicura versari debet in eo ut p̄ij auditores intelligent, quid à Deo & quomodo orandum sit. Omnes autem necessarie precationis numeros cōtinet diuinâ illa formula quam Christus Dominus Apostoli & per illos eorumque successores, omnibus deinceps qui Christianam religionem susciperent, notam esse voluit. Cuius verba atque sententias sic animo ac memoria comprehendere oportet, vt in promptu habeamus. Ut autem in hac orandi ratione suppeditat Parochis facultas instituendi fideles auditores: quae magis opportuna visa sunt, hic proposuimus,

sum-

fumpta ab ijs scriptoribus, quorum eo in genere doctrina & copia maxime laudatur: nam reliqua, si opus fuerit, Pastores ex iisdem fontibus haurire poterunt,

De necessitate orationis.

Primum igitur docēdū est, quā sit oratio necessaria: cuius praeceptum non solum consilij causa traditum est, sed etiam necessarij iussi vim habet. Quod à Christo Dño declaratū est illis verbis: Oportet semper orare. Hanc orandi necessitatē ipsa, etiā illo Dominica precationis quasi proœmio, ostendit Ecclesia: Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere. Itaque cū esset necessaria precatio Christianis hominibus, & illud à discipulis ipse rogatus esset: Domine docce nos orare: prescrispit eis orandi formā Dei filius, & spem attulit imprecatiōnis eorū, que postularent: & ipse documentū fuit precationis, qua non solū vrebatur aſſidue, sed etiā in ea pernoctabat. Cuius deinde officij ijs quise ad Iesu Christifidē cōculissent, Apost. præcepta tridere non destiterunt. Nā S. Petrus & Ioannes, de ea diligenter pios admonent: & eius rationis memor Apostolus pluribus locis Christianos corrigit ad salutarem orandi necessitatem. Præterea tam multis indigemus bonis & commodis, ad animam & corpus tuendum necessarijs, ut ad precationem confugere oporteat, tanquam ad unam omnium optimam & indigentiae nostrae interpretē

Luc. 18.

Luc. 11.

Luc. 6.

1. Pet. 3. 4.

1. Ioan. 3. 5.

1. Thess. 5.

Phil. 4.

Coloss. 4.

& conciliatricem eorum, quibus e genit. Nam cum
nihil cuique debeat Deus: reliquum profecto est, ut
que nobis opus sunt, ab eo precibus exspectamus: qui
preces tanquam instrumentum necessarium nobis dedit
ad id quod optaremus, consequendū: presentim cum
quedā esse constet, quae nisi eius adiumento nō licet
impetrare. Habent enim sacre preces praestantissimā
virtutē, qua maxime dæmones ejiciuntur: Est enim
quoddā dæmoniorū genus, quod non ejicitur, nisi ie-
junio & oratione. Quare magnā sibi adiumentū facil-
itate singulariū donorū, qui hanc cōfuerūtudinē, exer-
citionemque non adhibent, pie ac diligenter orādi.
Petitione enim nō solū honesta, sed etiam assidua o-
pus est ad impetrandum, quod concupiscas. Nam, ut

Hier. in. c. 7 inquit S. Hieronymus, scriptum est. Omnipotenti da-
Matt. tur, ergo si tibi non datur, ob id non datur, quia non
Luc. 11. petis: petite ergo, & accipietis.

Ioan. 16.

De utilitate Orationis.

Habet autem hæc necessitas iucundissimam
utilitatem, quæ fructus ex seedit uberrimos: quorum
copiam sumunt Pastores à sacris scriptoribus, cum
opus erit illos impertiri fidelis populo. Nos ex ea
copia aliquot elegimus, quos hinc temporis accommo-
datos duximus. Primus autem fructus, quem inde
capimus, est is, quod orantes Deo honorem habemus
siquidem est quoddam religionis argumentum ora-
tio, quæ in diuinis literis thymianati comparata-

tur, Dirigatur enim, inquit Propheta, oratio mea, si Psal. 140.
 cui incensum in conspectu tuo. Quare nos hac rati-
 ne Deo subiectos esse profitemur: quem bonorum
 omnium auctorem agnoscimus & prædicamus, in
 quem solum spectamus, quod vnu in cunctis sa-
 latissq; præsidium atque perfugium habemus: Huius
 fructus illis etiam verbis admonemur: In upca me in Psal. 49.
 distributionis, eruant te, & honorificabis me. Se-
 quitur fructus amplissimus & iucundissimus oratio-
 nis, cum à D^o preces audiuntur. Est enim ex S. Au- Serm. 226.
 gusti sententia, celi clavis oratio. Nam ascendit in-
 quid precatio, & descendit Dei miseratione. Iacet alta
 sit terra, altum celum: audit tamen Deus hominis
 linguam. Cuius orandi munera tanta vis est, tanta
 virtus, ut ea re celestium donorum amplitudinem
 consequamur. Nam & impetramus nobis, ut ducem
 & adiutorem adhibeat Spiritum sanctum: & fidei
 sequimur conseruationem & in cunctis, &
 rationem pœnarum, & diuinum patrocinium in te-
 tationibus, & ex Diabolo victoriam, omnino inest in
 preicatione singularis gaudy cumulus. Quamobrem
 sic loquebatur Dominus: Petite, & accipietis, ut gau- Ioan. 16.
 dum vestrum sit plenum. Nec vero, quin huic peti-
 tioni presto sit & occurrat Dei benignitas, vllus reli-
 quis est dubitandi locus, Quid multa cōprobat diui-
 na scripture testimonia, que, quia sunt in promptu,
 illamodo apud Esaiam exempli causa attingemus: Esa. 58.
 Tunc enim, inquit, innocabis, & Dominus exaudiet

clamabis, & dicet, ecce adsum. Et rursus: Eritq; ante
quā clamēt ego exaudiā: adhuc illis loquentibus ego
audiā. Exempla autē eorū, qui Deū exorauerunt, quia
propemodum sunt & infinita, & posita ante oculos,
omittimus. At interdū fit, vt quae petimus, à Deo non
imperremus. Ita est: sed tū maxime prospicit utilite
ti nostrā Deus, vel quod alia nobis majora & ampli
ra bona impertitur: vel quod nec necessarium nobis
est, nec utile, quod petimus, imo vero fortasse super
uacaneum id futurū sit, si dederit, atq; pestiferum.

S. Aug. ser. Quedam enim, inquit S. Augustin. negat propitiū
53. de ver- Deus, quæ cōcedit iratus. Nonnūquā etiā fit, vt adeo
bis Domini remisse ac negligenter oremus, vt ne ipsi quidē quod
73. in Ioan.

dicimus, attendamus. Cum autem sit oratio, mentū
ascensus ad Deum: si in orando animus, qui ad Deū
referri debet, peregrinatur, nulloq; studio, nulla ad
hibita pietate temere precationis verba funduntur:
quo modo inanem huius orationis sonitum, Christia
nam precationem esse dicemus? Quare minime mirum
est si Deus nostrā non obsequitur voluntati: cū
vel ipsi nolle id nos, quod petimus pene probemus, no
stra negligentia & ignoratione precationis: vel po

Ephes. 3. stulemus ea, quæ nobis sunt obfutura. Contra vero
scienter ac diligenter petentibus multo plus tribui
tur, quam à Deo postulauerint.

Luc. 15. Quod & Apostolus testatur in epistola ad Ephesios: & illa prodigi filij
similitudine declaratur, qui præclare secum actum
esse existimaturos fuit, si in loco mercenarij famu
li erim

li eum habuisset pater. Et si recte cogitantibus, non
solum postulantibus nobis cumulat gratia sua Deus
non modo munerum copia, sed etiam celeritate tri-
buendi, quod ostendunt diuinæ literæ, cum illa vtun-
tur loquendi formula: Desiderium pauperum ex au- Psalm. 9.
diuit Dominus. Intimis enim & tacitis egentiū stu-
dīs ne expectata quidem eorum voce Deus occurrit.
Accedit eo etiam ille fructus, quod orādo animi vir- Rom. 10.
tutes & exercemus & augemus, maxime vero fidē.
Vt enim rite illi non orant, qui fidem Deo non ha-
bent: (quo modo enim, inquit, inuocabunt, in quām
non crediderunt?) sic fideles, quo studiosius orant, eo
maiorem ac certiorem fidem habent diuinæ curæ &
prudentiæ: quæ potissimum id requirit à nobis, vt
ad se de ijs, quæ nobis opus sunt referentes, omnia
postalemus. Posset vero Deus non petentibus, ne cogi-
tātibus quidē, abunde nobis omnia dilargiri, quo mo-
do & animatibus rationis expertibus cuncta suppe-
ditat ad vsus vitæ necessarios: sed beneficentissimus
parens vult à filiis inuocari, vult nos quotidie rite
petendo petere fidentius, vult, impetratis ijs, quæ po-
stulamus in dies magis testificari, ac predicari suā in
nos ipsos benignitatem. Amplificatur etiā charitas:
nā illum authōrē agnoscentes omnium honorum vti-
litatumq; nostrarū, quanta eum possumus maxima
charitate amplectimur: &, vt amantes colloquio
& congressu magis ad amorem incenduntur: sic p̄j
homines, quo s̄epius Deo facientes preces, & eius

implorantes benignitatem, quasi cum ipso collo-
quuntur: eo maiori in singulas precatio[n]es affecti la-
titia, ad eam amandum & colendum incitantur ar-
dentias. Propterea nos hac ut vult exercitatione
precatio[n]is, ut flagrantes petendi studio, quod opta-
mus, tantu[m] ea assiduitate & cupiditate proficiamus
ut digni simus, in quos illa conseruat[ur] beneficia, qua
antea ieiunus & angustus animus noster capere no[n]
poterat. Vult pr[et]erea nos id, quod est, intelligere
ac pra[n] nobis ferre, si gratia cœlestis auxilio des-
erat[ur]: nostra opera nihil consequi posse, propterea
que toto animo ad orandum incumbere. Valent au-
tem maxime h[ec] tanquam orationis arma contra
naturæ nostræ hostes accerrimos: inquit enim sanctus
Hilarius: Aduersus Diabolum, armiq[ue] eius, oratio-
num nostrarum sonitu certandum est. Praclarum
pr[et]erea illum orationis fructum assequimur, quod
cum proclives simus ad malum, & ad libidinis va-
rios appetitus ritio infirmitatis ingenitæ, patitur,
se nostris cogitationibus concipi ut, dum illum ora-
mus & mereri eius contendimus munera, accipia-
mus innocentie voluntatem, & ab omni labore, deli-
ctorum omnium angustatione, purgemos. Postrē-

S. H[ilari]us. in. c. 7. Ierem. su
per illud.
Non obsi-
stas mihi.
a Exod. 32

mo ex S. Hieronymi sententia, ira diuina resistit ora-
tio. Itaque sic ad Moysen locutus est Deus: ^a Di-
mitte me: cum quidem p[ro]nas eum ab illo populo pe-
tere volentem, precibus impediret: nihil enim est,
quod aequum Deum leniat iratum, aut etiam paratu[m]

ad ploras sceleratis inferendas, aequo retardet & re-
noscet a furore, ac preces piorum hominum.

De partibus, & gradibus orationis,

Exposita necessitate & utilitate Christiane pre-
cationis, scire praeferens oportet fidelem populum,
quot, & quibus partibus ea constet oratio: id enim
ad huius officij perfectionem pertinere testatur Apo-
stoli: qui in epistola ad Timotheum cohortans ad pie-
sancteque orandum, orationis partes diligenter enu-
merat: Obsecro, inquit, primum omnium fieri obsecra-
tiones, orationes, postulationes, gratiarum actiones,
pro omnibus hominibus. Quod vero subtilis quedam
est harum differentia partiū si eius explicationē audi-
toribus, Parochi cōducere existimabunt, cōsulent in
terceratos S. Hilariū & Aug. Sei, quoniam duæ sunt
principiæ partes orationis, postulatio, & gratiarum
actio, à quib[us] tanquam à capite, manant reliquæ: mihi S. Aug. epl.
nim cas prætermis: ieiadas duximus. Nam ad Deum 59. q. 5.
accedimus, ut cultum ei ac veneracionem exhiben-
tes, vel ab eo aliquid impetreremus, vel ipsi de bene-
ficijs, quibus assidue ab eius benignitate ornamur,
Eaugemur gratias agamus. Veramque hanc, ma-
xime necessariam, partem orationis, D E V S
ipse pronunciauit ore Davidis, illis verbis: In-
vocame in die tribulationis: eruum te, & hono-
riscabis me. Quantum autem egeamus dinina libe-
Psal. 49.

ralitatis ac bonitatis, quis ignorat, modo sumam
hominum egestatem & miseriam intueatur? Quam
vero sit propensa Dei voluntas in genus humanum
quam effusa in nos benignitas, omnes intelligunt
qui sensu oculorum & mente praediti sint. Nam quo-
cunque oculos coniçimus, quo cunque nos cogita-
tione conuertimus, nobis admirabilis lux diuina be-
neficentie ac benignitatis oboritur. Quid enim ha-
bent homines, quod à Dei largitate profectum non
sit? & si omnia sunt eius dona ac munera bonitatis,
quid est, quod non omnes pro viribus beneficentissi-
mum Deum laudibus celebrem, & gratiarum actio-
ne prosequantur?

Sed utriusque officij & petendi aliquid à Deo,
& ei gratias agendi, multi sunt gradus: querum a-
lius alio est altior atque perfectior. Ut igitur fidelis
populus non solum oret, sed etiam optime fungatur
illo munere orationis, proponent ei Pastores sum-
mam perfectamque orandi rationem & ad eā, quam
diligentissime poterunt, hortabuntur. Sed quinā est
optimus orandi modus, & summus preicationis gra-
dus nēpe is, quo p̄y & iusti homines utuntur: qui
freti verae fidei stabili fundamento, quibus dā optimis
mētis, orationisque gradibus in illū locū perueniāt,
ex quo infinitam Dei potentia, immensam benigni-
tatem ac sapientiam contemplari possunt: ubi etiā in
spem certissimam veniunt, se & quidquid peierint
in praesentia, & illam inexplicabilem bonorum

vimi consecuturos esse , que pollicitus est Deus lar-
giturū se ijs , qui dinnū auxiliū pie & ex animo im-
plorarint . His quasi duabus alis , elata in cœlum ani-
ma , ardēti studio peruenit ad Deum : quem omnigra-
tiarū & laudum honore prosequitur , quod summis
ab eo beneficijs affecta sit : xū vero singulari adhibi-
ta pietate ac veneratione , quāst filius vnicus charis-
fimo parenti , quid sibi sit opus , non dubitanter ex-
ponit . Quē precandi modum effundendi voce , expri-
mūt diuinæ literæ : inquit enim Propheta : Effundo
in conspectu eius orationem meā & tribulationem
meam ante ipsum pronuncio . Quæ vox eam vim ha-
bet , ut nihil reticeat , nihil occultet , sed effundat om-
nia is , qui ad orandum venit , fiderenter confugiens
insinum amatissimi parentis Dei . Ad id enim nos Psal . 61 .
doctrina cœlestis hortatur illis verbis : Effundite Psal . 54 .
coram illo corda vestra . Et : Iacta super Dominum
curātuam . Hunc autem precationis gradum signi-
ficat S. Augustinus , Cum inquit in eo libro , qui in-
scriptus est Enchiridion : Quod fides credit , spes &
charitas orat . Alius est eorū gradus , qui mortiferis
peccatis oppressi fidem tamen ea quæ mortua dicitur
nituntur sese erigere , & ad Deum ascendere , sed
propter intermortuas vires , summāque fidei imbe-
cillitatem se altius à terra tollere non possunt : ve-
runtamen sua peccata recognoscentes , & eorum
conscientia ac dolore cruciati , humiliter ac demissæ ,
ex illo maxime longinquō loco paenitentes , scelerū

S. Aug.
chi. cap. 7 .

à Deo veniam & pacem implorant. Horum oratio suum obtinet locum apud Deum. Nā eorum preces audiuntur: imo vero huiusmodi homines liberalis-

Matt. 11. sime misericors Deus inuitat: Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Ex horū hominum numero fuit ille Publicanus, qui cum oculos ad celum tollere non auderet, exiit tamē, inquit, è templo magis iustificatus, quā Pharisaeus. Est præterea eorū gradus, qui nondum fidei lucem acceperant, veruntamen diuina benignitate exiguum illorum naturæ lumē accidente, vehementer excitantur ad studium cupiditatēmque veritatis: quam vt doceātur, summis precibus petunt. Qui si manent in voluntate, à Dei clementia eorum studium non repudiatur.

Acto. 10. Quod exemplo Corneli Cen turionis cōprobatum videmus. Nemini enim, id ex animo petēti: clausæ sunt fores diuine benignitatis. Postremus est gradus eorum, quos non modo facinorum ac flagitiorum non pœnitentes, sed etiā sceleribus scelera cumulantes, tamen nō pudet, si pe à Deo petere peccatorū veniā, in quibus volunt persecutare: qui tali statu nō ab hominibus quidem audere debent, vt sibi ignoscerent, postulare. Horum ora-

z. Macha. 6 tio à Deo non auditur, sic enim de Antiecho scriptum est. Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. Quare vehementer hortandi sunt, qui in graui illa miseria versantur, vt abiecta peccandi voluntate, ve-

it, & ex animo se conuertant ad Deum.

De ijs, quæ petenda sunt.

Sed quoniam in singulis petitionibus, quid post

- landum, quid non, suo loco dicetur: satis hic erit fide
- les vniuersitate illud admonere, ut, que iusta, quæque
- honestæ sint, à Deo petant homines: ne, si, contra quæ
- deceat, aliquid postularint, illo responso repellan-
- rur: Nescitis, quid petatis. Quidquid autem recte Matth. 20.
- optari potest, petere licet. Quod illa Domini vberri-
- ma promissa testantur: Quodcunque volueritis, pe-
- tetis, & fiet vobis. Omnia enim se concessurum polli-
- cetur. Quare primum optatum ac desiderium no-
- strum ad eam regulam dirigemus, ut ad Deum, qui
- summum est bonum, summum studium desideriūq;
- refertatur. Deinde cupiemus ea, quæ cū Deo nos ma-
- xime coniungant: quæ vero nos inde se iungant, aut
- causam aliquam afferant disunctionis, ab omni stu-
- dio & cupiditate nostræ remouenda sunt. Hinc licet
- colligere secundum illud summum & perfectum bo-
- num, quoquođ reliqua, quæ dicuntur bona, & opta-
- da sunt, & à parente Deo postulanda. Nam hæc cor-
- poris quæ vocant, & externæ bona: vt, sanitas, robur,
- pulchritudo, dixitiae, honores, gloria, quia faculta-
- tem ac materiam sepe dant peccato, (quare fit, ut
- non omnino pie ac salutariter petantur) erit illa pe-
- titionis his prescribenda finibus, vt hec vite commo-
- da postulentur necessitatis causa. Quæ precandi
- ratio refertur ad Deum. Licet enim nobis ea pre-
- cibus

- Genes. 28.** cibus petere, quæ & Iacob, & Salomon postularunt.
Ille enim in hunc modū: Si dederis mihi panem ad
vescendum, & vestimentum ad induendum, erit mihi
Prouer. 30. Dominus in Deum. Salomon his verbis: Tribuetā
tum victui meo necessaria. Cum vero nobis Dei beni
gnitate suppeditetur ad victum & ad cultū, pareat
1. Cor. 7. nos illius Apostoli cohortationis recordari: Qui emittant
tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mun
do tanquam nō vtantur: preterit enim figura huius
mundi. Item: Diuitiae si affluant, nolite cor appone
Psalm. 61. re. Quarum fructum & usum tantummodo nostrū
esse, sed ita, vt cum ceteris cōmunicemus, ab ipso do
ctore Deo didicimus. Si valemus, si reliquis externis
& corporis bonis abundamus: eo illa nobis tributa esse
meminerimus, vt & facilius Deo inseruire possimus
& proximo omnia eius generis commodare. Ingeni
autem bona & ornamenta, cuius generis sunt artes,
atq; doctrinæ petere non licet, sed ea tantum cōditio
ne, si nobis ad Dei gloriam, & ad salutem profutura
sunt. Quod autē omnino, & sine adiunctione, aut cō
ditione optandum, querendum, postulandum est, quē
admodum antea diximus, id Dei gloria est, & deinceps
omnia, quæ summo illi bono coniungere nos
queant, vt fides, timor Dei, amor, de quibus plenius
dicemus in explicatione petitionum.

Pro quibus orandum sit.

His autem cognitis, quæ petenda sint, docendus
est fidelis populus, pro quibus orare debeat. Continet
autem

autem oratio petitionē & gratiarum actionē: quare prius de petitione dicamus. Orādum igitur est pro omnibus sine villa exceptione, vel inimicitarū vel gētis, vel religionis. Nā siue hostis sit, siue alienus siue infidelis, proximus est: quē quia Dei iussu amare debemus, sequitur, vt preces quoque (quod amoris officiū est) pro eo facere oporteat. Nam eo pertinet illa Apostoli cohortatio: Obsecro fieri orationes pro omnibus hominibus. Qua in oratione primum petenda sunt, que salutem anime complectuntur, deinde quæ corporis. Debemus autem hoc precationis officium primū Pastoribus animarū tribuere, quod ab Apostolo eius exemplo monemur. Scribit enim is ad Colossenses, vt orent pro se, vt sibi Deus aperiat ostiū sermonis. Quod item facit ad Thessalos. Est præterea in Actis Apostolorū: Oratio siebat sine intermissione ab Ecclesia pro Petro. Cuius etiā officij à D. Basil. in libris de moribus admonemur. Pro ijs enim orandum esse, inquit, qui præsunt verbo veritatis. Secundo loco pro principibus nos precari oportet ex eiusdem Apostoli sententia, quanto enim publico bono principibus p̄i & iustis utamur, nemo ignorat. Itaque rogandus est Deus, vt tales sint, quales esse oportet qui reliquis hominibus præsint. Extant exempla sanctorum hominum, quibus monemur, vt pro bonis etiam p̄i & iustis deprecemur. Egent enim & illi precibus aliorū. Quod diuinitus factū est, ne superbia efferantur dum intelligunt se inferiorum suffragijs indigere. Matth. 5.

Iusfit

1. Tim. 2.

Coloss. 4.

2. Thess. 5.

Acto. 12.

S. Basili. reg.

56. mora, c.

5.

Inssit præterea Dominus precari pro perseguen.
S. Aug. epi. tibus, & calumniantibus nos. Illud etiam Sancti
 107.ad Vit. Augustini testimonio celebratum est, hanc esse
& li. 2. de bo acceptam consuetudinem ab Apostolis pro ihs, qui
no. pseuer. ab Ecclesia sicut alieni, preces & vota faciendi,
ca. 23. vt infidelibus donetur fides: vt idolorum culto-
 res ab impietatis errore liberentur, vt Iudei di-
 scussa animorum caligine lucem veritatis acci-
 piant: vt heretici redeuntes ad sanitatem, catho-
 licæ doctrinæ præceptis erudiantur: vt schismati-
 ei, à qua descivierunt sanctissima parentis Eccle-
 sie communione, cum ea iterum vere charita-

Colos. 1. tis modo iuncti copulentur. Quantam autem vim
Orādū pro habeant preces pro huiusmodi hominibus facte
 defunctis. ex animo, constat, tam multis exemplis omnis
z. Mach. 12 hominum generis, quos quotidie ereptos à pot-
Au. deverb. state tenebrarum transfert Deus in regnum filij
Apost. ser. 34 & li. 21, charitatis sue, & ex vasis ire, facit vasa misé-
 de ciui. del. ricordie. In quo plurimum valere piorum ob-
c. 24. servationem, nemo, qui recte sentiat, dubitare po-
Concil. illij. test. Preces autem, que pro mortuis sunt, ut
Cart. cā. 79 ab igne Purgatoriū liberentur, ex Apostolorum
Isido. lib. 1. doctrina fluxerunt. Qua de re satis dictum est,
de offic Ee- cum de sacrificio Missæ loqueremur. In ihs au-
ny. c. 7. Ec- tem qui peccare dicuntur ad mortem, vix quid-
cle. Hierar. quam precibus, votisque proficitur. Veruntamen
& Clemens est Christianæ charitatis, & precari pro illis, &
ad fratrem lacrymis contendere, an eis possint reddere pac-
Domi. tum

tum Deum. Execrationes vero sanctorum hominum,
quibus in impiis utuntur ex patrum sententia, con-
stat esse vel predictiones eorum, que illis eus-
tuta sunt, vel adhibitis contra peccatum, ut sal-
vis hominibus, peccati vis intereat. In altera pre-
cationis, maximas Deo gratias agimus pro dini-
nis eius, immortalibusque beneficiis, quibus &
semper affectit, & quotidie afficit humanum ge-
nus. Maxime autem fungimur hoc munere gra-
tiarum actionis sanctorum omnium causa, quo
in officio singulares Deo laudes tribuimus, & eo-
rum victorie & triumphi, quem de omnibus &
intimis, & externis hostibus eius benignitate de-
portarunt. Huc pertinet prima illa pars Angeli-
ca salutationis, cum ea ad precandum venumur:

Ave Maria, gratias plena: Domini tecum, bene-
dictatu in mulieribus. Nam Deum summis & ha-
bendis laudibus, & gratias agendis celebramus, hanc.
quod sanctissimam virginem omni celestium dono
tum munere cumulauit; ipsique virginis singularem
illum gratulamur felicitatem. Iure autem sancta
Dei Ecclesia huic gratiarum actioni preces etiam serm. 1. de.
& implorationem sanctissima Dei matris adiunxit, Aisu B. Ma-
qua pie atque suppliciter ad eam confugeremus, rix & ser. 2.
ut nobis peccatoribus sua intercessione conciliaret
Deum, bonaque tum ad hanc, tum ad eternam vitam
necessaria impetraret. Ergo nos excules, filii Euæ, uen. & ser. 3
quibanc lacrimarum vallem incolimus, assidue mi-
sericordem.

Augu.ser. 3
de annūcia,
Dom.Iaco-
bus & Chry-
stus in Liturgijs
Ephræm do-
laudib.Ma-
riae, & in ora
ad eandem
Item in la-
mēt B.Virg
Gre.Nazia.
in Cypria-
num. & in
Tragœdia.
Christus pa-
tientis. Iræne.
li. s. aduers.
harel. Atha-
na. inferm.
super Euāg.
de S. nostra
Deipar.Ber
serm. 1. de.
Dō. 1. post.
ost.Epip.
ser. 2 in ad-
ser. 3

sericordiae matrem, ac fidelis populi aduocatam invocare debemus, vt oret pro nobis peccatoribus, ab ea que hac prece opem & auxilium implorare, cuius & prestantissima merita apud Deum esse, & summam voluntatem iuuandi humanum genus, nemo nisi impie & nefarie, dubitare potest.

Quis orandus fit.

Psalm. 49. Deum autem orandum esse, & eius nomen invocandum, ipsa loquitur naturae vis insita in hominum meatibus, non solum traditur diuinæ literæ, in quibus licet audire imperantem Deum: Inuoca me in die tribulationis: sed Dei nomine tres personas intelligi oportet. Secundo loco confugimus ad auxilia sanctorum, qui in celo sunt: quibus etiam preces esse faciendas, ita certum est in Ecclesia Dei, vt prius nulla de eo dubitatio possit accidere. Que res quia separatim suo loco est explicata, eo & Parochos, & ceteros transmittimus, sed vt tollatur omnis error imperitorum, operare precium erit docere fidelem populum, quid intersit inter hanc inuocandi rationem: non enim eodem modo Deum. Discimus in & sanctos imploramus. Nam precamur Deum, vt ipse ter inuocatur vel bona det, vel liberet a malis: a sanctis autem quia ratione Dei & gratiosi sunt apud Deum, petimus, vt nostri patro-sanctorum. cinium suscipiant, vt nobis a Deo impetrerent ea, quorum indigemus. Hinc duas adhibemus precandi formulas modo differentes. Ad Deum enim propriè dici.

dicimus, Miserere nobis, Audi nos: ad sanctum, ora
pro nobis. Quamquam licet etiam alia quadam ra-
tione petere a sanctis ipsis; ut nostri misereantur:
sunt enim maxime misericordes. Itaque precari pos-
sumus eos, ut, conditionis nostrae miseria perhorat,
sua nos apud Deum gratia ac deprecatione iuuent.
Quo loco illud maxime caendum est omnibus, ne
quod Dei proprium est, cuicunque præterea tribuant:
imo vero: cum ad imaginem sancti alitius quis
dominicæ oratione pronunciat, ita cum sentiat, se ab
illo petere, ut secum oret, sibi que postulet ea, quæ do-
minice orationis formula continentur, & sui deni-
que sit interpres & deprecator ad Deum. Nam eos hoc
fungi officio docuit S. Ioan. Apostolus in Apocalyp-

Apoc. 8.

De præparatione adhibenda.

Est in diuinis literis: Ante orationem præpara- Eec. e:12:
animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat
Deum. Tentat enim Deum is qui cum bene orat, ma-
le agit: & cum loquatur cum deo, a precibus animus
eius aberrat. Quare cum tibi interficit, quo quisque
animo Deo preces faciat, tradent Parochi vias pre-
parationum ipsorum auditoribus. Primus igitur gradus
ad orationem erit, vere humilis ac demissus animus
scelerum quoque recognitio: quibus sceleribus in-
telligat, qui ad Deum accedit, se non modo dignum
non esse, qui quidquam impetrat a Deo, sed qui ne in
eiusquidem cōspectu veniat oratus. Huius præp-
parationis sc̄pissime mentionem faciunt diuini li-

- Psal. 101.** tere, quæ & illud loquuntur: Respexit in orationem humiliū, & nō spreuit preces eorū. Item, Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Sed occurrit Pasto-ribus eruditis loci innumerabiles, qui in eam senten-
Eccle. 35. tiā conueniant: quā nobrē plurium non necessaria cō-
memoratione supersedemus, tantum vero, quæ alias
Luc. 18. attigimus, ne in hac quidem parte, quia sunt apposi-
ta ad hāc rationē, duo illa exēpla prætermittimus.
Luc. 7. Publicanus est ille notissimus, qui longe consistens,
oculos humo tollere non audebat. Est etiā mulier il-
la peccatrix, quæ dolore commota lacrymis pedes
Christi Domini perfudit. Vterq; quantum afferat
orationi pondus hamilitas Christiana, declarauit.
Sequitur angor quidā in recordatione delictorum:
vel saltē aliquis doloris sensus ob eam causam, quod
dolere non possimus: quorum vtrumq; vel certe alte-
rum nisi à pénitente adhibetur, venia impetrari
non potest. Sed quia sunt quedam scelerā, quæ maxi-
me obstant, quo minus in precatione Deus postula-
tioni nostræ concedat, ut cædes & illata vis, manūs
abstinendæ sunt ab hac crudelitate & violentia. De
quo facinore sic Esaiæ ore loquitur Deus: Cum ex-
tenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vo-
bis: & cum multiplicaueritis orationem, non exalt-
diām, manus enim vestra sanguine plena sunt. Fu-
gienda est ira ac dissidium: quæ magnopere etiā im-
pediūt, ne preces audiātur. De quibus est illud Apo-
stoli: Volo viros orare in omni loco, lenantes puras
Ezai. 11.
- 1. Tim. 2.**

manus

manus sine ira & disceptatione. Vidēdum est præterea, ne nos implacabiles cuiquam prebeamus in iniuriam: nam sic affecti Deum precibus adducere non poterimus, ut nobis ignoscat. Cum enim stabitis, in- Matt. 1.
 quid ipse, ad orandum, dimitte si quid habebitis: & si
 nō dimiseritis hominibus, nec pater vester dimitteret
 vobis peccata vestra. Cauendum quoq; est, ne duri si- Matth. 5.
 mus & inhumaniegetib; Nā in eiusmodi homines
 illud dictū est: Qui obturat aurē suā ad clamorē pau-
 peris, & ipse clamabit, & nō exaudietur. Quid dice Prou. 21.
 mus de superbia? quæ quantopere Deum offendat, Iacob. 4.
 testis est illa vox: Deus superbus resistit, humilibus au- 1. Pet. 5.
 tem dat gratiam. Quid de contemptione diuinorū Prou. 28.
 oraculorū: in quam extat illud Salomonis: Qui decli-
 nat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit ex-
 crabilis. Quo tamē loco non excluditur deprecatio
 facti iniuria, non cedis, non iracundia, non illibera-
 litatis in pauperes, nō superbia, nō despiciētiæ diui-
 ne orationis, non denique reliquorum scelerum, si
 ignoscendi venia petatur. Est vero ad hāc quoq; præ-
 parationē animi fides necessaria: quæ si desit, neque
 de summi Patris omnipotētia, neque de illius miseri-
 cordia, vnde tamen oratiæ fiducia oritur, habetur co-
 guitio: quemadmodū docuit ipse Christus Dominus:
 Omnia, inquit, quæcumque petieritis in oratione cre- Matt. 21.
 dentes, accipietis, De huiusmodi fide scribit S. Aug.
 de verbis Domini: si fides defecit, oratio periret. Ca- S. Aug. ser.
 put igitur est ad rice orandum, quod iam dictum est 36. de ver-
 bis Domini.

Roma. 1.

ut fide firmi ac fixi simus. Quod Apostolus ex contrario ostendit. Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? Itaque credamus oportet, ut & orare possimus & ne nos fides ipsa deficiat, qua salutari-ter oramus. Fides enim est, quae preces fundit: preces faciunt, ut omni dubitatione sublata stabilis ac firma sit fides. In hanc sententiam sanctus hortabatur Ignatius eos, qui ad Deum adirent oratrici: Noli dubio esse animo in oratione: beatus est, qui non dubitaverit. Quare ad impetrandum quod velimus a Deo, maximum pavidus assert fides & certa spes impetrandi. Quod monet S. Iacobus: Postulet, in fide nihil habens.

S. Ignat. cpi.
10. ad Hie.

Iacob. 1.

1. Ioan. 2

Rom. 8.

1. Tim. 2.

Heb. 1.

Multa sunt, quibus nos considerare oportet in hoc officio precationis. Est ipsa Dei in nos perspecta voluntas ac benignitas, cum iubet nos se patrem appellare, ut eius nos esse filios intelligamus. Est prope infinitus numerus eorum, qui Deum exorauerunt. Est summus ille deprecator, qui nobis semper presto est Christus Dominus, de quo sic est apud S. Ioan. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum, iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Item Paulus Apostolus: Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui & surrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Item ad Timotheum. Vnus enim Deus, vnum & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Tum ad Hebraeos: Unde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum.

Quare

Quare et si nos indigni sumus, qui impetremus, tamen optimi dignitate interpretis ac deprecatoris Iesu Christi sperare, & magnopere confidere debemus nobis omnia, quae per illum rite petierimus, concessum Deum. Denique nostra auctor est precationis spiritus sanctus: quo duce preces nostras audire necesse est. Accepimus enim spiritum adoptionis filium Dei, in quo clamamus, Abba pater. Qui quidem Rom. 8. spiritus infirmitatem, qui inscitiam nostram adiuvat in hoc orandi munere: immo vero, inquit ipse postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quod si quietibant interdum, nec se satis esse firmos in fidem sentiunt, ut antur illa voce Apostolorum: Domine adauge nobis fidem: & ceci illius, Adiuua incredibilitatem meam. Sed tum maxime & fide & spe vi-
gentes, omnia a Deo optata consequemur, cum ad ipsius Dei legem, ac voluntatem, omnem mentem, Ioh. 15. actionem, & orationem nostram conformabimus. Si manseritis enim, inquit, in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis & fieri vobis: quanquam ad hanc impetrandi a Deo omnia facultatem, in primis necessaria est, ut antea diximus, obliuio iniuriarum, & benevolentia ac beneficia voluntas in proximos.

Quæ ratio in orando requiritur.

Maxime autem refert, quo modo sacris precibus utamur. Nam & si precatio bonum est salutare, tamen, nisi recte adhibetur, minime prodest.

Quod enim petimas, sepe non assequimur, ut s. in-

Iacob. 4.

quit Iacobus ob eam causam, quia male petimus. Ei-

go docebunt Parochi fidelem populum, quae sit opti-

maratio bene petendi, & priuatim ac publice orandi.

Quae præcepta Christianæ orationis tradita sunt ex-

Ioan. 4.

Christi Domini disciplina. Est igitur orandum in spi-

ritu & veritate. Nam cælestis pater tales querit,

qui adorent eum in spiritu & veritate. Orat autem in

modo, qui intimum ac flagrans animi studium addi-

bet, à qua spirituali precandi ratione vocalem non

excludimus: verum amen principatum iure tribuen-

dum ducimus illi, quæ à vehementi animo proficiuntur,

obsecrationi: quam Deus, cui patent occulte ho-

minum cogitationes, audit etiam si non ore profe-

ratur. Audiuit Anna, eius, quæ fuit mater Samue-

lis, intimas preces: de qua illud legimus, fluentे oras-

se, & tantum labia mouente. Oravit hoc modo Da-

uid: inquit enim: Tibi dixit cor meū, exquisuit te fa-

E. Reg. 1.

Psal. 26.

S. Aug. epis.

verse

vere decet nos cumulatum illud sacrificium facere
 & anime & corporis. Quem Apostolorum orandi
 morem fuisse, ex Actis, & ex Apostolo multis locis
 cognoscimus. Sed quoniam duplex precādi ratio est:
 priuata, & publica, priuate orationis pronunciatio
 ne vicitur, ut intimum studium & pietatem adiu-
 uit: in publica, que ad incitandam fidelis populi re-
 ligionem instituta est, certis, statisq; temporibus
 lingue officio supersederi nullo modo potest. Hanc ve-
 ro spiritu orandi consuetudinem, propriam Christia-
 norum hominum, infideles minime colunt: de qui-
 bus ita licet Christum Dūm loquentē audire: Oran-
 tes nolite multum loqui sicut ethnici faciunt: putat
 enim, quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite
 ergo assimilari eis, scit enim pater vester, quid opus
 sit vobis ante, quam petatis eum. Cū autem prohi-
 beat loquacitatem, longas tamen preces, que à ve-
 bementi ac diurno animi studio profiscuntur, tan-
 tum abeant, ut reijciat, ut etiam suo exemplo nos ad ea
 rationem cohortetur, qui non modo noctes in prece-
 tione consumpserit, sed ter eundem sermonem repe-
 tit. Tantum igitur statuendum est, in anni verborum. **Luce. 6.**
 sono minime exorari Deū. Nec verò ex animo orant **Matth. 26.**
 hypocrite, à quorū nos consuetudine deterret Chri-
 stus Dns in hanc sententiam: Cum oratis, non eritis
 sicut hypocrite qui amant in synagogis, & in angu-
 lis placearum st̄ntes orare, ut videantur ab homini
 bus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. **Matth. 5.**

Multi lo-
 quū in ora-
 tione vitan-
 dum.

Matth. 6.

Tu autē cū oraueris, intra in cubiculū tuū, & clau-
so ostio ora patrē tuū in abscondito: & pater tuus
qui videt in abscondito, reddet tibi. Cubiculum, quod
hoc loco dicitur, ad cor hominis referri potest: quod
non satis est ingredi: sed præterea occludi oportet, ne
quid irrūpat, vel influat in animas extrinsecus, quo
precatiōnis integritas violari possit. Tū enim cœle-
stis pater, qui omniū mentes & occultas cogitatio-
nes maxime perspicit, orantis postulationi concedit.

Orandum
assidue.

Luc. 18,

Requirit præterea oratio assiduitatem: que quantā
vīm habeat, iudicis illius exēplo, Dei filius ostendit:
qui cū nec timeret Deū, nec hominē reuereretur, vi-
ctus assiduitate ac diligētia vidue, eius postulationi
cōcessit. Itaque assidue deo preces facienda sunt: nec
imitandi illi, qui semel, aut iterum orātes, nisi quod
petunt, impetrarint, in oratione defatigantur. Nul-
la enim huius officij lassitudo esse debet quod nos
Christi domini & Apostoli docet auctoritas, quod
si interdum voluntas in eo defecerit, precibus à Deo
petamus perseverandi vim. Vult etiam dei filius or-
ationem nostram ad patrem suo nomine peruenire: que eius merito & gratia deprecatoris id pon-
dus assequitur, vt à cœlesti patre audiatur: est e-
nīm eius illa vox apud S. Ioannem: Amen amen di-
co vobis. Si quid petieritis patrem in nomine meo,
dabit vobis: vsque modo non petistis quidquā in no-
mine meo: petite & accipietis, vt gaudium vestrum

Ioan. 18.

Ioan. 14.

sit plenum, Et iterum: Quodcumque petieritis pa-
trem

grem in nomine meo, hoc faciam. Imitemur ardens
sanctorum hominum studium, quod in orando adhi-
behant. Gratiarum autem actionem cum precatio- Coloss. 1.
ne iungamus, Apostolorum exemplo: qui hanc con-
suetudinem perpetuo seruarunt. Quemadmodum Philip. 4.
apud Apostolum licet videre. Ieiunium vero & ele-
mosynam ad orationem adhibeamus. Ieiunium qui
dem certe maxime est cum oratione sociatum. Nam
qui cibo & potu sunt onusti, horum mens oppressa
est sic, ut neque Deum intueri, neque quid sibi velit
gratio, cogitare possint. Sequitur eleemosyna: que
magna & ipsa cum oratione sociata habet. Quis
enim cui facultas sit benigne faciendi ei, qui aliena
misericordia vivat, nec opituletur proximo, & fra-
tri suo, se charitate praeditū dicere audeat? aut quo
ore is, qui expers sit charitatis, Dei auxilium im-
plorabit? nisi cum peccati veniam precatur, simul
& a Deo suppliciter postulat charitatem. Qua-
re diuinitus factum est, ut saluti hominum tri-
plici hoc remedio subueniretur, cum enim pec-
cando vel offendamus Deum, vel proximos vi-
lemus, vel nos ipsos ledamus, sacris precibus pla-
catum reddimus Deum: eleemosyna redimimus
hominum offenses: ieiunio proprias vite sor-
des eluimus. Et quanquam singula prosint ad om-
nium scelerum genera, tamen proprio singulis
peccatis, qua diximus, apposita & accommoda-
ta sunt,

DE ORATIONE DO-
MINICA.PATER NOSTER, QVI
ES IN CÆLIS.

V M hæc formula Christianæ pre-
cationis, à Iesu Christo tradita, eam
habeat viam, & ante quam ad pre-
ces postulationesq; veniamus, cer-
tis verbis loco procerū nobis vtendum sit, quibus
pie ad Deum accedentes, fidentius etiam id facere
possimus, parochi officium est, illa distincte diluci-
deq; declarare, vt alacrior pius populus ad preces
adeat, seque cum patre Deo alturum intelligat.
Procerium autem si spectes verba, breuissimum est:
si res astimes, grauissimum mysteriorumq; plenissi-
mum. Ac prima quidem vox, qua Dei iussu & insti-
tutione utimur in hac precatione, est Pater. Nā et si
Saluator noster diuinā hanc orationem praetexere
potuit aliquo verbo, quod plus maiestatis haberet:
exempli causa, Creatoris, aut Dñi, tamen hæc omi-
nit, quo timorē simul nobis afferre possent, illud autē
adhibuit quod oratibus & aliquid à Deo petētibus,
amorem fiduciamq; conciliat. Quid enim iucundius
est patris nomine, quod indulgentiam sonat & cha-
ritatem? Quibus autem rationibus patris nomen
Deo conueniat, suppeditabit facultas docendi fide-
lem populu ex locis creationis, gubernationis, ac re-

dem-

demptionis. Nam cum Deus hominem creauerit ad imaginem suam, nec illam ceteris animatibus impetraverit, ex hoc singulari munere, quo hominem ornauit, iure omnium hominum, nec fidelium modo, sed etiam infidelium Pater in diuinis scripturis appellatur. A gubernatione vero sumere poterit argumentum, quod prospiciendo & consulendo utilitati hominum, praecipuo quodam curae & prouidentie modo nobis praestat patriam charitatem. Sed ut in huius explicatione argumenti paternam Dei de hominibus curam melius agnoscatur, de custodia angelorum, in quorum tutela sunt homines, aliquid dicendum videtur. Est enim Dei prouidentia datum hoc negotium angelis, ut custodiant humanum genus, singulisque hominibus praesto sint, ne grauius aliquod detribuentum accipient. Nam ut parentes, si infesta, & periculosa via filiis iter faciendum sit, custodes adhibent, & periculorum adiutores: sic celestis parens in hoc itinere, quo ad celestem patriam contendimus, singulis nobis proposuit angelos, quorum ope ac diligentia recti furtim paratos ab hostibus laqueos vitaremus, & factos in nos horribiles impetus repelleremus, usq[ue] ducibus rectum iter teneremus, ne obiectus aliquis error a fallaci aduersario nos de via posset deducere, qua dicit ad cœlum. Quam vero habeat utilitatem haec de hominibus Dei cura ac prouidentia singularis, cuius munus & administratio mandata est angelis,

Quibus rationibus Christus appellatur pater.

Per Angelos quomodo custodiatur homines.

quo-

quorum inter Deum & homines media est & interiecta natura, patet exemplis, quorum copiam suppeditant diuinæ literæ, quæ testantur, sepe Dei benignitate factum esse, ut inspectantibus hominibus angelis mirabiles res efficerent, quibus moneremur innumerabilia eius generis, quæ sub oculos non carent, à custodibus nostræ salutis angelis effici utiliter ac salutariter.

Tob. 5. 6.

Tob. 12.

Raphael angelus, Tobiae comes & dux itineris diuinitus adiunctus, illum duxit & reduxit in columen, cui & adiumento fuit, ne ab immanni pisce devoraretur: & quanta esset in eius pisces in core felle, & corde vis, demonstrauit. Ille dæmonium expulit, eiusque impedita & colligata potestate, ne Tobiae noceret, effecit. Ille verum & legitimum matrimonij ius & usum adolescentem edocuit. Ille Tobiae patri oculis capto, lumina restituit, Angelus ite

Tob. 12.

ille, Principis Apostolorum liberator uberem præbit materiam ad erudiendum pium gregem de admirabili fructu cure custodieq; angelorum, cum demonstrabunt Parochi angelum carceris tenebras illu-

Actor. 12.

strantem, & Petrum tacto eius latere è somno excitantem soluentem catenam: dirumpentem vincula monente, ut surgeret, seq; sumptis caligis, & reliquo vestitu sequeretur: cum docebunt ab eodem angelo Petrum per custodias libere eductum è carcere, & aperta deniq; ianua in tuto collocatū. Huius generis exemplorū, quemadmodū diximus, referta est

sancatarum literarum historia, quibus intelligimus
quan-

quantas sit vis beneficiorum, que cōfert in homines.
Deus angelis interpretibus & internūcīs, nec solum
certa aliqua & priuata de remissis, sed à primo or-
tu nostræ curæ præpositis, & in singulorum hominū
salutis præsidio collocatis. Hanc doctrinæ diligen-
tiam illa utilitas consequetur, ut audientium mētes
erigantur, & ad agnoscendam ac venerandā Dei pa-
ternam de se curam ac prouidentiā excitentur. Cō-
mendabit autem hoc loco Parochu, in primisq; pre-
dicabit diuitias benignitatis Dei erga genus huma-
num, quem cum à primo parente nostri generis &
peccati, usque ad hanc diem offenderimus flagitijs
ac sceleribus innumerabilibus, retinet tamen in nos
charitatem, neque præcipuam illam de nobis curam
deponit. Quem si quis existimat hominum obliuisci
anens est, & in Deum iacit indignissimam contu-
meliam. Irascitur Israeli Deus propter eius gentis
blasphemiam, quæ se arbitrabatur cœlesti ope de-
sertam esse. Est enim in Exod. Tentauerunt Domini- Exod. 17.
num dicentes: Est ne Deus in nobis, an non? Et apud Ezech. 8.
Ezechielem succenset eidem populo Deus, quod di-
xerat: Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus
terram. Ergo fideles his auctoritatibus à nefaria il-
la opinione deterrendi sunt fieri posse, ut Deum ca-
piat hominū oblinio. In quā sententiā audire licet cō-
querentē de Deo apud Isaiam Israeliticum populū,
contraq; Deum stultam eius querimoniam benigna
similitudine refellentem. Est enim ibi: Dixit Sion: Isa. 49.

Dere-

Dereliquit me Dominus: & Dominus oblitus est
mei. Cui Deus: Nunquid obliuisci potest mulier in-
fantem suū, vt non misereatur filio uteri sui? & si il-
la obliteretur, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce
in manibus meis descripsi te. Quibus locis quanquā
id liquido confirmatur, tamen, vt penitus, fideli po-
pulo persuadeatur, nullū posse tempus accidere, quo
deponat Deus hominum memoriam, quo eis non tri-
buat patriæ charitatis officia: Parochi rem clarissi-
mo primorum hominum exemplo comprobabunt:
quos, post neglectum violatumq; Dei iussum, cum
acerbius accusatos, & horribili illa sententia cōdem-
natos audis: Maledicta terra in opere tuo, in labori-
bus comedes ex eacunctis diebus vitæ tuæ, spinas &
tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terre:
cum vides è paradiso expulsos, &, vt omnis redditus
spes adumeretur, cum in aditu paradiſi collocatum
legis Cherubin flammeum tenentem, & versatilem
gladium: cum ab vlcifcente suam iniuriam Deo illos
intimis & externis molestijs conflictatos intelligis:
an non actum de homine putas? an non credas nō mo-
do diuino illum auxilio nudatum, sed etiam cuius
iniuria propositum? Veruntamē in tantis diuina ira
& vltionis indicij, oborta est lux quadam Dei in eos
charitatis: Fecit enim, inquit, Dominus Deus Adæ
& vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos: quod
maximum fuit argumentum, hominibus nullo un-
quam tēpore defuturum Deū. Huius etiam sententia

Genes. 3.

Genes. 3.

Genes. 3.

vim, non exhaudiri Dei amore villa hominū iniuria. *Psal. 76.*
Danid expreſſit illis verbis: Nunquid continebit
Deus in ira sua misericordias suas? Hanc Habacuc *Abacuc. 3.*
Deum affatus exposuit, dū inquit: Cum iratus fue-
ris misericordia recordaberis. Hanc sic Michæas *Michæ. 7.*
aperuit: Quis Deus similis tui? qui auferis iniquita-
tem, & transfers peccatum reliquiarum heredita-
tis tue: nō immittet ultra furorē suū, quoniā volens
misericordiā est. Omnia res ita se habet: cum maxi-
me perditos nos, & Dei praefidio spoliatos arbitra-
martū maxime pro immēsa sua bonitate, nos qua-
rit & curat Deus: sustinet enim in ira gladiū iusti-
tiae nec cessat effundere inexhaustos misericordiæ
thesauros. Magnā igitur vim habet ad declarandā
precipuā Dei rationē in amando tuendoq; hominū
genere, creatio & gubernatio. Sed tamen illud opus
redimēdi hominem sic eminet inter duo superiora,
vt beneficentissimus Deus parensq; noster summam
in nos benignitatē tertio hoc beneficio cumulatam
illustrarit. Quare tradet spiritualibus filiis Paro-
chos, & assidue eorum auribus inculcabit hanc præ-
stantissimā Dei erga nos charitatē, vt intelligant se,
quare redempti sint, admirabilem in modum Dei fi-
lios euasisse: Dedit enim, inquit Ioannes, eis potesta-
tem filios Dei fieri, & ex Deo nati sunt. *Quam ob Ioan. 1.*
caſam baptismus, quod primum redemptionis pi-
gnus & monumentum habemus, sacramentum re-
generationis dicitur: inde enim nascimur Dei filii.

Nam

Ioan. 3.

Nam inquit ipse Dominus: Quod natum est ex spiritu, spiritus est: & oportet vos nasci denuo. Item Petrus Apost. Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei vivi. Huius pondere redēptionis & Spiritum sanctū accepimus, & Dei gratia dignati sumus. Quo munere Dei filij adoptamur quē admodum ad Romanos scripsit Apost. Paulus: Nō accepisti spiritum seruitutis iterū in timore, sed accepisti spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Cuius vim & efficaciam adoptionis explanat S. Ioannes ad hunc modum: videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij Dei non minemur & simus. His expositis: admonendus est fidelis populus, quid ipse viciissim debeat amantissimo patri Deo, ut intelligat, quē amorem ac pietatē, quam obediēt iam ac veneratiōnē creatori gubernatori, ac redemptori præstare, qua spe ac fiducia illū inuocare oporteat. Sed ad erudiendam inscitiam, dirigendamque sententiā peruersitatem eorum, si qui tantummodo secundas res, & prosperum vita cursum argumento esse existimant, Deum conservare nobis amorem suum, rebus autem aduersis & calamitatibus, cum à Deo exercentur, id esse signum hostilis in nos animi, & prorsus alienata a nobis diuinæ voluntatis: demonstrandum erit, cum tangit nos manus Domini, minime id hostiliter facere Dominum, verum percutiendo sanare, & plagam Iacob. 19. a à Deo venientem esse medicinam. Castigat enim

peccantes, ut ea disciplinae meliores faciat, & presenti animaduersione redimat ab exitio sempiterno
Nam visitat quidē in virga iniquitates nostras, & in Psal. 88.
verbib⁹ peccata nostra; misericordia autē suam
non auferit a nobis. Quare monendi sunt fideles, vt
in eiusmodi castigatione patria Dei charitatē agno-
scant, & illud apud patientissimum Iob in memoria
& in ore habeant: Ipse vulnerat, & medetur: per- Iob. 5.
cuta, & manus eius sanabit: Ut illud usurpet, quod
sub persona Istraelitici populi scripsit Hieremias.

Castigasti me & eruditus sum, quasi iuenculus in
domitus converte me: & couertar: quia tu Dominus Hier. 3. 1.
Deus meus. Ut Tobie exemplum sibi proponant, qui
cum in illa plaga cæcitatis paternā Dei manū cæden- Tob. 1. 1.
tem sensisset clamauit: Benedico te Dñe Deus Israel
quia tu castigasti me, & tu salvasti me. In quo maxi- Luc. 21.
me caugendum est fidelibus, ne, etiam si quis inco-
modo affecti, qua uis calamitate afflicti sint, Deū id
ignorare existiment: ait enim ipse: Capillus de ca-
pite vestro non peribit: imo vero se ipsi illo diui-
naculi solatio consolentur. Quod in Apocaly- Apoc. 3.
psi dictum est. Ego, quos amo, arguo & castigo. Con-
quiescant in Apostoli cohortatione ad Hebreos: Fi- Heb. 12.
luminoli negligere disciplinam Domini, neque fati-
genus dum ab eo argueris: quem enim diligit Domi-
nus, castigat, flagellat autem oninem filium, quem
recipit: quod si extra disciplinam estis, adulterini
eius & non filij. Patres quidē carnis nostre crudito-

res habuimus, & reuerebamur eos, non multo magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus?

Noster.

Perdictio- Cum patrem inuocamus singuli, & nostrum ap-
nem noster pellamus docemur ex dono ac iure diuinæ adoptio-
quid signifi-
nis consequi necessario, ut fratres sint fideles omnes
ecetur.

Matt. 23. & inter se fraterne amare debeant. Omnes enim in-

quit, vos fratres estis, unus est enim pater uester,
qui in cœlis est. Quare etiā in epistolis, fideles omnes
Apostoli fratres appellant. Ex quo item conficitur
illa consecratio necessaria, ut eadē adoptione Dei non
solū in se fideles vniuersi fraterna necessitudine
coniungantur, sed qui a homo est ynigenitus Dei fi-
lius fratres etiā eius & nominentur: & sint. Nā in
epistola ad Hebraos, cum de filio Dei loqueretur,

Heb. 2.

scrīpsit apostolus: Non confunditur fratres eos vo-
cantes, dicens, Nuncabo nomen tuum fratribus meis.

Psal. 21.

Quod tanto ante David de Christo Dño predixe-
rat. Ipse vero etiā Christus sic apud Euangelistam lo-
quitur ad mulieres: Ire, nunciate fratribus meis, vt
eant in Galileam, ibi me videbūt. Quod tū ab eo dictū
esse cōstat, cū iū exitatus à mortuis immortalitatē

Matt. 28.

esset cōsecutus, ne quis existimet fraternā hāc cogni-
tionē eius resurrectione & in cœlū ascensu dissolu-
tam esse. Tantum enim abest, ut hanc coniunctio-
nem & charitatem Christi resurreccio diremerit,
vt ex illa maiestatis & gloria sede, tum cum de on-
nibus omnis memoria hominibus iudicabit, fide-
lium

Matt. 25.

lum minimos ab eo, fraterum nomine appellatos accepimus. Qui autem fieri potest, ut Christi fratres non simus, cuius coheredes dicimur? Est enim, primo Rom. 8.
genitus ipse, constitutus hares vniuersorum: nos vero secundo loco geniti, coheredes eius, pro modo celestium honorum pro ratione charitatis, qua prebuerimus nos ministros, & coadiutores Spiritus sancti, quo antore ad virtutem salutarem actiones impellimur & incendi nur, vt eius freti gratia in certamen salutis fortior descendimus, quo sapienter constanter, confessio, decursusq; huius vice spatio, iustum coronae premium capimus a celesti parente omnibus, qui euendem cursum tenuerint, constitutum.

No enim, vt ait Apostolus, iniustus est Deus, vt obli- Hebr. 6.
uisatur operis nostri & dilectionis. Quam vero Oratio com-
hance animo vocem, Noster, proferre debeamus,
S. Chrysost. sententia declaratur, qui Deum inquit libenter Christianum audire no sollem pro se, sed pro altero deprecantem, quod pro se orare, naturae est: Operis im-
pro altero, gratiae: pro se necessitas cogit, pro altero perfectio in
fraterna charitashortatur. Quibus illa subiunxit: Matth.
Iucundior est Deo, quam charitas fraterna commen-
dat quam ea, quae necessitate pronunciatur.

In hac tanta materia salutatis orationis, monere &hortari debet Parochus omnes omnis etatis generis, ordinis, vt communis huius fraterne necessitudinis mentores, comiter & fraterne se gerant ne que se alijs alijs preferant insolentius. Nam et si in

Ecclesia Dei diuersi sunt officiorum gradus: tamē illa varietas gradum & munerum fraternae necessitudinis coniunctionem maius tollit: quemadmodū in hominis corpore varius vſus, & diuersa functio membrorum nihil agit, quam obrem hæc vel illa corporis pars, membra munus & nomen umbras. Propterea tibi eum, qui regia sit potestate: an us igitur, similis est, frater non est omnium, qui Christianæ fidei communione continetur maxime: quid ita? quia non est Deus alius is, ex quo diuites & reges nati sunt, ab eo, à quo pauperes & qui in regū potestate sunt, extiterunt, sed unus Deus, & parens, & Dominus omnium. Itaq; vna spiritualis ortus omnium nobilitas, vna dignitas, vnius splendor generis: cum omnes ex eodem spiritu, ex eodem fidei sacramento nati simus filii Dei, & eiusdem hereditatis coheredes. Nec vero aliū Christum Deum habent copiosi & potentes homines alium tenuiores & infimi, non alijs sacramentis sunt initiati, nec aliam hereditatem regni cœlestis expectant. Fratres sumus omnes, & ut inquit Apostolus ad Ephesios, membra sumus corporis Christi, de carne eius, & de ossibus eius. Quod idem in epistola ad Galatas significat Apostolus: Omnes filii Dei sunt per fidem in Christo Iesu: quicunque enim in Christo baptizari estis, Christum induistis: nō est Iudeus, neque Gracus non est seruus, neque liber, non est masculus, neque fœmina: omnes enim vos unum estis in Christo Iesu. Hæc autem accurate versanda res est.

Ephes. 5.

Galat. 3.

est pastoribus animarum, & sciēter illis in hac sententia commorandum: est enim accommodatus locus non minus ad confirmandos & excitandos inopes & abiectos homines quam ad coercendam deprimendamq; arrogantiam locupletum atq; potentium. Cum hominum incommodo uti mederetur, ut
 gebat apostolus fraternalm hanc charitatem, & inculcabit fidelium auribus. Cum igitur has Deo preces facturus es Christiane, memineris te tanquam filium ad patrem Deum accedere. Ita q; cum precatio nem ordiris, & illud Pater noster, pronuncias, cogita, quem in locum te summa Dei benignitas extulit, qui non ut seruum ad Dominum adire inuitū, ac timidum, sed ut ad patrem filium voluntarium, securumq; confugere iusserrit, Qua in memoria & cogitatione, quo vicissim studio & pietate tibi orandum sit, considera: danda enim est tibi opera, te ut tam probeas, qualem esse decet Dei filius id est, ut oratio & actiones tue non indignæ sine duino genere, quo te dignari voluit beneficentissimus Deus. Ad
 hanc officij rationem nos Apostolus cohortatur, cum Ephes. 5.
 sit: Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi:
 ut vere de nobis dici possit, quod ipse Apostolus scripsit ad Thessalonicenses: Omnes vos filii lucis estis, & 1. Thess. 5.
 filii Dei.

Qui es in cælis.

Constat inter omnes, qui recte de Deo sentiunt, ubiq; locorum & gentium esse Deum, quod non ita Deus ubi intelligendū est, quasi ipse distributus in partes, vna que sit,

Hier. 23. parte locum vnum, alia alium occupet ac tueatur. Nā Deus spiritus est omnis expers diuisionis: Quis enim audeat Deum, tanquam in vestigio postū, loci alicuius finibus circumscribere, cum ipse de se dicat: Nunquid non cælū & terrā ego impleo? Quod rursum sic accipiēdum est, Deum cœlum ac terrā, quaeque celo ac terra comprehensa sunt, vi sua ac virtute cōplicati, nō autē ipsum vlo loco contineri. Adeat enim rebus omnibus Deus, vel creans ipsas, vel conservans creatas, nulla regione, nullis finibus vel circumscriptus vel ita definitus quo minus & naturā & potestatem suā præsens ubiqꝫ constituat. Quod B.

Psal. 138. David expressit illis verbis: Si ascendero in cælū, tu Cur Deus: illuc es. Verum et si præsens adsit Deus in locis & requiebus omnibus, nullis, ut diximus, terminis definitus, est, in cælis tamen in diuinis scripturis sepe dicitur habere domicilium suum in cælo. Quod ideo factum videmus, quod celi, quid suspicimus, sunt nobilissima mundi pars, i. cuqꝫ manent incorrupti, præstantes, vi, magnitudine, a pulchritudine ceteris corporibus certisqꝫ, ac stabib⁹ motibus prædit⁹. Ergo ut excitaret hominum animos Deus ad contemplandam infinitam, sciam potestatem ac maiestatem, que maxime eluet, in opere cælorum, se in diuinis scripturis habitare testatur in cælis: sepe etiam, quod res est, declarat nullam esse mundi partem, que non præsenti Dei natura & potestate comprehensa sit.

Quanquam in hac cogitatione fideles non solam

comunis omnium parentis imaginē sibi proponent sed etiā in cœlo regnantis Dei, ut oraturi meminerint mentē animūque esse referendū ad cœlum: quantūque spei ac fiduciae assert eis patris nomen, tantum Christiane humilitatis ac pietatis adjugat praestans illa natura ac diuina maiestas patris nostri, qui est in cœlis. Quæ verba præfiniunt etiam orantibus, quid petendū sit: *Omnis enim postulatio nostra, quæ ad huius vite rsum ac necessitatē pertineat, nisi cum cœlestibus sit coniuncta bonis, & ad illum finē dirigitur, inanis est & indigna Christiano.* Quare monerent pios auditores Parochi de hac ratione preicationis: & admonitionē illa Apostoli auctoritate coprobabunt: *Si consurrexisti cū Christo, quæ sum sunt quarite, ubi Christus est in dextera Dei se huncque sursum sunt sapite, non que super terram.* Colos. 2.

Sanctificetur nomen tuum.

Quid à Deo petendum, quoniam ordine id agendum sit, Magister, ipse ac Dominus omnium docuit & imperavit. Nam cum studij & desiderij nostri nūcia sit & interpres oratio, tum recte & ratione zeimus, cum postulationum ordo sequitur ordinem rerum expetendarum. Monet autem nos vera charitas, totum ut animum ac studium conferamus in Deum: qui quoniam solus est in se ipso summum bonum, iure est præcipuo quodā ac singulari amore diligendus. Nec vero ex animo & uice potest amari Deus, nisi rebus ac naturis omnibus eius honor

& gloria preponatur. Bona enim & nostra, & aliena, & omnino omnia, quaecunque boni vocabulo nominantur, ab illo profecta summo ipsi bono cedunt. Quare ut ordine procederet oratio, Salvator petitionem hanc de summo bono principē & caput constituit petitionum reliquarum, docēs nos pius, quam ea, quæ nobis aut proximo cuique opus sunt, postulemus, quæ propria sunt Dei glorie, petere debere, ipsique Deo studium & desiderium eius rei nostrū exponere. Quo facte, manebimus in officio charitatis, qua docemur, & plus Deū, quā nos ipsos diligere: & primum petere, quæ Deo cupiamus: deinde, quæ nobis optemus. Et quoniam desideriū & petatio sunt earū rerum, quibus caremus: nec vero Deo, id est, eius natura fieri accessio potest, aut augeri vlla re diuina substantia, quæ inexplicabile in modum est omni perfectione cumulata: intelligendū est, extra haec esse, quæ à Deo, ipsi Deo petimus, & ad externā eius gloriam pertinere. Cupimus enim, & petimus ut Dei nōmē notius sit gentibus: ut eius regnum amplificetur: ut plures quotidie obediāt diuino numini. Quo tria, Nominē, Regnū, Obedientia, non in illo ipso sunt intimo Dei bono, sed assumuntur extrinsecus. Verū ut hæ petitiones, quā vim habeant, & quid valet, planius intelligatur, Pastoris erunt partes, monere fidelē populum verba illa, Sicut in coelo & in terra, ad singulas referri posse primarum trium postulationum, Sanctificetur nomen tuum, si-

est in cœlo & in terra: itē. Adueni ut regnū tuum si-
 tur in cœlo & in terra: si nūlter, Fiat voluntas tua
 sicut in cœlo & in terra. Cum autem petimus, vt
 sanctificetur nomen Dei: id sentimus, vt augeatur
 sanctitas & gloria diuini nominis. Quo loco Paro-
 chus animaduertet, ac docebit pios auditores, non
 id dicere Saluatorē, vt eodem modo sanctificetur in-
 terra: quo in cœlo, id est, vt amplitudine terrestris
 sanctificatio cœlestem exequet: hoc enim fieri nullo
 patro potest: sed vt ex charitate ex intimo animi stu-
 dio id agatur, et si verissimum illud est, sicuti est, diui-
 nun nomen per se sanctificatione nō egere, cum san-
 ctum & terrible sit, quemadmodum ipse Deus sua-
 pte natura sanctus est: neque ei vlla sanctitas, qua ab
 omni aeternitate prædictus non faerit, posset accede-
 re, tamen, quod in terris longe minori honore affi-
 citur, quam par est, nonnunquam etiam maledictis
 & nefarijs vocibus violatur, propterea cupimus ac
 petimus, vt laudibus, honore & gloria celebretur, ad
 exemplū laudum, honoris, & gloriae, quæ illi in cœ-
 lo tribuuntur: id est, vt sic honor & cultus in men-
 te in animo, in ore versetur, vt omni veneratione &
 intima, & externa prosequamur, omni celebritate
 excelsum, purum, & gloriosum Deum ad imitatio-
 nē supernorum ac cœlestium ciuiū complectamur.
 Ut enim cœlitus summa consensione gloria, & præ-
 dicione efferūt Deū, sic precamur, vt idē coīingat
 orbis terrarum, & omnes gentes Deum cognoscant,

Prīmæ peti-
tionis sentē-
tia.

Psal. 110.

Ephes. 5.

colant, & venerentur, ut nulli plane martales revertantur, qui non & suscipiant Christianam religionem, & se totos Deo dicantes, credunt ex eo omnem sanctitatis fontem existere, neque quidquam esse purum aut sanctum, quod non à sanctitate diuini nominis oriatur. Testatur enim Apostolus mandatam esse Ecclesiam in lanaero aqua, in verbo vita significat autem verbum vitae, nomen patris, & filii, & spiritus sancti in quo baptizamur & sanctificamur. Itaque quoniam nulla cuiusquam expiatio, nulla munditia & integritas esse potest, super quo non sit inuocatum diuinum nomen, cupimus & petimus à Deo, ut omne hominum genus, relictis impietate infidelitatis tenebris, ac radijs diuini luminis illustratu, huius vim nominis agnoscat, sic, ut in eō reverā querat sanctitatē & in nomine sancte & individua Trinitatis baptismi sacramentum suscipiens, ipsis Dei dextra perfectam vim sanctitatis cōsequatur. Pertinet vero optatum & postulatio nostra non minus etiam ad eos, qui flagitijs & sceleribus contaminati, puram baptismi integritatem & innocenciam stolam amiserunt: quare factum est, ut in illis miserrimiis suam iterum sedem impurissimus spiritus collocarit. Optimus igitur & precarius à Deo, ut in ipsis etiam sanctificetur nomen eius: ut ad cor, & ad sanitatem redeuntes sacramento pœnitentie redimant pristinam sanctitatem, sequi ipsos purū at sanctum Deo templum, ac domicilium præbeant. O-

TANUS

remus deniq^z, lumen vt suum Deus præferat omniū
mentibus: quo videre possint, omne datum optimum Iacob. 1.
&onne donum perfectum, descendens à patre lu-
minum, ad nos diuinitus esse delatum, quo temperā
tiam, iustitiam, vitam, salutem, omnia deniq^z, animi
corporis, externa, vita*lia* ac salutaria bona illi acce-
pererant: à quo quemadmodum prædicat Eccle-
sia, bona cuncta procedūt: si quid luce sua sol, si quid In orat. De
reliqua sydera motu & cursu prosunt hominum ge- min. 5. post
neri: si circumfuso hoc alimur spiritu. Si terra fru-
gum & fructuum ubertate vitam sustinet omnium
si opera magistratuū, quiete ac tranquillitate frui-
mūr: & hæc & huius generis bona innumerabilia
nobis suppeditat immensa Dei benignitas. Quin
etiam, quas philosophi secundas causas appellant,
interpretari debemus, mirabiliter effectas quasdam
& ad usum nostrum accommodatas Dei manus, qui
bus nobis sua bona distribuit, ac longe lateq^z, dis-
fundit. Quod autem maxime rem continet in hac
petitione, illud est, vt omnes, agnoscant, & veneren-
tur sanctissimam Iesu Christi sponsam, & paren-
tem nostram Ecclesiam: in qua una est fons ille am-
plissimus atque perpetuus ad eluendas & expian-
das omnes peccatorum sordes, unde hauxiuntur vni-
uersa salutis & sanctificationis sacramenta: quibus
quasi cœlestibus quibusdam fistulis in nos à Deo ille
sanctitatis ros & liquor effunditur, ad quam solam
& ad eos, quos suo sinu & gremio cōplexa est, perti-
net

net diuini illius imploratio nominis, quod unum sub
celo datum est hominibus, in quo oporteat nos sal-
uos fieri.

Acto. 4.

Verum Parochi maxime hunc locum urgere de-
bebunt boni esse filij, non solum patrem Deum oran-
verbis, sed rectam & actione conari, ut eluceat in
ipso sanctificatio diuini nominis. Utinam non essent,
qui cum oratione hanc Dei nominis sanctificatione
assidue postulerent, factis, quantum in ipsis est, illud vio-
lant atque contaminant: quorum culpa interdum ipsi
etiam Deus maledicitur. In quos dictum est ab Apo-

Roma. 1.

stolo: Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes.

Ezech. 36.

Et apud Ezech. legimus: Ingressi sunt ad gentes, ad
quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meum:
cum diceretur de eis: Populus Domini iste est, & de
terra eius egressi sunt. Qualis enim est vita, & vt
sunt eorum mores, qui religionem profitentur, sic de
religione ipsa, deque eius auctore religionis multitu-
do imperita iudicare solet. Quare quiviuunt ex Chri-
stiana religione, quia suscepérunt, & ad eius regulā
orationem & actiones dirigunt suas, magnam facili-
tatem præbent alijs laudandi nomen cœlestis paren-
tiis, & omni honore & gloria celebrandi. Nobis enim
ipsebas partes imposuit Dominus, vt illustribus vir-
tutis actionibus excitemus homines ad leudem &
prædicationem diuini nominis: ad quos loquitur in
hunc modum apud Euangelistam. Sic luceat lux re-

Matth. 5.

stra cora hominibus, vt videatis opera vestra bona, &
glori-
fi-

glorificet patrem vestrum, qui in caelis est. Et Princeps
Apostolorum: Conversationem vestram inter gentes, ha- 1.Pet. 2.
bentes bonam, ut ex bonis operibus vos considerantes
glorifiques Deum. Adueniat regnum tuum.

Regnum cœlestē, quod altera hac petitione postu-
lamus, eiusmodi est, ut eo referatur ac terminetur
omnēs angelij predicatione. Nam & inde exorsus
est ad penitentiam cohortari sanctus Ioannes Ba- Matth. 3.
pista dum penitentiam, inquit, agite: appropi-
quabit enim regnum cœlorum. Nec aliunde fecit ini-
tium sua predicationis Saluator humani generis: Matth. 4.
& in illo salutari sermone, quo beatitudinis vias di- Matth. 5.
scipulis in monte monstravit, tanquam proposito ora-
tionis argumento principium duxit à regno cœlo-
rum. Nam Beati, inquit, pauperes spiritu: quoniam
ipsorum est regnum cœlorum. Quin etiam eum re-
timere cupientibus, attulit illam causam necessarie
profectionis: Et alijs ciuitatibus oportet me Euan-
gelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. Hoc
idem postea regnum prædicare iussit Apostolos: & Luc. 4.
illi, qui se ire ad sepeliendum patrem suum velle di- Matt. 19.
xerat, respondit: Tu vade, annuncia regnum Dei.
Cum vero resurrexisset à mortuis, per illos quadra-
ginta dies, quibus apparuit Apostolis, loquebatur Lucæ. 8.
de regno Dei. Quare Parochi hunc secundum postu- Actuor. 1.
lationis locum diligentissime tractabunt, ut fide-
les audidores, quanto sit in hac petitione vis ac ne-
cessitas, intelligat. Primum autem ipsis ad rem sciē-
der

ter subtiliterq; explicandam magnam facultatem dabit ea cogitatio, quod, & si hec petitio coniuncta sit cum reliquis omnibus, eam tamen separatim etiam exhiberi iussurit a ceteris, ut quod petimus, summo studio queramus: inquit enim: *Querite primū regnum Dei, & iustitiam eius: & hac omnia adiicientur vobis.* Et quidem tanta vis & copia celestium numerum hac postulatione continetur, ut omnia complettatur, quae ad corpoream & spiritualem vitam tuendam sint necessaria. Quem autem regio nomine dignum dicemus, cui ea cura non sint, quae regni salutem contineant? *Quod si sunt homines de regni sui incolumente solliciti: quanta regem regum omnium cura & prouidentia tueri credendum est & vitam, & salutem hominum?* Hac igitur regni Dei petitio ne comprehensa sunt omnia, quibuscumq; in hac peregrinatione, vel exilio potius indigemus, quae concessurū se Deus benigne policetur. Nam statim illa subiunxit: *Et haec omnia adiicientur vobis.* Quibus omnino declarauit, se eum esse regem, qui generi hominum copiose omnia, largeq; suppeditat: in cuius infinita benignitatis cogitatione infixus David cecinit: *Dominus regit me: & nihil mihi deerit.*

Psal. 22.
Non tam
regnum pe-
tendū esse,
sed etiam in
eo quaren-
do operam
imponendā
esse.

Verum minime satis est, vehementer petere Dei regnum, nisi ad petitionem nostram adhibeamus omnia tanquam instrumenta, quibus illud queritur & inuenitur. Nam & quinque fatue virgines studiose illæ quidem petierunt ad hanc modum

Domine

Domine Dñe aperi nobis: veruntamen, quod illius Matt. 29. 7
 postulationis presidui non haberent, exclusæ sunt:
 nec iniuria: est enim illa Dei ore pronunciata senten-
 tia: Non omnis: qui dicit mihi, Domine Dñe, intra-
 bit in regnum cœlorum. Quāobrē hauriet animarū
 curatores sacerdotes ex vberrimis diuinarū litera-
 rum fontibus ea, quæ fidelibus desiderium studiūque
 cōnoueant regni cœlorū, & calamitosam status no-
 stri conditionem illis ob oculos ponat: quæ sic eos affi-
 riāt, ut respicientes & colligentes se, in memoriam
 redeant summe beatitudinis & inexplicabilium bo-
 norū, quibus redundat æterna Parentis Dei domus. Misera vite
 Exules enim sumus, & plane eius loci incole, in præsentis cō-
 quo habitant dæmones: quorum o lumen nos nulla dīctio.
 ratione mitigari potest. Nam sunt infestissimi & im-
 plabiles in genus humanum. Quid domestica inte-
 stinaque prælia, quæ inter se corpus & anima, ca-
 ro & spiritus assidue gerunt? quibus perpetuo ti-
 mendum est, ne concidamus: timendū autē, immo ve-
 ro statim concideremus, nisi propugnaculo diuina
 dexteræ defendemur. Quam vim miseriārum cū Rom. 7.1
 sentiret Apostolus, Infelix, inquit, ego homo, quis
 me liberabit de corpore mortis huius? Hec infeli-
 citas nostri generis, quanquam per se cognoscitur,
 tamen ex contentione reliquarum naturarum &
 creatarum rerum facilius intelligi potest. In illis
 suerionis siue etiam sensus expertibus raro fie-
 ti videmus, ut aliqua natura à proprijs actionibus
 à sen-

à sensu, vel motu in isto declinet sic, ut à proposito & constituto sine deflectat. Hoc apparet in bestijs aggressibus, in antibus, volucribus, ut res declaratione non egeat. Quod si cælum suspexeris, nonne verisimum id esse intelligis, quod à David edicatum est? In aeternū, Dñe, verbū tuum permanet in cælo: Nempe illud

Psal. 118. continent motu & perpetua conuersione fertur, ut ne minimum quidē à proximitate diuinitatis lege discedat. Si terram & reliquam yniuersitatem consideres, facile vides aut nulla, aut exigua ex parte deficere. At miserrimum hominum genus sepiissime labitur, raro, quæ recte sunt cogitata, persequitur plerumque suscepias bonas actiones abiicit atque contemnit, quæ modo placuerat optima sententia, subito despiciet, & illa reiecta ad turpia consilia, sibiique perniciose delabitur. Quenam igitur est huic inconstantiæ miseriæque causa? Contemptio plane diuini afflatus. Cladimus enim aures Diemonitis, oculos tollere nolumus ad ea, quæ nobis inimica diuinitus proscruntur, nec cælestem patrem salutariter præcipitatem audiimus. Quare huc incumbendum erit Parochis, ut & misericordie oculis subiçiant fidelis papuli, & coimmembrent causas miseriaturum, & remediorum vim ostendat, quæ rationabilem illis facultati non deerit, cōparata ex viris sanctissimis, Ioāne Chrysostomo & Augustino, maxime vero ex ijs, quæ in symboli expositione possumus. Nam illis cognitis, quis erit è facinorosorum hominum

num numero, quin adsumēto Dei gratia preeuntis, Luc. 15.
euangelico illo prodigi filij exemplo conetur exur-
gerē & erigere se, atque in cœlestis regis patrisq;
conspectum venire?

His explicatis, quæ sit fidelium fructuosa petitio, De qua uox
aperient, quid sit, quod bis verbis à Deo postulemus regni Dei si
presentim cum vocabulum regni Dei multa signifi- gnificationi
cer: quorum declaratio & ad reliquam scripture in- bus.
telligentiā nō erit inutilis, & est ad huius cognitio- Prima.
nem locinecessaria. Communis igitur quædā regni
Dei significatio, quæ frequens est in diuinis literis,
est non solum eius potestatis, quam habet in omnē ho-
minē rerumque vniuersitatē, sed etiam prouidentiæ
qua cuncta regit & moderatur. In manu enim eius
inquit Propheta, sunt fines terræ. Quibus finibus
intelliguntur etiā, quæ occulta sunt & abdita in inti- Psal. 94.
misteriis ac rerū omniū partibus. In hanc senten-
tiā Mardochæus loquebatur illis verbis: Dñe Deus
rex omnipotens: in ditione enim tua cuncta sunt po- Hester. 13.
sita, & non est, qui possit tuæ resistere voluntati Dñs
omniū es, nec est, qui resistat maiestati tuæ. Item Dei
regno declaratur precipua illa ac singularis prou-
identiæ ratio, qua Deus pios & sanctos homines tne- Secunda.
tur & curat. De quo propria & eximia quædā Dei
cura dictū est illud à Davide: Dñs regit me, & nihil Psal. 22.
mibi deerit. Tu ab Isaia: Dñs rex noster, ipse salua-
bit nos. In qua Dei regia potestate etiā precipua Isa. 33.
ratione sunt in hac vita ijs, quos diximus, sancti ac

Iean. 18.

pij homines: tamen monuit Pilatum ipse Christus
 Dñs, regnū suū non esse ex hoc mundo, hoc est, nimi-
 me ex hoc mando, qui & conditus est, & i: teritu-
 ras, orā habere. Nā eo, quē diximus, modo domina-
 tur imperatores, reges res publice, duces, omnesque y
 qui vel experti, ac delecti ab hominibus pr̄sunt ci-
 uitatibus atque prouincijs: vel per vim & iniuriam
 dominatiū occuparūt: Christus autē Dñs constitutus
 est rex à Deo, vt ait Prophetā: cuius regnū, ex Apost.
 sentētia, iustitia est: inquit enim: Regnū Dei est iu-
 stitia, & pax, & gaudium in spū sancto. Regnat autē
 in nobis Christus Dñs per virtutes intimas, fidem,
 spē, charitatē, quibus virtutibus regni quodā modo
 partes efficiuntur, & Deo peculiari quadam ratione
 subiecti, ad eius cultum ac venerationē cōsecramur:

Galat. 2.

vt, quēadmodū dixit Apost. Vino autē iā nō ego: vi-
 uit vero in me Christus, ita nobis dicere liceat: Re-
 gno ego, iam non ego: regnat vero in me Christus. Id
 autē regnū iustitia dicitur, qui à Christi Dñi iusti-
 tia cōstitutū est. Ac de hoc regno sic loquitur apud
 S. Lucā Dñs: Regnū Dei intra vos est. Nam etiā Iesus
 Christus per fidē regnat in omnibus qui gremio ac si-
 nu sanctissimis matris Ecclesiae continentur, preci-
 puo tamē modo regit eos, qui pr̄stanti fide, spē, &
 charitate prediti, se, tanquā pura quædam. & viua
 membra Deo pr̄bherunt, & in his Dei gratia re-
 gnū esse dicitur. Est vera etiā Dei glorie regnum
 illud, de quo Christum Dominum apud sanctum

Luc. 17.

Quarta.

Mat-

Matthaeum loquètem audiimus: Venite benedicti p[er] a Matth. 22.
 tris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutio
 tione mundi. Quod idem ab eo regnum apud sanctū
 Lucā latro admirabiliter, sua scelerata cognoscens Luc. 23.
 expetebat in hunc modum: Domine memento mei
 cum veneris in regnum tuum. Sanctus etiā Ioannes
 meminit huius regni: Nisi quis renatus fuerit ex
 aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. Ioan. 3.
 Meminit item Apostolus ad Ephesios: Omnis fornica- Ephel. 5.
 tor, aut immundus, aut auarus (quod est idolorū ser-
 uitus) non habet hereditatem in regno Christi &
 Dei. Eodem pertinet aliquot similitudinis Christi
 Domini, loquentis de regno celorum. Necesse est au-
 tem, prius ponere regnum gratiae. Neque enim fieri Matth. 13.
 potest, vt in illo regnet Dei gloria, nisi eiusdem gra-
 tia in illo regnarit. Est vero gratia ipsius sententia
 Salvatoris fons aquæ salientis in vita aeternā. Glo- Ioan. 4.
 riam autem quid esse dicemus, nisi gratiam quan-
 dam perfectam & absolutam quamdiu enim fragili
 hoc & mortali corpore vestiti sumus, dum in hac
 eca peregrinatione & exilio vagi & imbecilles ab
 sumus a Domino sepe labimur & cadimus, abiecti
 regni gratiae adminiculo, quo nitebamur: cū autē re-
 gni glorie, quod perfectū est, lux nobis illuxerit, fir-
 mi ac stabiles per petuo cōsistemus. Omne enim & vi-
 tū & in cōmodū exhaurietur, omnis infirmitas con-
 firmata & chorabitur: ipse dēnig[er] nostra in anima &
 in corpore regnabit De[us]. Quæres v[er]berius in Symbolo

tractata est, cum de resurrectione carnis ageretur.

Quæ hac p[ro]p[ter]e His igitur expositis, quæ cōmunem regni Dei sententiam declarant, quid sibi h[ab]et p[ro]p[ter]itio proprie regulantur. lit, dicendum est. Petimus autem à Deo ut regnum Christi, quod est Ecclesia, propagetur, ut se ad fidem Christi Domini, & ad accipiendam veri Dei cognitionem conuertant infideles, & Iudæi, & schismati ci, ac hæretici redeant ad sanitatem & ad Ecclesiæ Dei communionem, à qua descierunt, reuertantur ut compleatur & ad exitum perducatur, quod Isaie ore dixit Dominus: Dilata locum tētorij tui, & pelle tabernaculorum tuorum extende, longos fac funiculos tuos, & clausos tuos consolida, ad dexteram enim, & ad lœuam penetrabis: quia dominabitur tui qui fecit te. Et idem. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui: leua in circuitu oculos tuos, & vide omnes isti, congregati sunt, ve nerunt tibi: filij tui de longe venient, & filiae de latere surgent. Verum quia sunt in Ecclesia, qui verbis confitentes Deum, factis negantes deformaram fidem p[re] se ferant, in quibus propter peccatum dæmon habitat, ac dominatur tanquam in proprijs domicilijs: petimus etiam, ut ad eos veniat regnum Dei, quo illi, peccatorum discussa caligine, & radijs diuinæ lucis illustrati, restituantur in filiorum Dei pristinam dignitatem, ut omnibus ē suo regno, cœlestis parens, sublati hæreticis atque schismaticis, ecclesijs offenditionibus, ac scelerum canis, aream

Isal. 54.

Isal. 60.

Tit. 1.

aream purget Ecclesiæ, quæ Deo cultum pie sancte j,
adhibendo quieta ac tranquilla pace perfruatur. Pe-
timus denique, ut solus in nobis viuat, solus regnet
Deus: ne sit post hac morti locus, sed ut illa absorbe-
tur in victoria Christi Domini nostri, qui disiecto,
ac dissipato omni hostium principatu, potestate &
virtute suo omnia subiiciat imperio.

Erit autem curæ Parochis, ut (quod postularat hu-
ijs ratio petitionis) fidem populum docant, qui-
bus cogitationibus & meditationibus instructus, has
pie Deo preces facere possit. Ac primum hore a-
buntur, ut vim ac sententiā intueatur illius similitu-
dinis à Saluatore introducte: Simile est regnum cœ-
lorum thesauro abscondito in agro: quem qui inue-
nit homo, abscondit & prægaudio illius vadit, & ven-
dit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum. Nam
qui nouerit Christi Domini diuitias, is p̄æ illis om-
nia contemnet, huic facultates, opes potentia sorde-
scunt, nihil enim est quod illi summo pretio copiarari:
imo vero quod in conspectu eius stare possit. Quare
quibus id nosse cōtigerit, exclamabūt illi, ut Aposto-
lus: Omnia detrimentū feci, & arbitror ut stercora,
n̄ Christū lucrifaciā. Hec est illa insignis Euāgelij
margarita, in quā qui pecunia, ex omnī bonorum
vēditione redactam, erogarit, is beatitudine fruetur
sempiterna. O nos fēlices, si tantum luminis nobis
preferret Iesus Christus, ut illam videre possemus
diuinę gratiā margaritam, qua ipse regnat in suis.

Match. 13.

Philip. 3.

Matth. 31.

Nam & nostra omnia, & nos ipsos venundaremus
ut emptam illam tueremur. Tunc enim deniq^s nobis
id non dubitanter dicere liberet: *Quis nos separabit*

Rom. 8.

à charitate Christi? præstante vero regni gloria ex-
cellentiam, si qua sit scire volumus, eandem de illa &
Prophetæ & Apostoli vocem atque sententiam au-
diamus: Oculus nō vidit, neque auris audiuit, neque
in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus ihs qui
diligunt illum. Proficiet autem ad impetrandum maxi-
me, quod petimus, si, qui sumus, ipsi nobiscum repute-
mus, id est, Adam progenies iure è paradiſo electi &
exiles, quorum indignitas ac peruersitas summum

Dei odium, ac sempiternas paenas postularet, Qua-
re demissotum & abiecto animo sumus oportet. No-
stra etiam erit plena Christianæ humiliatioratio:
& omnino nobis ipsi diffidentes illius more Publica-

Luc. 18.

ni confugiemus in Dei misericordiam: totumq^s eius
benignitati tribuentes ipsi gratias agemus immor-
tates, qui nobis suum spiritum sit elargitus, quo fre-
ti clamare audeamus, Abba pater. Suscipiemus etiā

Rom. 8.

illam curam & cogitationem, quid agendum, quid
contra vitandum sit, ut ad cœleste regnum perueni-

a Matt. 13.

re possimus. Non enim à Deo ad otium & ad iner-

b Mat. 19.

tiam vocati sumus: quimodo inquit: Regnum calo-

rum vim patitur, & violenti rapiunt illud: &, b Si

vis ad vitam ingredi, serua mandata. Itaque non est

satis, petere regnum Dei, nisi suum ipsi etiam studium

& operam adhibeant homines. Nam adiutores sint

oportet

oportet & ministri Dei gracie in eo tenendo cur-
su, quo peruenitur in cœlum. Nunquam nos deserit
Deus, qui nobiscum se futurum perpetuo pollicitus
est, vnum, ut nobis videndum sit, ne Deū & nos ipsos
deseremus. Ac Dei quidem sunt in hoc Ecclesia reg-
no omnia, quibus & vita tueretur hominum, & sa-
luem perficit sempiternam, & que sub aspectum
non cadunt, angelorum copia, & plenissimum vir-
tutis cœlestis visibile hoc munus sacramentorum.
In his tantum nobis praesidij est diuinitus constitu-
tū, ut non modo ab acerrimorum hostium regno tu-
nus esse sed ipsum etiam tyrannū, eiusque nefarios fa-
tellites prosternere & conculcare possimus. Qua-
re vehementer ad extremum petamus à dei spiritu,
nos ut omnia iubeat è sua voluntate facere: Satana
solat imperium, nullum ut in nobis summo illo die
potestatem habeat: ut vincat & triuixiphet Christus
ut rigeant eius leges toto orbe terrarum, ut decretis
seruentur: nullus ut proditor aut desertor eius sit sed
tales se prebeant omnes, ut in regis Dei conspectum
non dubit anter veniant, & confituta illis ex omni
eternitate possessionem adeat regni cœlestis, ubi bea-
tum Christo sempererno anno fruatur.

Fiat voluntas tua.

Cum à Christo Domino dictum sit: Non omnis.
qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum
cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei, qui
in celis est, ipse intrabit in regnum cœlorum: quicunq;
Mart. 7.

1. Cor. 3:
Matt. 28.

in illud cœleste regnū peruenire cupiunt, id à Deo petere debent, ut fiat voluntas eius. Quamobré hac Necessitas loco posita petitio est statim post regnū cœlestis po-
huius peti-
stulationē. Ut autē intelligat fideles, quā necessariū
id nobis sit, quod hac prece postulamus, quantāque
vim salutariū munerū ex eius impetratiōe cōsequa-
mur, demōstrabunt Parochi, quibus miserijs & en-
nis oppressum fuerit hominum genus propter pec-
catū primi parentis. Nam à principio Deus proprij
boni appetitiōe creatis rebus ingenerabit, ut natu-
rali quadam propensione suū quererent & expete-
rent finē, à quo illæ nunquā, nisi obiecto extrinsecus
impedimento, declinant. Hæc autem initio fuit in ho-
mine expetendi Deū, suæ beatitudinis auctorem pa-
rentemque, eo præclarior & præstantior vis, quod
is compos esset rationis atque consiliij. Sed hunc a-
morem sibi naturaliter ingenitum, cum reliqua na-
ture rationis expertes conseruassent, que vt initio
procreata fuerunt natura bonæ, sic in eo statu &
conditione mäserunt, hodieque manet: miserū homi-
nū genus cursum nō tenuit: nō solū enim illa bona iu-
stitia originalis amisit, quibus à Deo supra natura

Psal. 52

Gene. 8.

suæ facultatē auctū ornatūque fuerat, sed etiam in-
situm in animo præcipuum virtutis studium obscu-
rauit. Omnes, inquit, declinauerunt, simul iniu-
iles facti sunt. Nō est qui faciat bonum, non est usque
ad unum. Num sensus & cogitatio humani cordis in
malū pron. sunt, ab adolescentia sua: ut inde facile
intelligi.

intelligi possit, neminem per se salutariter sapere, sed omnes ad malū esse propensos, innumerabilesque esse hominū prauas cupiditates, dum proclues sunt & flagrantis studio feruntur ad iram, ad odium, ad superbiā, ad ambitionem, ad omne fere malorū genus. Quibus in malis quanquam assidue versemur Rom. 7.
 tamen, quæ summa est nostri generis miseria, permulta ex illis sunt, quæ nobis minime mala videantur, quæ res insignem arguit hominum calamitatē, qui cupiditatibus ac libidinibus obcecati non videantur quæ salutaria opinantur, plerumque esse pestifera, imo vero ad illa perniciosa mala, tanquam ad opabile & expedendum bonum rapiantur præcipites, ab ijs, quæ vere bona sunt & honesta, tanquam à contrarijs rebus abhorreant. Hanc opinionem, cor-
 ruptumque iudicium detestatur Deus illis verbis: Væ
 qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponen-
 tes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes a-
 marum in dulce, & dulce in amarū. Itaque nostris
 vt subyiciant oculis nostras miserias, comparant nos
 diuina litera ijs, qui verum gustandi sensum amise-
 runt: quare sit, vt à salubri virtu alieni sint, appetat
 que contrarium. Cum agrotis præterea nos confe-
 tur, vt enim illi nisi morbū depulerint, savorū &
 integrorū hominū officia ac munera obire non pos-
 sunt: sic nos actiones, quæ Deo gratae sint, suscipere
 sine diuina gratia adiumento nequimus. Quod si qua-
 di sic affecti assequimur, leuia illa sunt, & quæ ad co-

sequendam coelestē beatitudinē parum vel nihil meti habent. At Deum, ut pars est, amare, & colere, quod maiusquidam & altius est, quā ut nos humistrati id humanis viribus assequamur, nunquam perimus, nisi adminiculo diuinae gratiae subleuemur.

Quanquam aptissima est etiam illa comparatio ad significandam misericordiam humani generis conditionem, quod similes esse dicimur puerorum, qui suo relictū arbitrio temere mouentur ad omnia: pueri in qua sumus & imprudentes ludicris sermonibus & inanibus actionibus dediti si à diuino praesidio deseramur. Sic enim nos obiurgat Sapientia: Usquequo paruuli diligitis infantiam & stulti ea quae sibi sunt noxia cupient? Et in hunc modum hortatur Apostolus, Nolite pueri effici sensibus. Et si maiori in inanitate & errore versamur, quam illa puerilis etas: cui tamen abest humana prudentia, ad quam tamē per se tempore potest peruenire: cū ad diuinā prudentiam, quae ad salutē necessaria est, nos nisi Deo auctore & adiutorie, aspirare non possimus. Nisi enim presto nobis sit Dei auxilium, rejectis ijs, quae vere sunt bona ad interitum ruimus voluntarium. Ac si quis, discussa

Prouer. 1.

2. Cor. 14.

diminitus animi caligine has videat hominum miseras, & sublatu stupore senti. at legem membrorum, ac sensus cupiditates, spiritui regugnantes recognoscat, om̄neq; despiciat naturę nostrę propensionem ad malum: qui poterit non ardeti studio opportunū tanto huic male, quo natura vultio premimur, remedium

dium querere salutaremque illam regulam expetere
ad quam Christiani hominis vita dirigenda & con-
formanda sit?

Hoc igitur illud est, quod imploramus, cum ita pre-
camur Deum. Fiat voluntas tua. Cum enim obie-
cta obedientia, & Dei voluntate neglecta, in has mi-
serias inciderimus, unum illud tantorum malorum re-
medium nobis diuinus propositum est, ut ex Dei vo-
luntate, quam peccando contempsimus, aliquando
viam amus, omnesque cogitationes & actiones nostras
ea regula metiamur: quod ut asequi possimus, suppli-
citer illud a Deo petimus. Fiat voluntas tua. Id ve-
ro illud etiam vehementer petendum est, in quorum
animis iam regnat Deus, qui que iam sunt radiis di-
uni luminis illustrati: cuius gratiae beneficio, Dei ob-
temperent voluntati. Quibus licet ita comparatis **Luc. 1. & 4.**
proprietas tamen cupiditates aduersantur propter pro-
clivitatem ad malum, insitam in hominum sensibus
ut etiam si tales simus magnum tamen hoc loco no-
bis periculum sit a nobis ipsis, ne abstracti & ille-
cti a concupiscentiis, que militant in membris no-
stris, iterum de salutis via deflectamus. De quo **Matt. 20.**
nos periculo Christus Dominus admonuit illis ver-
bis: Vigilate & orate, ut non intretis in tentatio-
nem: spiritus quidem promptus est, caro autem infir-
ma. Non enim est in homini potestate, ne in eius qui-
dem, qui per Dei gratiam est iustificatus, ita domi-
tos habere carnis affectus, ut nunquam illi postea
exciten-

Roma.7. excitentur: quippe cum eorum, qui iustificati sunt, mentem sanet Dei gratia, nō etiam carnem: de qua illud scripsit Apostolus: Scio enim, quia non habitat in me hoc est, in carne mea bonū. Nam ut semel primus homo iustitiam originalem, quo tāquam frāno quodam cupiditates regebantur, amisit, minime eas postea ratio ita continere potuit in officio, ut ea non appeterent, quae etiam rationi repugnant. Itaque in ea hominis parte peccatum, id est, peccati fomite habitare scribit Apostolus, ut intelligamus eum non ad tempus, quasi hospitem diuersari apud nos, sed quam diu viuimus tanquam incolam nostri corporis in domicilio membrorum hærere perpetuo. Ergo domestis & intestinis hostibus assidue oppugnati facile intelligimus, configendum esse ad Dei auxilium, pertendumq; ut sit in nobis voluntas eius.

Voluntatis Iam vero faciendum est, ut sciānt fideles, quae sit nomineque huīus petitionis vis, quo loco, multis omissis, que à dō hoc loco cō p̄t̄oribus scholasticis de Dei voluntate vtiliter & comprehendantur.

pro piose disputantur, voluntatem hic accipi dicimus pro ea, quam signi appellare solent, hoc est, pro eo, quod Deus à nobis fieri aut caueri iusserit aut monuerit. Quare voluntatis nomine hoc loco comprehensa sunt vniuersa, quae nobis ad cœlestem beatitudinem comparandam proponuntur, siue illa ad fidem, siue ad mores pertineat: omnia denique, quæcunque nos Christus Dominus per se, vel per Ecclesiastim suam facere aut imperarit, aut prohibuerit: de qua

qua voluntate ita scribit Apostolus: Nolite fieri imprudentes: sed intelligentes, quae sit voluntas Dei. Ephes. 5. 1. Pet. 2.
 Cum igitur illud precamur, Fiat voluntas tua:
 petimus in primis nobis, ut Pater cælestis facultatem
 concedat obtemperandi diuinis iustis & inseruendi
 ei in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris:
 ut ad nutum & voluntatem eius omnia faciamus: ut
 ea colamus officia, de quibus in sacris literis admo-
 nemur: ut ipso duce & auctore reliqua omnia pra-
 stemus, quæ eos decent, qui non ex voluntate carnis
 sed ex Deo nati sunt, exemplum Christi Domini se- Ioan. 1.
 cuti, qui factus est obediens usque ad mortem, mor- Philip. 2.
 tem autem crucis, ut paratissemus omnia perpeti po-
 tius, quam vel minimum ab eius voluntate discede-
 re. Nec vero quisquam est, qui huius studio & amo-
 repetitionis flagret ardenter, quam is, cui conces-
 sum sit, ut summam eorum dignitatem intueatur,
 qui Deo obediunt. Idem enim illud verissime dici
 intelligit: Seruire Deo & illi obedire, regnare esse.
 Quicunque, inquit Dominus, fecerit voluntatem Matth. 22.
 patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror,
 & mater est, hoc est, cù illos sum omnibus amoris &
 benevolentiae vinculis coniunctissimus. Nemo fere-
 est ex viris sanctis, quin præcipuum huius petitio-
 nis munus à Deo vehementer postularit: ac præcla-
 ra quidē omnes, sed varia persæpe oratione usi sunt:
 in quibus mirificum & suauissimum Davidem vide Psal. 1. 2.
 mus illud variè postulantem. Modo enim inquit:

Vtinam

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Interdum: Deduc me in semitam mandatorum tuorum, Nonnūquam: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia. Huc pertinent illa: Da mihi intellectum, ut discam mandata tua. Iudicat tua doce me: da mihi intellectum, ut sciam testimoniata tua. Sepe alijs verbis eadem tractat versatq; sententiam. Qui loci diligenter animaduertendi sunt, & fidelibus explicandi, ut quanta sit in prima huius petitionis parte vis & copia salutarium rerum omnes intelligat.

Galat. 5.

Secundo loco, cum illud precamur, Fiat voluntas tua: detestamur opera carnis: de quibus scribit Apostolus: Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt fornicatio, inimicitia, impudicitia, luxuria &c. Et Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Petimusq; ne sinat Deus ea nos perficere, quæ sensus, quæ cupiditas, quæ imbecillitas nostra suaserit, sed ut nostra voluntatem sua voluntate moderetur. Alieni sunt ab hac voluntate voluptarij homines, qui in terrenarum rerum cura & cogitatione defixi sunt. Feruntur enim libidine præcipites ad potius, quod concupierunt, & in illo fructu præua cupiditatis felicitatem ponunt, ut beatum etiam esse dicant, qui, quodcunque optarit, consequatur. Nos contra petimus à Deo, ut ait Apostolus, ne carnis curam facimus in desiderijs, sed ut fiat voluntas eius. Etsi nō facile adducimur, ut precemur Deum, ut cupiditatibus

Rom. 13.

nosfris

nostris non satisfaciat. Habet enim difficultatem hæc
animi inductio: quod ipsi quodammodo, id petentes, nos
videmur odisse: quod etiam stultitia tribuunt igitur, quia to-
ti herent in corpore, sed nos stultitia famam subea- Matt. 6.
mus libenter Christi causa, cuius est illa sententia: Si Luc. 9.
quis vult post me venire, abneget semetipsum, pre-
sertim cum sciamus, multo præstare id optare, quod
rectum, iustumque sit, quam illud assequi, quod à
ratione, à virtute, à Dei legibus sit alienum: & certe
deteriore loco is est, quicumque ad id peruenit, quod
temere ac libidinis impulsu cupiebat, quā quā, opti-
me quod optauit, non assequitur. Quāquā nō id mo-
do petimus, ne concedatur nobis à Deo, quod ipsi no-
stra sponte cupimus, cum studiū nostrū depravatum
esse constat, sed ne id etiam detur, quod sua forē, & im-
pulsore Damone, simulato lucis angelo, tanquam bo-
nū interdū postulamus. Rectissimum illud Principiis
Apostolorum studiū videbatur, pietatisque plenissi-
mum, cum Dominum à consilio prosciscendi ad mor-
tem auocare conabatur, & tamen eum, qui huma-
nis sensibus, non diuina ratione ducebatur, Domi-
nus acriter obiurgavit. Quid amentius in Domi-
num videtur eo postulari potuisse, quod sancti viri
Iacobus, & Ioannes, illis irati Samaritanis, qui
magistrum hospicio accipere noluissent, ab eo petie-
runt, ut iuberet igne à cælo descendere, qui durcili-
los, & in humanos absumeret. At à Christo Dño re-
prehensi sunt illis verbis: Nescitis, cuius spiritus estis.

Luc. 9.

Filius

Luc. 9.

Filius enim hominis non venit animas perdere, sed
saluare. Neque vero solū cū quod cupimus, malum
est, aut mali speciem habet. Deum precari debemus,
vt fiat voluntas eius, sed etiam, cum re vera malum
non est: veluti cū voluntas sequitur primā illam na-
ture inclinationem, vt appetat ea, qua naturā con-
seruant: & rejiciat, qua ei contraria videātur. Quo
circa, cum in eum locum ventum est, vt aliquid pete-
re velimus huius generis: tum vero dicamus ex ani-
mo. Fiat voluntas tua, imitemur illum ipsum, à
quo salutem & salutis disciplinā accepimus: qui cū
naturaliter insito cruciatum, & acerbissimae mor-
tis timore cōmoueretur, tamen in illo horrore sum-
mi doloris suam ad Dei patris retulit voluntatem:
Non mea, inquit, voluntas, sed tua fiat. Sed mirabi-
liter deprauatum est hominum genus: qui cum vim
etiam sue attulerint cupiditatē, eamque diuinæ volū-
tati subiecerint, tamen sine Dei auxilio, quo à malo
protegimur, & in bonum dirigimur, peccata vitare
non possunt. Ergo consugiendum est ad hanc pre-
cationem, & petendum à Deo, vt in nobis ipse institu-
ta perficiat, vt exultantes cupiditatis motus cōpri-
mat, vt appetitus rationi obedientes efficiat, vt nos
denique totos ad suam conformet voluntatem. Pre-
camur etiam, vt Dei voluntatis cognitionē totus or-
bis terrarum accipiāt: quo diuinum mysterium, ab-
sconditum à sacerulis & generationibus, notū ac per-
ulgatum sit apud omnes.

Luc. 23.

Colos. 2.

For-

Formam præterea & præscriptionem huius obedientie postulamus ut videlicet ad eam regulâ direetur, quia in celo & seruant beati angeli, & collit reliquias cœlestium animarum chorus, ut quæ admodum illi sponte & summa cù voluptate obediunt diuinis nūmini, sic nos Dei voluntati, quomodo ipse maxime vult, libentissime pareamus & vera in opera & studio quod Deo natus, summum à nobis amore Deus, & eximia charitatē requirit ut, etiā si spes cœlestiū præmiorū totos nos ei dicozuerimus, tamen ideo illa speremus, quod, vi in eā spem ingredieremur, placuit diuine maiestati. Quare tota nitatur illo in Deum amore nostræ spes, qui mercede amori nostro proposita aeternā beatitudinē. Sunt enim qui amanter alii cui seruant, sed tamē pretij causa, quo amore refertunt. Sunt præterea qui rāntummodo charitate & pietate cōmoti, in eo, cui dant operā nihil spectant, nisi illius bonitatem atque virtutē, cuius cogitatione & admiratione se beatos arbitrantur, quod ei sumū officium prestare possint: & hanc habet sententiā illa appositio, Sicut in celo & in terra. Maxime enim nobis enitendum est, ut Deo simus obedientes, quemadmodum beatas mentes esse diximus, quorum laudes in illo summae obedientiae mu- Psal. 112.

nere obediendo, eo psalmo persequitur David: Be- Alia B. Cy-
nedicite Domino omnes virtutes eius, ministri eius pra. horum
qui facitis voluntatē eius. Quod si quis S. Cypriat verborū in-
nūsecutus, sic illa interpretatur, ut dicat: In celo terpretatio.
a S. Cypria.

In orationē in bonis & p̄ys: in terra, in malis & imp̄js: nos vera dominicam otiam eius sententiā comprobamus: vt pro cælo spiritus pro terra caro intelligatur: vt & omnes, & omnia in omnibus Dei voluntati obediant. Gratiarum itē actionem continet h.e.c petitio. Veneramur enim eius sanctissimā voluntatē, & maximo perfusi g. uido summis laudibus & gratulationibus omnia eius opera celebramus, qui certo sciamus eū omnia beneficisse. Cum enim constet, esse omnipotentē Deū: necessario sequitur, vt omnia eius nutu facta esse intel ligamus: cum vero etiam ipsum sicuti est, summū bonum esse affirmemus, nihil ex eius operibus non esse bonū, cum omnibus ipsi suā impertuerit bonitatē,

Rom. 11. *consitentur. Quod si in omnibus diuinam rationem non assequimur, in omnibus tamen & ambigui causa neglecta & rejecta: on: ni hesitatione, illud Apostoli profitemur inuestigabiles esse vias eius. Sed ob id maxime etiā Dci rolutatem colimus, quod ab eo cœlesti lumine dignati sumus. Ereptos enim de potestate tenebrarū, trāstulit in regnum filij dilectionis sua. Sed vt extremo loco id explicetur, quod ad meditationem pertinet huius petitionis, redeundū est ad id quod initio attigimus, debere fideliē populū in huius pronuntiatione petitionis esse demisso & humili animo, reputantem secum eam, quæ in natura est insita, cupiditatum vim, diuinę voluntati repugnantem, cogitantē se in eo officio vinci à naturis omnibus: de quibus ita scriptum est: Omnia seruiunt tibi:*

Colos. 1. *maxi-*

Psal. 118.

maximeq; imbecillem esse, qui nullum opus Deo gratum non modo non perficere, sed ne instituere quidē possit, nisi Dei adiumento subleuetur. Quoniam vero nihil magnificenter est, nihil præstantius, quam ut diximus, Deo seruire, & vitæ ex eius lege ac præceptis agere: quid optabilius esse potest homini Christiano, quam ambulare in vijs Domini, quem nihil agitat animo, nihil actione suscipere, quod à diuina voluntate abhorreat? ut vero eam exercitationem capiat, & illud institutum teneat diligentius, per at ex diuinis libris exempla eorum, quibus, cum illi cōsiliorum suorum rationem non retulissent ad Dei voluntatem, omnia male ceciderunt. Moneretur postrem fideles, ut in simplici & absoluta Dei voluntate acquiescant: ferat aequo animo conditionem suam, qui sibi inferiori loco videtur esse, quam eius dignitas postulet: ne deserat ordinem suum, sed in ea vocatione maneat, in qua vocatus est, & proprium iudicium subiectat Dei voluntati, qui nobis melius consuit, quam ipsi optare possumus. Si angustia rei familiaris, si corporis valetudine, si persecutionibus si alijs molestijs & angoribus pre:nimur, certo statuendum est, nihil horum sine Dei voluntate, que summa omnium ratio est, nobis accidere posse: ideoq; non debet nos grauius commoueri, sed invicto animo ferre, semper illud in ore habentes, Domini voluntas sit: & illud beati Job: Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.

Panem nostrum quotidianum
da nobis hodie.

Quarta petitio, & reliqua deinceps, quibus anima & corporis subsidia proprie ac nominatim postulamus, ad superiores petitiones referuntur, Habet enim hunc ordinem ac rationem precatio dominica ut postulationem rerum diuinarum consequatur earum petitio, que ad corpus, & ad hanc vitam tuendam pertinent. Nam ut ad Deum, tanquam ad ultimum finem, referuntur homines: sic humanae vitae bona ad diuinam eadem ratione diriguntur. Que quidem ideo optanda ac petenda sunt, vel quod ita diuinus ordo postulat, vel quod illis adiumentis ad diuinorum honorum adoptionem indigemus, ut iesus administracis propositum fine consequamur qui regno & gloria caelestis patris, atque iesus preceptis colendis seruandisq; continetur, quae Dei voluntas esse non ignoramus, quare omnem vim & rationem huius petitionis ad Deum, eiusque gloriam referre debemus. Praestabunt igitur suum officium parochi fidelibus auditoribus, ut intelligant in iesu petendis, quae ad usum ac fructum pertinent rerum terrenarum, esse intendendum animum ac studium nostrum ad Dei prescriptionem, nec inde illa ex parte declinandum. Nam in eo, quod scribit Apostolus: Quid oremus, sicut oportet nescimus: maxime peccatur his postulationibus terrenarum & caducarum rerum. Ergo petenda sint bona haec, ut oportet: ne perpera aliquid postulantes, responsum illud a Deo ferant.

feramus: Nescitis quid petatis. Erit autem certa iudicandi nota, que prava sit, que cum recta petitio, consilium & propositum postulantis. Nam si quis terrena petit eo animo, ut illa omnino bona existimet, & in illis tanquam in optato sine conquiescens, nihil preterea requirat, sine dubio non orat, sicut oportet.

Non enim, inquit ^a S. August. petimus temporalia a S. Aug. li. hec tanquam bona nostra, sed tanquam necessaria ^b de ser. Do nostra, Apostolus etiam in epistola ad ^c Corinthios mi. in mon. docet, omnia, que spectant ad usus vita necessarios, te. c. 24. & ad Dei gloriam referri oportere. Siue enim mandat, ep. 121. c. 6 inquit, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. ^d &. 7. b 1. Cor. I.

Sed ut videant fideles, quantam habeat haec peti. Qui necessitatem memorabunt Parochi quanta ad sarcia sit haec victum & ad vitam colendam indigentia sit externa petitio. rum rerum, Quod magis intelligent, si comparatio fiet eorum, que primo illi parenti nostri generis, & reliquis deinceps hominibus fuerunt ad vivendum necessaria. Nam et si ille in amplissimo innocentie statu, unde & ipse, & eius culpa omnis posteritas corruuit necesse habuisset adhibere cibum ad reficiendas vires: tamen inter illius & nostrae vitae necessitates multum interest. Non enim ei vestibus ad tegumentum corporis opus fuisset, non tecto ad perfugium, non armis ad defensionem, non remedij ad valetudinem, non alijs multis, quorum subsidio nos ad hanc naturae imbecillitate ac fragilitate tuendae egemus, satis ei fuisset ad im-

mortalem vitam ille fructus, quem felicissima vita
arbor nullo eius aut posteriorum labore prebueret.
Neque vero futurus erat homo in tantis paradisi
deliciis otiosus quem ad agendum Deus in eo volupta-
tis domicilio collocarat: verum nulla ei opera mo-
lestia, nullum officium munus non iucundum fuisset tu-
lisset ille perpetuo suauissimos fructus ex cultura fœ-
licium hortorum nec cum unquam opera aut spes fe-
felliisset. At posteriorum proles non solum fructu pri-
uata vitalis arboris, verum etiam horribili illa sen-
tentia condemnata est: Maledicta terra in opere tuo:
in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua:
spinias, & tribulos germinabit tibi, & comedes her-
bas terrae: in sudore vultus tui vesceris pane tuo, do-
ne reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia
puluis es, & in puluerem reuenteris. Nobis agnitus co-
tra euenerunt omnia, atque illi & posteri consigisset,
si Dei dicto audiens fuisset Adam. Itaque versi sunt
omnia & mutata in deterrimam partem. In quo il-
lud grauissimum est, quod maximos sumptus, summū
laborē, ac sudorem sepiissime nullus fructus cosequit-
ur: cum fruges datae in deteriorem segetem, vel suc-
crescenti agrestium herbarum asperitate opprimun-
tur, vel nimbis, vel grandine, vredine, rubigine per-
culse ac prostratae intercut: ut omnis anni labor, exi-
guo tempore, aliqua cali vel terre calamitate recidat
ad nihilum. Quod accidit immanitate nostrorū sceler-
um, à quibus auersus Deus nostris minime bñdicit ope-
ribus

Gene 3.

ribus: sed horrenda manet sententia, quam de nobis
 initio pronunciauit. Ergo Pastores in huius loci tra-
 ctationem incumbet, ut sciatur fidelis populus, sua cul-
 pa homines in has angustias & miseras incidere,
 ut intelligat desudandum quidē & elabordū esse
 in parandis ihs, quae ad viuendū sunt necessaria: ve-
 runtamen nisi laboribus nostris benedixerit Deus,
 fallace spē, & inanem fore omnē contentionē. Nā ne 1. Cor. 3.
 que qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui
 incrementum dat Deus. Et nisi Dīs edificauerit dō- Psal. 126.
 num, in vanum laborauerunt, qui edificant eā. Do-
 cebunt igitur Parochi, esse res pene innumerabiles,
 que si nobis desint, vel vitam amittimus, vel agimus
 insuuem. Hac enim cognitæ rerum necessitate na-
 tureque imbecillitate, Christianus populus cœle-
 stem Patrem adire cogetur, & ab eo terrena & cœ-
 lestia bona suppliciter petere. Imitabitur prodigum
 illum filium, qui cum in regione loginqua cœpisset Luc. 15.
 egere, nec esset, cum esuriret, qui ei siliquas daret, a
 liquando ad se rediens, intellexit, malorum, quibus
 premebat, nusquam nisi à patre esse expetendum
 remedium. Quo loco accedit etiam fidentius ad o-
 randum fidelis populus, si in cogitatione diuina
 benignitatis recordabitur, paternas aures perpe-
 tuopatere filiorum vocibus. Nam dum hortatur
 nos, ut panem petamus, ea se recte petentibus a-
 bunde largitur & pollicetur. Descendo enim quo mo-
 do petamus: hortatur hortando, impellit impellendo;

spondet spondendo, nos in spem certissimam impetracionis inducit.

Excitatis igitur & inflammatis animis fidelis populi, sequitur, ut quid hac petitione postuletur, declarandum sit: primum quis sit ille panis, quem petimus. Sciendum igitur est, in diuinis literis hoc panis nomine multa quidē significari, sed illa duo precipue, primū quidquid in viētu, ceterisque rebus, ad corpus vitāque tuēdā adhibemus. Deinde quidquid nobis ad spiritus & animę vitā ac salutē Dei mune re tributum est. Petimus autē hoc loco huius, quam in terris agimus, vitae subsidia sanctorum Patrū ita sententiū auctoritate. Quāobrem minime sunt audiendi, qui dicunt nō licere Christianis hominibus à

Gene. 38. Deo petere terrena huius vitae bona. Nā huic aduersantur errori, præter consentientē Patrū sententiū exempla per multatū veteris, tum noui testamenti. Jacob enim vouens, sic orabat: Si fuerit Dominus mecum & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum: reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum & lapis iste, quem erexit in titulum, vocabitur domus DEI: cunctorumque, quae dederis mihi, decimas offeram tibi. Salomon etiam certum petebat huius vitae subsidium, cum illud precabatur: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribuetū victui meo necessaria. Quid, quod Saluator hu-

mani generis illa iubet petere, quae ne mo negare audiatur ad corporis usum pertinere? Orate, inquit, ut Matt. 24.
non sit fuga vestra in hyeme vel sabbatho. Quid dicimus de sancto Iacobo? cuius illa sunt: Tristatur aliquis vestrum? oret: aequo animo est? psallat. Quid Iacob. 5.
de Apostolo? qui sic cum Romanis agebat: O securi
vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum
& per charitatem sancti spiritus, ut adiuuetis me
in orationibus pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus,
qui sunt in Iudea. Quare cum & diuinitus con-
cessum sit fidelibus, ut petant hec subsidia rerum hu-
manarum, & perfecta hec a Christo domino tradita
sit orandi formula: ne illud quidem dubium relinqui-
tur, vnam ex septem hanc esse petitionem.

Rom. 15.

Panis nomi-
ne quid sig-
nificetur.

Petimus præterea panem quotidianum, id est,
victui necessaria: ut panis nomine, quod satis sit, &
vestium ad tegendum, & cibi ad vescendum, siue pa-
nis sit, siue caro, siue pisces, siue quocunque aliud
intelligamus. Videmus enim usum esse hoc laquen-
di modo Eliseum, cum Regem moneret, ut prebe-
ret panem militibus Assyriis, quibus magna eiborum
copia data est. Illud etiam de Christo domino scri-
ptum scimus. Ingressus est in domum cuiusdam
principis Phariseorum Sabbatho inducere pa-
nem. Quae voce, que ad cibum, queque ad potum
pertinent significari videmus. Ad huius petitionis
absolutam significationem præterea animaduerten-
dum est, hoc panis, vocabulo non abundantem &

4. Reg. 6.

Luc. 14.

P p s exqui-

exquisitā ciborum ac vestium copiā, sed necessariam

I. Tim. 6. ac simplicem intelligi debere: quemadmodū scripsit
Apostolus: Habentes alimenta, & quibus tegamur

Prover. 30. his contenti simus. Et Salomon, ut diximus: Tribue
tantum victui meo necessaria. Huinsquoque frugali
tatis & parsimoniae illa voce, que proxime sequi
tur, admonemur. Cum enim, Nostrum, dicimus,
panem illum ad necessitatem nostram, non ad luxu
riam petimus: non enim Nostrum dicimus, quia
cum nobis opera nostra, sine Deo, parare possumus:
(est enim apud Dauidem: Omnia à te expectant, ut
des illis escam in tempore: dante te illis, colligent: a
periente te manū tuam, omnia implebuntur boni
tate. Et alio loco: Oculi omnium in te sperant Domi
ne, & tu das escam illorum in tempore opportuno)

Psal. 103. sed quia necessarius est, & à parente omnium Deo,
qui omnes sua providentia alit animantes, nobis at
tributus. Ob eam quoque causam panis noster ap
pellatur, quod iure est à nobis acquirendus, non iniu
ria, fraude, aut furto parandus. Quae enim nobis ma
lis artibus conciliamus, non nostra sunt, sed aliena,
sepiusque illorum calamitosa est vel adeptio, vel
possessio, vel certe iactura. Contra vero honestis ac
laboriosis piorū hominū lucris, ex Prophetæ sentē
tia tranquillitas inest, & magna felicitas. Labores
Psal. 127. enim, inquit, manū tuarum quia manducabis, bea
tus es, & bene tibi erit. Iam vero ihs, qui iusto labo
re viatum querunt, fructum sue benignitatis eo lo
co

co pollicetur Deus: Emittet Dominus benedictionem Deute. 28.
super cellaria tua, & super omnia opera manuum tua
rum, benedicitque tibi Neque solum petimus a Deo, no-
bis ut illo uti licet at quod nostro sudore ac virtute pe-
perimus eius adiumento benignitatis: id enim vere
dicitur nostrum: sed etiam bonam mentem postula-
mus, ut recte partis, recte item ac prudenter uti pos-
simus. Quotidianum, huic etiam voci subiecta est
ea notio frugalitatis ac parsimoniae, quam proxime
diximus: non enim multiplicem aut delicatum ci-
bum postulamus, sed eum qui naturae necessitati sa-
tis faciat: ut eos pudeat hoc loco, qui fastidio commu-
nis cibi & potionis, conquisiſſima escarum ac vino-
rum genera persequuntar. Nec minus hac quotidia-
ni voce improbantur igitur, quibus horrendas illas mi-
nas proponit Isaias: Vnde, qui coniungitis domum ad Isalæ. 5.
domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum
loci: nunquid habitabitis vos soli in medio terra? Et
enim est inexplebilis horum hominum cupiditas, de
quibus illud scriptum est a Salomone: Avarus non Eccles. 5.
implebitur pecunia. Ad quos dictum etiam illud 1. Tim. 6.
pertinet Apostoli: Qui volunt diuites fieri, incident
in tentationem & laqueum Diaboli. Quotidianum
præterea panem appellamus, quod vescimur eo ad
reficiendum vitalem humorem, qui quotidie con-
sumitur vi naturalis calorie. Est denique illa huius
ratio nominis, quod assidue petendus est, ut in hac
consuetudine amandi & colendi Deum retineam-
mur:

*mur: nobisque omnino persuadeamus, id quod est,
vitam ac salutem nostram ex Deo pendere.*

Da nobis.

**Quid per
vocem, Da
significetur**

Luc. 4.

1. Tim. 6.

**Hom. 14.
Operis im-
perfecti in
Matth.**

*Quantam hæduæ voces materiam præbeant ad
cohortandū fideles, vt infinitā Dei potentia pie san-
cte qz colat & veneretur, in cuius manus sunt omnia,
& vt nefariā illā Satanae ostentationē detestentur:
Mihi tradita sunt omnia, & cui volo, do illa: nemo
non videt. Nam vnius nutu Dei distributa cuncta &
conseruantur & augentur. Sed quæ diuitibus hac
est imposita necessitas, dixerit quispiam, petedi quo-
tidianū panē, cum rebus omnibus abundent? Hec illis
necessitas est orādi in hunc modum, nō vt dentur eis
quorum Dei benignitate habent copiam, sed ne, quæ
abunde illis adsunt, amittat. **Quamobrem**, vt scribit
Apostolus: Hinc discant diuites non sublime sapere
neque in incerto diuitiarum sperare, sed in Deo vi-
vo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum.
Huius autem necessariae petitionis hanc causam af-
fert sanctus Chrysostomus, non solum, vt nobis sup-
petat cibus, sed vt eum nobis suppeditet Domini ma-
nus, quæ salubrem atque adeo salutarem vim infe-
rēs pane quotidiano, efficit, vt & cibus corpori pra-
fit, & corpus anime seruiat. Sed quid est, **quamob-
rem, Da nobis**, numero multitudinis dicimus, nō
autem, mihi? **Quia proprium illud est Christiana
charitatis, non vt quisque de se uno sollicitus sit, sed**
vt præterea de proximo laboret, & in cura sue vi-
latis*

litatis meminerit etiā aliorū Accedit eo, quod quae
duci manera diuinitus tribuuntur, non idcirco tri-
buuntur, ut solus is ea possideat, vel in illis luxorio-
se vivat, sed ut cum alijs communicet, quae necessita-
ti supersuerint: nā, inquit, sancti Basilius & Am-
brosius: Esurientium panis est, quem tu detines: nu-
Basil. ho. 6.
dorum indumentum est, quod tu recludis: miserorū tes, & au-
redeptio est & absolutio, pecunia, quā tu in terram ros, & Ambro-
defodis, Hodie, admonet nos hæc vox communis
in similitudine. Quis enim est, qui si minas sua vixius
opera prouidere se posse sperat in longinquum tem-
pus necessarios vitæ sumptus, saltem in diem vixius
subsidia paraturum non confidat? Sed ne huius qui-
de fiduciae facultas nobis à Deo permititur, qui nos
singulorum etiam dicimus cibum à se petere iussit.
Quæ sententia habet illam necessariam rationem,
quia quotidie panē egemus omnes, quotidie etiam
Dominica preicatione singulis videntur esse. Hæc de Matth. 5.
pane, qui ore perceptus, corpus alit atque sustentat,
qui communis fidelium & infidelium piorum & im-
piorum, admirabili Dei bonitate, qui solem suum ori-
rit facit super bonos & malos, pluit super iustos & in-
iustos, omnibus impertitur.

Reliquus est spiritualis panis: quem etiam hoc De pane sp̄l
loco petimus. Quo significantur omnia, que cunque rituali.
in hac vita, ad spiritus & anima salutem & in-
columentem requiruntur. Ut enim multiplex est ci-
bus, quo corpus alitur & sustentatur: sic non est
vnus

- Prouer.9. nius generis esca, que spiritus & animæ vitam con-
tinet Nam & verbum Dei cibus est anime. Sapien-
tia enim inquit: Venite, comedite panem meum, &
bibite vinum, quod miscui vobis. Huius autē verbi fa-
cilitatem cum adimit Deus hominibus, quod efficere
solet, cum grauius nostris sceleribus offenditur, fa-
me dicitur premere genus humanum: sic enim est
apud Amos: Emittam famem in terram, non famem
panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domi-
ni. Ut autem illud est certū propinquæ mortis signū,
cum non possint homines vel cibum sumere, vel sum-
ptum retinere: sic magnam est desperatæ salutis ar-
gumentum, cum vel non querant verbum Dei, vel si
eadsit, non sustinent, & illam impietatis vocē in Deū
effundunt: Recede à nobis, scientiam viarum tuarū
nolumus. In hoc furore animi & mentis cæcitatem ver-
santur illi, qui neglectis ijs, qui legitime eis presunt,
catholicis, & Episcopis, & sacerdotibus, & à sancta
Romana Ecclesia desciscentes, corruptoribus Dei ver-
bi hæreticis se in disciplinam tradiderunt. Iam ve-
ro panis est Christus Dominus, animæ cibus: inquit
enim ipse de se: Ego sum panis viuus, qui de celo
descendi. Incredibile est, quanta voluptate ac la-
titia perfundat piorum animas hic panis tum, cum
maxime terrenis molestijs & incommodis confli-
ctantur. Exemplo nobis est sanctus ille chorus Aposto-
lorum de quibus extat: Illi quidem ibant gaudentes
à conspectu conciliij. Referti sunt eiusmodi exemplis
libri
- Amos.8.
- Iob.21.
- Ioan.6.
- A&tor.5.

libri de vita sanctorū hominū: & de intimis his bo- Apoc. 2.
norum gaudīs ita loquitur Deus: Vincenti dabo ma-
na absconditū. Præcipue autem panis noster est ipse
Christus Dñs noster, qui in sacramento Euchari-
stie substancialiter continetur. Hoc inexplicabile
pignus charitatis dedit nobis redditurus ad patrem Ioan. 6.
de quo dixit: Qui manducat meā carnem, & babit
meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Acci-
pue & manducate. Hoc est, corpus meum. Ea petēt Mate. 26.
Parochi, que ad fidelis populi utilitatē pertinebunt 1. Cor. 11.
ex eo loco, quo separatiū huins sacramenti vis acra-
tio cōtinetur. Et vere dicitur hic panis noster, quia
fidelium modo hominum est, id est, eorum, qui chari-
tatem cum fide coniungentes, pœnitentia sacramen-
to sordes eluant peccatorum, qui non dimitteſt me
moriā ſe Dei filios eſſe diuinū sacramētū ſumūt
& colunt, quanta maxima poſſunt ſanctitate ac ve-
neratione. Quotidianus vero quamobrē dicatar, in
promptu duplex ratio eſt: altera, quod in ſacris
Christianæ Ecclesie mysterijs quotidie & offertur
Deo, & datur pie sancteque poſtulantibus: alte-
ra, quod quotidie ſumendus eſt, vel certe ita viuen-
dum, ut quotidie, quo ad eius fieri poſſit, digne ſume-
re queamus. Audiant, qui contraſentiant, niſi lon-
go interuallo ſalutaribus bis epulis animæ vefci non S Amb. in L
eportere, quid sanctus dicat Ambroſius: Si quoti- 5. desac. c. 4
dianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis? Sed
in hac petitione ad illud præcipue cohortandi ſunt
fide-

Psal. 54.

fideles, vt, cum recte & consilium & industria suā posuerint in comparandis rebus vitæ necessariis, rei exitum Deo permittant suumque desideriū ad eius referant voluntatem, qui non dabit in eternum fluctuationē iusto. Nam vel concedet Deus, quæ petuntur, & ita suum optatum consequentur: vel non concedet, & id erit certissimum argumentū nec salute illud esse nec vtile, quod p̄s à Deo negatur, cui magis cura est de eorum salute, quā illis ipsis. Quē locum instruere poterunt, explicādis ijs rationibus Parochi, quae à S. Augustino in epistola ad Probam

Aug. epi. 12
c. 14.

præclare colliguntur. Extremum illud erit in huius tractatione petitionis, vt meminerint diuites facultates suas & copias Deo acceptas referre, cogitent q̄ se indecirco illis bonis esse cumulatos, vt illa distribuant indigentibus. In quam sententiam conueniūt

1. Tim. 6.

quæ in prima Epistola ad Timotheum ab Apostolo differuntur: unde magnam vim Parochis petere licet diuinorum præceptorum ad hunc locum vtiliter ac salutariter illustrandum.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Cum ita multa sint, quæ infinitam Dei potentiam cum pari sapientia ac bonitate coniunctam significent, vt, quo cunque oculos cogitationemque conuerteris certissima signa immense potestatis ac benignitatis occurrant: nihil profecto est, quod sumum eius amorem & admirabilem in nos chartat.

tatem magis declareret, quam inexplicabile mysterium
 Iesu Christi passionis, unde perennis ille fons ad elu-
 endas peccatorum fordes erupit: quo perfundi &
 expiari, Deo duce ac largitore, exoptamus, cum illud Summa hu-
 abeo petimus: Dimitte nobis debita nostra, ius petitorum
 Continet autem hoc petitio summa quandam eorum bo-
 norum, quibus per Iesum Christum cumulatum est hu-
 manum genus. Id enim docuit Esaias: Dimitetur, in
 quit, iniquitas domui Jacob: & iste omnis fructus, ut
 auferatur peccatum eius. Quod David etiam ostendit,
 beatos predicans eos, qui salutarem illum fructum
 percipere potuerunt, his verbis: Beati quorum remis-
 sesunt iniquitates. Quare est accurate ac diligenter
 Pastoribus huius postulationis animaduertenda
 & exponenda sententia, quam ad celestem vitam
 consequendam tantum valere intelligimus. Ingredi-
 mur autem nouam precandi rationem. Nam hacte-
 nus a Deo non solum eterna & spiritualia bona,
 sed caduca & quae ad hanc vitam pertinent, commo-
 da petiuimus: nunc vero mala deprecamur & ani-
 me, & corporis, & huius, & sempiternae vitae.

Sed quoniam ad impetrandum, quod postula-
 mus, requiritur recta postulandi ratio: quo modo quisque in
 affectos esse oporteat eos, qui Deum hoc orare ve-
 lint, dicendum videtur. Monebunt igitur Parochi
 fidem populum, primum necesse esse, ut is, qui ad
 hoc petendum velit accedere, suum ipse peccatum a-
 gnoscat: deinde, ut eius sensu ac dolore commouea-

Qq tur

Esai. 27.

psal. 31.

tur, tum ut sibi omnino persuadeat. Deum in hac ef-
se voluntate, ut ijs, qui peccauerunt, ita ut diximus,
affectis & comparatis ignoscat. ne forte acerbam deli-
ctorum recordationem ac recognitionem illa venie-
desperatio consequatur, que olim Cain & Iude ani-
mum occupauit: qui Deum modo vindicem & ulto-
re, non etiā mitē & misericordem existimauunt. Er-
go in hac petitione sic affecti simus oportet, ut do-
lenter peccata nostra recognoscentes, ad Deum tan-
quam ad parentem, non quasi ad iudicem cōfugiamus
à qui non vt ex iustitia nobiscum agit, sed ex misé-
ricordia, postulemus. Facile autē adducemur, ut pec-
catū nostrū agnoscamus si ipsum audierimus Deū
nos in sacris literis huīus rationis admonentem: est
enim illud apud Dauidem: Omnes declinauerunt si-
mul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, nō

Psal. 13. &
^{52.}
Eccle. 7.
Prou. 20.
1. Ioan. 1.
Hier.

est vsque ad vnum. In eādem sentētiā loquitur Sa-
lonon: Non est homo iustus in terra, qui faciat bo-
num, & nō peccet. Quo illud etiam pertinet: Quis
potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à
peccato? Quod item à S. Ioanne, ad deterrendos
homines ab arrogantia, scriptum est: Si dixerimus
quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seduci-
mus, & veritas in nobis nō est. Et à Hieremīa: Di-
xisti absque peccato & innocens ego sum: & pro-
pterea auertatur furor tuus à me: ecce ego iudicio
contendam tecum, eo quod dixeris, non peccavi.
Quorum sententias omnium idem, qui eas illorum

ore produlerat, Christus D^ris hoc petitionis praescri-
pto confirmat, quo iuber nos delicta nostra confiteri.
Id enim secus interpretari prohibuit auctoritas Mi-
leitani Concilij in hunc modum: Placuit ut, quicū-
que verba ipsa Dominica orationis, ubi dicitur, D^r
mitte nobis debita nostra, ita vult a sanctis dici,
et humiliter, non veraciter hoc dicatur; anathema
sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed
ipsi D^ro mētientem, qui labijs sibi dicit dimitti vel-
le, & corde dicit, quae sibi dimittantur debita, nō ha-
bere? Verum in necessaria recognitione peccatorum
nō est satis, illa leuiter recordari. Nam, ut acerba no-
bis sit et memoria, ut cor pungat, animum stimulet,
& dolorem inurat, necesse est. Quare pertractabūt
locum hunc diligenter Parochi, ut non solum facino-
rum ac flagitorum suorum meminerint fideles au-
ditores, sed ut moleste dolenterq^z meminerint, ut
cum agantur intimis sensibus, conferant se ad patrem
Deum, a quo, ut inharentes euellat scelerum acu-
leos, suppliciter petant. Nec vero solum erratorum
turpidinem studebunt subycere oculis fidelis popu-
li, verum et iam indignitatem ac frides hominū qui
cū nihil simus nisi putrida caro, nisi summa fœditas
incomprehensibilem illam Dei maiestatem & inex-
plicabilem præstantiam incredibilem in modū audem-
us offendere, presertim a quo procreati liberati,
innumerabilibus maximisq^z beneficijs aucti simus:
ut quid? ut ab alienati a patre Deo, qui sumnum

Mileitan.
Cōc. 8. & re
peritur in
Cō. Tri. ses.

6. C. 1. 1. 1.

o. 3. d
o. 1. 1. 1.

bonum est, turpissima peccati mercede, Diabolo nos addicamus in miserrimam seruitutem. Neque enim dici potest, quam crudeliter ille dominetur in eorum animis, qui repulso suauitate ingo Dei, ruptaque charitatis amabilissimo nodo, quo parenti Deo spiritus noster adstringitur, ad hostem acerrimum descinerunt quie eo nomine ^a princeps & rector mundi, & ^b princeps renebrarum, & rex super universos filios superbie dicitur in diuinis literis. In eos autem, qui demonis tyrannide opprimuntur, vere conuenit illa vox

^a Ioan. 12.

& 14.

^b Ephes. 6.

Iob. 41.

Isa. 26.

1. Cor. 3.

Psal. 37.

Isaiæ: Domine Deus noster, possederunt nos Domini absquete. Hæc si nos minus mouent rupta fædera charitatis, moueant certe calamitates & ærume, in quas per peccatum incidimus. Violatur enim sanctitas animæ, quam Christo despōsam esse scimus. Profanū fit illud idē templum Dñi, quod qui contaminat, in eos dicit Apostolus, Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Innumerabilia sunt mala, quæ peccatum inuehūt in hominem, quam pene infinitam pestem David his verbis expressit: Non est sanitas in carne mea, à facie iræ tuæ non est pax ossibus meis, à facie peccatorum meorum. Nimirum vorat hanc plagæ vim, cum nullam sui partem pestiferò peccato intactam fateretur. Peruaserat enim in ossa peccati virus, id est, rationem & voluntatem, qua maxime solidæ sunt animæ partes, infecerat. Hanc late patentem vestem indicant sacra litera, cum peccatores claudos, surdos, mutos, cacos, & omnibus membris

membris captos appellant. Sed preter dolorem, quo
ex peccatorum quasi scelerē sentiebat, magis etiam
angebatur Dauid ex ira Dei, quam in se propter peccatum
commotam intelligebat. Bellum enim est sce-
leratis cum Deo, quorum sceleribus incredibiliter of-
fenditur: inquit enim Apostolus: Ira & indignatio, Rom. 2.
tribulatio & angustia in omnem animam hominis
operantis malum. Nam et si transferit actio pecca-
ti, tamen peccatum macula & reatu permanet: cuius
semper imminens ira Dei illud insequitur, tāquam
imbra corpus. Cum igitur Dauid his vulnerare-
tur aculeis, ad petendam delictorum veniam excite-
batur: cuius & exemplum doloris & doctrinae ratio-
nem, ex quinquagesimo eius Psalmo depromptam
proponent Parochi fidelibus auditoribus, ut Prophe-
te imitatione & ad doloris sensum, id est ad veram
penitentiam, & ad venie spem erudiri possint:
Quantam habeat utilitatem hæc docendi ratio, ut
ex peccatis dolere discamus: illa Dei apud Hier. 2.
mum declarat oratio, qui cum Israelem ad poenitē-
tiam hortaretur, admonebat eum, ut malorum sen-
sum perciperet, qua peccatum consequuntur: Vide
enī, inquit, quia malum & amarum est, reliqui-
ste Dominum Deum tuū, & non esse timorem mei
spudre, dicit Dominus Deus exercituum. Quicca-
tent necessario hoc recognitionis ac doloris sensu, q̄d
quid prophetas, Esaiam, Ezechiel, & Zacharium Esa. 46.
ardurum, lapideum, & adamantium habere Ezech. 36.
Zach. 7.

dicuntur. Sunt enim, instar lapi:lis, nullo dolore moliti, nullum vitæ id est, salutaris recognitionis sensum habentes.

Peccatoris
animus quo
pacto ad spē
venie sit cri
pendus.

Sed ne peccatorū grauitate deterritus, se populu: veniam impetrare posse desperet, ipsum ad spem vocare Parochi debebunt his rationibus, quod Eccl: sie Christus Dominus potest atē dedit remittēdi peccata, quē admodū sacro sancti Symboli articulo declaratur, & hac petitione docuit, quāt: a: esset Dei bonitas ac liberalitas in genus humanū. Nisi enim propt: esset ac paratns Deus ad cōdonandum peccata penitentibus, nunquā nobis hanc precādi formulam prescrīpsisset: Dimitte nobis debita nostra. Quamobrem illud fixum in animis tenere debemus, fore, ut is paternā misericordiā nobis impertiāt, qui ipsam his precib: iussit exponscere. Nā omnino sub hac petitione illa est subiecta sententia, sic esse in nos affectum Deū, ut verc p̄nitētibus libēter ignoscat. Est enim Deus is, in quē abiecit: a: obediētia peccamus: cuius ordinem sapientie perturbanus, quantū est sitū in nobis, quē offendimus, quē factis, dictisq: violamus. Verū ē: ille beneficētissimus parens, qui cum possit omnia condonare, non nādo se id velle declarauit sed etiam impulsit homines, ut à se veniam peterent, & quibus verbis id facerent, docuit. Quare nemini dubium esse potest, quin, illo auctore: in nostra potestate sit, nobis Dei gratiam reconciliare. Et quoniam hea testificatio propense ad ignoscendum

dum diuinæ voluntatis fidem auget, spem alit, charitatem infāmat: opere pretium est, ornare hunc locum nonnullis diuinis testimonijs, & hominum exemplis, quibus maximorum scelerum pænitentiibus Deus veniam concesserit. Quam sententiā quoniam persecuti sumus, quātum res ferebat, in proœmio huius precationis, & in ea Symboliparte, quæ est de remittendis peccatis, inde assument Parochi, quæ ad hunc locum instruendum pertinere videbuntur, reliqua haurient ex diuinarum literarum fontibus: tum vero eodem ut antur instituto quo in ceteris petitionibus vrendum duximus, ut intelligant si deles, quid hic, Debita significant, ne forte decepti ambiguo, aliud ab eo, quam quod petendum sit, postulerent,

Primum autem scire oportet, minime petentes, nobis ut remittatur amor ex toto corde ex tota anima, & ex tota mente nostra, quem omnino Deo debemus, & cuius debiti solutio est ad salutem necessaria. Neque vero, quia debit in nomine, etiā obedientia, cultus, veneratio, & cetera huius generis officia continētur, postulamus, ut non amplius ea debemus, sed precamur, ut liberet à peccatis: sic enim S. Lucas est interpretatus: qui peccata pro debitibus posuit, ob eam causam, quod illis committendis rei efficiuntur Deo, & debitibus pænis propositi, quas vel satisfactione, vel patiēdo pendimus. Huius generis debitum fuit: quod Christus Dominus locutus est ore

Debita quæ d
significant,

Luc. 11

Psalm. 68.

Prophetæ: Quæ non rapui, tunc exoluēbam. Quæ
 Dei verbi sententia licet intelligere, non solum nos debi-
 tores esse, sed etiam non esse soluendo, cum peccator
 per se satisfacere nullo modo possit. Quare confu-
 giendum nobis est ad Dei misericordiæ: cui quia pa-
 iustitia responderet, cuius est retinenterissimus Deus,
 vtendum erit deprecatione, & patrocinio passionis
 Dñi nostri Iesu Christi: sine qua nemo inquit venia
 delictorum impetravit à qua omnis & satisfacien-
 di vis & ratio tanquam ex fonte profluxit. Nam pre-
 tium illud in cruce à Christo Domino persolutum,
 & nobiscum per sacramenta, re vel studio, ac deside-
 rio adhibita, cōmunicatum, tanti est, ut nobis impe-
 tret & conficiat quod hac petitione postulamus, ut
 peccata nostra remittantur. Quo loco non id modo
 pro leuibus erratis & facillimis ad impetrandum
 veniam, sed pro grauibus & mortiferis peccatis de-
 precamur: quæ precatio in scelerum grauitate pon-
 dus non habebit, nisi id à pénitentiæ sacramento, re
 vel certe desiderio suscepimus, ut iam dictum est assu-
 pserit. Dicimus autem, Debita nostra, longe ali-
 ter, atque, Panem nostrum, ante a diximus. No-
 ster enim ille est panis, quia nobis Dei munere tri-
 buitur: at peccata nostra sunt, quia illorū culpa resi-
 det in nobis: nā nostra voluntate suscipiuntur: quæ pec-
 cati vim nō haberent, nisi essent voluntaria. Nos igit
 tur eā culpā sustinentes & confitentes, ad expiandum
 peccata necessariā Dei clementiam imploramus. In
 quo

quo nō utimur excusatione cuiusquam nec causam
in quenquam transferimus, ut primi homines Adā Gene. 3.
& Eua fecerunt: ipsi nos indicamus, illam, si sapi-
mus, Prophetæ precationem abhibentes: Non de- Psal. 140.
ciles cor meum in verba malitiae ad excusandas ex-
cusationes in peccatis. Nec vero dicimus. Dimitte
mihi, sed nobis, quod fraterna necessitudo & chari-
tas, que inter omnes homines intercedit, à nobis sin-
gulis postulat, ut de communi proximorū salute sol-
liciti, cum pro nobis preces facimus, pro illis etiam
deprecemur. Hunc orandi morē à Christo Dño tra-
ditū, deinceps ab Ecclesia Dei acceptum, perpetuoq;
seruatum, ipsi & maxime tenuerunt Apostoli, &
ut cæteri adhiberent, auctores fuerunt. Huius autē
flagrantis studij & cupiditatis in deprecando pro
salute proximorum, habemus in utroque testamen-
to, sanctorum Mosis & Pauli preclarum exemplū: Exod. 32.
quorum alter sic Deum precabatur. Aut dimitte eis
hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo:
alter in hunc modum: Optabam ego ipse anathema
esse à Christo pro fratribus meis.

Rom. 9.

Sicut & nos dimittimus debitori-
bus nostris.

Illud. Sicut, duplíciter intelligi potest: nam &
similitudinivm habet, cum videlicet à Deo peti-
mus, ut quemadmodum nos iniurias & contume-
lias remittimus Ihs, à quibus laeti sumus, sic ipse nobis
peccata condonet. Est præterea conditionis nota: in

Q q 5

quam

quam sententiam Christus Dñs eā formulam interpretatur: Si enim dimiseritis, inquit, hominibus peccata eorum, dimitte & vobis pater vester coelestis delicta vestra: si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimitte vobis peccata vestra. Verum habet uterque sensus eandē ignoscendi necessitatē: vt si volumus Deū nobis veniam concedere delictorum, parcamus illis ipsis necesse sit, à quibus iniariā accepimus. Sic enim Deus obliuione iniuriarū mutumque studium & amorem requirit à nobis, vt eorū, qui in gratiam non sunt reconciliati, dona ac sacrificia reijciat & aspernetur. Est etiā naturae lege sancitum, vt tales nos alijs præbeamus, quales eos in nos esse cupimus: vere & impudentissimus ille sit, qui postulat à Deo, vt sui sceleris pœnam prætermittat, cum ipse in proximū animum retineat armatum. Quare parati & prompti ad ignoscendum esse debent ȳ, quibus imposita sunt iniuriae: cum & urgeantur hac precandi formula: & apud sanctum Lucam id inbeat Deus: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si penitentiam egerit, dimitte illi: & si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, pœnitet me dimitte illi. Et in Euanglio sancti Matthai sit: Diligite inimicos vestros: & Apostolus, & ante eum Salomon scripscrerit: Si esurierit inimicus tuus, cibarium si sit, potum da illi: & sit apud sanctum Marcum Euangelistam: Cum stabis ad orandum

Luc. 17.

Matt. 5.

Rom. 12.

Proue. 25.

Marc. 11.

dum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem: ut
 & pater vester, qui in calis est, dimittat vobis pec-
 cata vestra. Sed quoniam depravata natura vitio
 nibil agrius sit ab homine, quam ut inferenti con-
 donet iniurias, omnem conferant Parochi animi &
 ingenij vim ad commutandos & flectendos animos
 fidelium ad hanc lenitatem & misericordiam, Chri-
 stiano homini necessariam. Commorentur in tra-
 tatione diuinorum oraculorum, in quibus audire li-
 cet imperantem Deum, inimicis ignoscendum. Prae-
 dicent id, quod verissimum est, magno esse argumen-
 to homini bus, eos esse Dei filios, si facile remittant
 iniurias, & inimicos diligent ex animo. Elucet enim
 in eo, quod inimicos diligimus, similitudo quadam
 cum parente Deo, qui sibi inimicissimum & infestis-
 sum genus hominum, filij sui morte ab eterno cri-
 tro redemptum, reconciliauit. Sit autem huius co-
 hortationis & precepti clausula illud imperium
 Christi Domini, quod recusare non possumus sine Matth. 5.
 summo dedecore & pernicie: Orate pro perseguen-
 tibus & calumniatisbus vos, ut sitis filii patris vestri,
 qui in calis est.

Verum hoc loco non vulgaris pastorum pruden-
 tiae requiritur, ne quis, cognita huius difficultate
 ac necessitate precepti salutem desperet. Sunt enim,
 qui, cum se debere intelligent conterere iniurias
 obliuione voluntaria, & eos diligere, qui leserunt,
 iulcupiunt, & proviribus faciunt, sed uniuersam
 memo-

memoriam iniuriarum sibi exhaudiri non posse sen-
tiunt. Nam resident in animo quædā reliquie simula-
tatis: quamobrem magnis agitantur conscientia flu-
ctibus, verentes, ne, parum simpliciter & candide po-
sit is inimicitijs, Dei iusso non obedient. Hic igitur
Pastores contraria studia carnis, & spiritus explica-
bunt, quod illius sensus sit ad vindicationem procli-
uis, huius ratio propensa ad ignoscendum, hinc inter
ipsos perpetuā turbā ad rixam existere: quare saluti
minime dissidendum esse demonstrabunt, reclama-
ribus & aduersantibus rationi, corruptæ naturæ, ap-
petitionibus modo spiritus persistet in officiis & volun-
tate remittendi iniurias, proximumq[ue] diligendi.
Quod autem aliqui fortasse fuerint, qui cum nondū
animum inducere possint, ut obliti iniurias ament
inimicos, propterea deterriti ea, quam diximus, con-
ditione huius petitionis, Dominica precatio non
vtantur: duas has rationes afferent Parochi, quibus
exitiosum hunc errorem illis eripiant. Nam qui uis
vnus ē fideliū numero preces has facit totius Ec-
clesiæ nomine, in qua pios esse aliquot necesse est,
qui debitoribus ea, quæ hic commemorantur, debita
remiserunt. Accedit eo, quod id à Deo petentes, vna
etiam petimus, quidquid ad illud impetrandum in eā
petitionem à nobis necessario conferendum est. Peti-
mus enim & veniam peccatorū, & donum vere pœ-
nitentiae: petimus facultatem intimi doloris: postula-
mus, ut à peccatis abhorre, & illi, sacerdoti, vere
ac pie.

ac pie confiteri possimus. Itaque cum necesse etiam nobis sit parcere ijs, qui damnum aut malum aliquod dederint, cum, ut nobis Deus ignoscat, precamur, simul oramus, ut facultatem largiatur reconciliandi nos illis, quos odimus. Quare deterrendi sunt ab ea opinione, qui inani & prauo illo timore commouentur, ne sibi Deum reddant offensionē hac preicatione, contraq; etiam cohortandi ad frequenter preicationis usum, quo à parente Deo postulent, ut sibi det eam mentem, ut ijs, qui læserint, ignorant & inimicos diligent.

Sed ut preatio omnino fructuosa sit primum hæc De usu hu-
in ea est cura, meditatioq; adhibenda, nos Deo sup-
plies esse, & ab eo veniam petere, quæ non datur, nisi
penitenti: itaque nos ea charitate & pietate prædi-
tos esse oportere, quæ pœnitentibus conueniat: conue-
nire autem maxime ijs, subiecta quasi oculis pro-
pria flagitia atque facinora lacrimis expiare, Cum
hæc cogitatione cōiungēda est cautio in posterū earū
rerū, in quibus fuit aliqua occasio peccandi, quæque
nobis ansam dare possit ad offendēdū parētem Deū. Psal. 50.
In his curis versabatur Dauid, cum diceret: Et pec-
catū meū contra me est semper: Et alio loco: Lauabo
per singulas noctes lectum meū, lacrymis meis stra-
tum meū rigabo. Proponat sibi præterea unusquis-
que ardentissimū orandi studium eorum, qui à Deo
precibus impetraverunt veniam delictorū, ut Publi-
cani illius, qui longe consistens præ pudore ac dolore.



Luc. 18.

& oculis humi desfixis, tatum pulsabat pectus, eum habens orationem: Deus propitius esto mihi peccatori; Tu illius peccatricis mulieris, que Christo domino, retro stans, rigatos a se eius pedes, capillis etiam abster fos osculabatur: Petri denique Principis Apostolorum qui, egressus foras, fleuit amare. Denique cogitandum est, quo infirmiores sunt homines, & ad morbos animi, que sunt peccata, propensiores, eo pluribus, & frequentioribus medicamentis indigere. Sunt autem agrotae animae remedia: Poenitentia & Eucharistia. Hec igitur sepiissime adhibeat fidelis populus: deinde eleemosyna, quemadmodum tradunt diuine literae medicina est accommodata sanandis animae vulneribus. Quare, qui pie ac prece vti cupiunt, pro viribus benigne faciat egenibus. Quanta enim vim habeat ad delendas scelerum maculas, testis est in Tobiae angelus Domini sanctus Raphael, cuius est illa vox:

Tob. 13.

Eleemosyna a morte liberat, & ipsa est, quae purgat peccata & facit inuenire misericordiam, & uitam eternam. Testis est Daniel, qui Nabuchodonosor regem sic admonebat: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum. Optima autem largitio, & impertienda misericordiae ratio, est oblivio iniuriarum, & bona voluntas erga eos, qui re vel existimatione, vel corpus tuum tuorumque violarint. Quicunque igitur cupit in se esse maxime misericordem Deum, is ipsi Deo suas donet inimicitias, remittatque omnem offenditionem, & pro hostibus libenter

Daniel. 4.

bentissime deprecetur, omnem captans occisionem
de illis ipsis bene promerendi. Sed quoniam hoc ar-
gumentum explicatum est, cum homicidij locum tra-
duimus, eo reiçimus Parochos, qui tamē hanc pe-
titionem hoc fine cōcludant, nihil iniustius esse aut
singi posse, quam eum, qui cum hominibus durus sit,
ut nemini se det ad lenitatem, idem postulet, ut in se
sit mitis, & benignus Deus.

Eccle. 28.

Et ne nos inducas intentionem.

Necessitas
huius peti-
tionis.

Non dubium est, quin filii Dei post impetratam
delictorum veniam, cū incensi studio adhibendi Deo
cultū & venerationē, cœlestē regnum exoptant, &
omnia diuino numini tribuentes pietatis officia to-
ti pendent à paterna eius voluntate ac prouidentia.
Tū eo magis humani generis hostis omnes aduersus il-
los artes excogitet, omnes machinas paret, quibus
oppugnētur sic, vt verendū sit, ne labefactata & mu-
tata sentētia, rursum in vitia delabātur, longeq; de-
teriorē euadat, quā ante a fuerint. De quibus illud
Principis Aposto. iure dici possit: Melius erat illis, 1. Pet. 2.
non cognoscere viā iustitiae, quā post agnitionem re-
trorsum converti ab eo, quod illis traditum est, san-
cto mandato. Quare nobis à Christo Domino datū
est huius petitionis preceptum, vt quotidie nos Deo
commendemus, eiusque patrīam, curam & prae-
dium imploremus, minime dubitantes fore, vt si dese-
ramur diuino patrocinio, vaferrimi hostis laqueis
iretiti teneamur. Neque vero solum in hac orandi

rcgk

regula iussit à Deo petere, ne patiatur nos induci in tentationem, sed in illa etiam oratione quā ad sacros Aposto. habuit sub ipsum mortis tempus, cū quidem

Ioā. 3. & 15. ipsos mundos esse dixisset, eos huius officij his verbis admonuit: Orate, vt non intretis in temptationē.

Quā iterum à Christo Dño adhibita admonitio magnum diligentiae onus imponit Parochis excitandi fidelem populum ad frequentē huius r̄sum precationis, vt cum tanta hominibus ab hoste diabolo in singulas horas pericula huius generis intendantur, à Deo, qui solus illa propulsare potest, petant illud

Humanæ assidue, Ne nos inducas in temptationem, Intelliget autē fidelis populus, quantopere egeat diuinibuius adiumenti, si suæ imbecillitatis in scitiæq; me

minerit: si recordabitur illa Christi Dñi sententiam: Spiritus quidē promptus est, caro autē infirma: si ei

Matt. 26. venerit in mete, quā graues sint & exitiales homini casus impellente demone, ni sustineatur dextera celestis auxilio. Quod illustrius esse posset humana infirmitatis exemplum: quā sacer ille chorus Apostolorum, qui magno antea animo cum essent, primo quo

Ibidem. que obiecto terrore, relicto Saluatore, diffugerunt? Etsi illustrius etiam est illud principis Apostolorum,

Matt. 26. qui in tanta professione singularis & fortitudinis & amoris in Christum Dominum, cum paulo ante sibi bene fidens, ita dixisset: Si oportuerit me mori tecum, non te negabo: statim vnius voce muliercule perterritus, se Dominum non nosse iure iurando affirmat-

firmauit. Nimirum illi in summa spiritus alacrita-
te nō respondebant vires. Quod si viri sanctissimi hu-
mane naturae fragilitate, cui confidebant grauiter
peccauerunt: quid non timendum est ceteris, qui ab
eorum sanctitate absunt longissime? Quare propo- Christiani
nat fidelis populo Parochus prælia ac pericula, in litia.
quibus assidue versamur, dum anima est in hoc morta-
li corpore, quos vndique caro, mundus, & Satanus
oppugnat. Quid ira, quid cupiditas in nobis possit
quotusquisque est, qui magno suo malo non experi-
ri cogatur? Quis non his lacerbitur stimulis? quis
hos non sentit aculeos? quis subiectis non vritur ar-
dentibus facibus? & quidem tam varijs sunt ictus, tam
diuersæ petitiones, ut difficillimum sit grauem ali-
quam plagam non accipere. Ac preter hos inimi-
cos, qui habitant & viuunt nobiscum sunt prætereas
illi hostes accerrimi, de quibus scriptum est:

Non est nobis colluctatio aduersus carnem & san- Ephes. 6.
guinem, sed aduersus Principes & potestates, ad-
uersus mundi rectores tenebrarum harum, contra
spiritualia nequitiae in cœlestibus. Accedunt enim
ad intimas pugnas externi impetus & impressio-
nes dæmonum, qui & aperte nos petunt, & per cu-
niculos influunt in animas nostras, vix ut ab illis ca-
nere possimus. Illos & principes appellat Aposto-
lus propter naturæ excellentiam: (nam natura ho- Ibidem.
minibus & ceteris, quæ sub sensum cadunt, creatis
rebus antecellunt) & potestates vocat, quod non so-

lum naturae vi, sed potestate etiam superat: & rectores nominat mundi tenebrarum: non enim clarum & illustrum mundum regut, id est, bonos & pios, sed obscurum & caliginosum, neque eos, qui flagitiosa, & facinora sae vite sordibus, ac tenebris obsecrati, duce tenebrarum diabolo delectantur. Nuncupat etiam demones spiritualia nequitiae: est enim & carnis, & spiritu nequicia. Carnalis quae dicitur nequitia, incedit appetitum ad libidines & voluptates, quae percipiuntur sensibus. Spiritualia nequitiae, sunt mala studia & pravae cupiditates, quae ad superiorē pertinet animæ partem: quae tamen peiores sunt, quam reliqua, quanto mens ipsa & ratio altior est atque præstantior. Quae Satanae nequitia, qui maxime spectat illuc, ut celesti nos hereditate priuet: propterea dixit Apostolus. In celestibus. Ex quo licet intelligere, magnas esse hostium vires, innictum animum, immane in nos & infinitum odium: belum etiam perpetuum eos gerere nobiscum, ut nulla pax esse cum illis, nulla inducia fieri possint. Quantum vero audeant, declarat Satana apud Prophetam vox: In celum descendam: aggressus est primos homines in paradiso: abortus est Propheta, appetiuit Apostolus ut quemadmodum loquitur apud Euangelistam Dominum, cibaret eos sicut triticum: ne ipsum quidem Christi Domini os erubuit. Itaque eius inexplicabilem cupiditatem & immensam diligentiam sanctus Petrus expressit, cum dixit: Aduersarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, querens quem deuoret,

Esa. 14.

Lc. 12.

Pet. 5.

ret. Quanquam non unus modo tentat homines Sa-
tan, sed gregatim interdum dæmones in singulos im-
petum faciunt: quod ille confessus est dæmon, qui roga-
tus à Christo Domino, quod sibi nomen esset, respon-
dit: legio mihi nomen est: nempe dæmonum multitu-
do, quæ miserum illum diuexarat. Et de alio scriptū
est: Assumit septē alios spiritus secum nequiores se, Matth. 13:2
& intrantes habitant ibi. Multi sunt, qui quod im-
pulsus atq; impetus dæmonū in se minime sentiunt,
totam rem falsam esse arbitrantur: quos ipsos à de-
monibus non oppugnari mirum nō est, quibus se spō
te dediderunt. Non est in illis pietas, non charitas,
non virtus illa Christiano homine digna: quare fit,
ut toti sint in potestate diaboli: nec ullis temptationi-
bus opus est ad eos euertendos, in quorum iam ani-
mis ipsis libentibus commoratur. At vero, qui se Deo
dicauerunt, in terris cælesti vitam agentes, ij ma-
xime omnium Satanae incursibus peritur, hos acer-
bissime odit, his in singula temporis mometa struit
insidias. Plena est historia diuinarum literarum san-
ctorū hominum, quos præsenti etiam animo stantes,
vel vi, vel fraude peruerit. Adam, Dauid, Salomon,
aliq; quos enumerare difficile sit, experti sunt dæ-
monum violētos impetus & callidam astutiam, cui
resisti non possit consilio: aut hominū viribus. Quis
igitur se suo præsidio satis tutum existimet? Itaque
pī castig; petendum à D E O est, ne nos tenta-
re sinat supra id, quod possumus, sed faciat etiam

Luc. 8.
Marc. 6.

cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere. Verum hic fideles confirmandi sunt, si qui animi imbecillitate aut rei ignoratione dæmonū vim perhorrescunt, ut ipsi temptationum fluctibus agitati, in huc precationis portum consugiant. Non enim Satan in tanta & potentia & pertinacia, in capitali odio nostrigenitus, nec quantum, nec quam diu rult, tetare nos aut vexare potest, sed omnis eius potestas Dei ntu & permisso gubernatur. Notissimum est exemplum Iob: de quo nisi Diabolo dixisset Deus: Ecce vniuersa, quæ habet, in manu tua sunt: nihil eius Satan attigisset, contra vero nisi addidisset Dominus: Tantum, in eum ne extendas manū tuam: uno Diaboli ictu cum filiis ipse facultatibusq; concidisset. Ita autem alligata est dæmonum vis, ut ne porcos quidem illos, de quibus scribunt Euangeliæ, non permittente Deo inuadere potuisset.

Iob. 1.
Matth. 8.
Marc. 5.
Luc. 8.

Tentatio
quid signi-
ficeret.

Hebr. 4.

Sed ad intelligendam huius petitionis vim dicendum est, quid hic tentatio significet, quid item induci in tentationem. Est autem tentare, periculum facere de eo, qui tentatur, ut ab ipso, quod cupimus, elècientes, verum exprimamus. Qui tentandi modus in Deum minime cadit. Quid enim est, quod nesciat Deus? Omnia enim, inquit, nuda & aperta sunt oculis eius. Est alterum tentandi genus, cum longius progrediendo, aliud queri solet in bonam vel in malam partem: in bonam, cum ea re tentatur alius virtus: ut illa perspecta & cognita, is commode

dis & honoribus augeatur, eiusque exemplum ceteris imitandum proponatur, ac denique omnes ob id ipsum ad Dei laudes excitentur. Quae tentādi ratio sola conuenit in Deum. Huius exemplum temptationis Deut. 15. est illud in Deuteron. Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non. Quomodo etiam tentare dicitur suos Deus, cum inopia, morbo, & alijs calamitatibus generibus premit, quod probāde eorum patientiae causa facit, & ut alijs documentū sint Christiani officij. In hac partē legimus Abrahā esse tentatum ut filium immolaret. Quo factō, fuit is obediētiæ & patientiae exemplum singulare ad memoriam hominum sempiternam. In eandem Genes. 22. sententiam dictum est de Tobia: Quia acceptus eras Tob. 12. Deo necesse fuit, ut temptatione probaret te. In malam partē tentātur homines, cum ad peccatum aut exitium impelluntur: quod proprium Diaboli officium est. Is enim eo animo tentat homines, ut decipiatur, agatque præcipites: Quamobrem Tentator in diuinis Matth. 4. literis appellatur. In ijs vero temptationibus modo intimos nobis admouens stimulos, animæ affectiones & commotiones adhibet administras: modo nos exigitas extrinsecus, externis rebus uitit, vel prosperis ad efferendos, vel ad frangendos aduersiss: non nunquam habet emissarios & excusores perditos homines in primisque hæreticos, qui sedentes in cathe dra pestilētie, malarum doctrinarum mortifera semina dispergunt, ut illos, qui nullum delectum aut di-

scrimen habent virtutis & vitiorum, homines per se proclives ad malum, nutantes, ac precipitantes impellant.

In tentatio Dicimur autem induci in tentationem, cum ten
nē quo modo tationibus succubimus. Inducimur vero in tentationē
dis induca- dupliciter: primū, cum de statu dimoti, in id raimus
mūr.

Psalm. 5. quia nemini est peccati auctor Deus, imo vero odit
omnes qui operantur iniquitatem. Sic vero etiā est

Iacob. 1. apud sanctum Iacobum: Nemo cum tentatur, dicat,
quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator
malorum est. Deinde dicitur nos in tentationem in-
ducere is, qui si nō tentat, ipse, neque operam dat,
quod tētemur, tentare tamen dicitur: quia cū posse
prohibere, ne id accidat, aut ne tentationibus supe-
remur, non impedit. Hoc modo Deus bonos & pios
tentari quidem finit, verum tamen sua gratia suscep-
tatos non deserit. Nec vero non interdum iusto
& occulto Dei iudicio, nostris id sceleribus postulan-
tibus, nobis ipsi relicti, concidimus. Praterea nos in
tentationem Deus inducere dicitur, cum eius benefi-
cijs, quae nobis ad salutē dedit, abutimur ad perniciē

Luc. 15. & patris substātiā, ut prodigus ille filius, dissipamus
viuedo luxuriose, nostris cupiditatibus obsequentes.
Quamobrem id dicere possumus, quod de lege dixit
Apostol. Inuentū est mihi mēd. atū, quod erat ad vitā,
hoc esse ad mortē. Opportunū rei exemplū est Hiero-

soly-

solyma, teste Ezechiele: quam Deus omni ornamen. Ezec. 16.
 torū genere lucupletarat ut eius ore Prophetæ di-
 ceret Deus: Perfecta eras in decoro meo, quē posue-
 rā super te: & tamē illa ciuitas diuinis cumulata bo-
 nis, tantum abest, vt optime de se merito, ac merenti
 Deo gratiā habens, cœlestibus beneficijs ad beatitu-
 dinē consequendam, cuius gratia ex acceperat, vtere-
 tur ut ingratisima in parentē Deū, abiecta spe co-
 gitatione cœlestium fructuum, tantū præsenti abundan-
 tia luxuriose ac perdite frueretur. Quod Eze-
 chiel eodē capite pluribus verbis persecutus est. Quia
 res sunt eodē loco ingratī in Deū homines, qui prebi-
 tā sibi ab eo diuinitus vberē materiā recte factorum
 ad vitia, illo permittēte, cōuertunt. Sed oportet hūc
 diuinæ scripture morem diligenter attendere, que
 Dei permissionem ijs interdum verbis significat, que
 proprietati accipiuntur, tanquā actionē in Deo signi-
 fican. Nam in Exodo sic est: Indurabo cor Pharaonis:
 & apud Esaiam: Excæca cor populi huins: & ad Rom. i.
 Romanos scribit Apostolus: Tradidit illos Deus in pas-
 siones ignominie, & in reprobum sensum. Quibus in-
 lacis, alijsq; similibus, nō id omnino esse actum à Deo
 sed permisum, intelligendum est.

His positis nō erit difficile scire, quid in hac pre-
 cationis parte postulemus. Nec vero petimus, ne om-
 nino tentemur. Est enim hominum vita, tentatio
 super terram. Est autem ea res utilis & fructuosa Job. 7.
 hominum generi. Nam in temptationibus nos ipsos,

Exod. 47.
Esai 6.

id est, vires nostras cognoscimus. Quam obrem etiam
 1. Pet. 5. humiliamur sub potenti manu Dei, viriliterque de-
 certantes, expectamus immarcescibilem coronam glo-
 riae. Nam & qui certat in agone, non coronatur, nisi
 2. Tim. 2. legitime certauerit: & ut inquit S. Iacobus: Beatus
 Jacob. 1. pīs, qui suffert tentationem: quoniam, cum proba-
 tus fuerit, accipiet coronam vite, quam repromisit
 Deus diligentibus se. Quod si virginem non nunquam
 hostium temptationibus, magna nobis erit leuationi il-
 la cogitatio habere nos adiutorē pontificē, qui pos-
 sit copati infirmitatibus nostris, tentatū ipsum per
 omnia. Quid hic igitur petimus? ne diuino presidio
 Heb. 4. deserti, temptationibus vel decepti assentiamur, vel ce-
 damus afflīcti, ut presto sit nobis Dei gratia, que,
 cum defecerint nos propriæ vires, in malis recreet
 ac reficiat. Quare & generatim Dei opem implora-
 re debemus in omnibus temptationibus & nominatim
 cū singulis affligimur, ad precationē cōfugere oportet.
 Quod à Davide factum legimus pene in unoquoque
 Psal. 118. temptationū genere: nam in mendacio sic precabatur:
 Ne auferas de ore meo verbum veritatis usque
 Ibidem. quaque. In avaritia ad hunc modū: Inclina cor meum
 in te testimoniatua, & non in avaritiam. In rebus vero
 in anibus huius vite, & illecebris cupiditatū, hac
 prece vtebar: Auerte oculos meos, ne videant va-
 nitatem. Ergo postulamus, ne more geramus cupidita-
 tibus neque defatigemur in temptationibus sustinēdis,
 ne declinemus de via Domini, ut tamen in rebus incōmo-
 dis quā

dis quam in prosperis, aequitate animi constantiamque seruemus, & nullam nostri partem Dei suae tu Rom. 16. tela vacuam relinquat. Petimus denique ut Satanā conterat sub pedibus nostris.

Reliquum est, ut fidelem populum ad ea Parochus cohortetur, que in hac precatione maxime cogitare & meditari oporteat. In qua erit illa optimaria, si, quanta sit hominum infirmitas, intelligentes viribus nostris diffidemus, & omni spe nostrae incolumentatis in Dei benignitate collocata, eo freti patrocinio, vel in maximis periculis magnum animum habuerimus, praesertim cogitantes, quam multis hac spe atq; hoc animo præditos ex hiantibus Satanae fauibus liberarit Deus. An non Ioseph vndiq; circūdatū ardētibus insane mulieris facibus, è summo ereptū periculo ad gloriæ extulit? nō Susannam, à Satanae ministris obfessam, tū, cū nihil proprius es set, quā vt nefarijs sententijs interficeretur, seruauit incolumente? neque mirū: erat enim, inquit, cor eius fiduciam habens in Domino. Insignis est laus & gloria Iob, qui de mundo, de carne, de Satana triumphavit. Plurima sunt huius generis exempla, quibus Parochus diligenter pium populum ad eam spem fiduciamque cohortari debet. Cogitent etiam fides, quem in hostium temptationibus ducem habeant, nempe Christum Dominum, qui victoriam ex illo certamine retulit. Vicit ipse Diabolum. Est is ille fortior, qui superueniens fortē superanit arma-

Gen. 39. &
41.

Daniel. 13.

Luc. 11.

- tum: quæ & armis nudauit & spolijs. De eius victoria, quā de mundo reportauit: est apud S. Ioannem:
 Ioan. 16. Confidite, ego vici mundum. Et in Apocalypsi dicitur. Ipse leo vincens, & exisse vincens, ut vinceret;
 Apoc. 5. 6. quia in victoria suis etiam cultoribus facultate vincendi dedi. Est Apostoli ad Hebreos epistola plena
 Heb. 11. victorijs sanctorum hominum, qui per fidem deuicerūt regna, obturauerunt orationem: & quæ sequuntur
 Ex his vero, quæ sic acta legimus, eas victorias cogitatione complectamur, quas quotidie reportant
 ex intimis & externis demonijs prælijs homines fide, spe, & charitate praestantes: quæ tam multæ sunt
 tamque insignes, ut si sub aspectu caderent oculoru, nihil frequentius accidere iudicaremus, nihil glorio
 sius: de quoru hostiū clade his verbis scripsit S. Ioannes: Scribo vobis, iuuenes, quoniam fortes estis
 2. Ioan. 2. & verbum Dei manet in vobis: & vicistis malum.
 Vincitur autem Satanás non otio, somno,
 vino, comedatione, libidine, sed oratione, labore,
 vigilia, abstinentia, continentia, castitate. Vigila-
 Matt. 16. te, & orate, inquit: ut iam diximus: ut non intretis
 in temptationem. Qui ipsis armis ad illam pugnam
 utuntur, in fugam conuertunt aduersarios: qui e-
 nim resistunt Diabolo, is fugiet ab eis. In his tamen
 sanctorū hominū victorijs quas diximus, nemo sibi
 placeat, nemo se efforat insolentius, ut se suis viribus
 hostiles demonum tentationes, impetusque sustinere
 possit. Non est hoc naturæ nostra, non huma-
 na

ne imbecillitatis. He vites, quibus prosternimus Sa-
 tan.e satellites dantur à Deo , qui ponit , ut arcu-
 ereum , brachia nostra: cuius beneficio arcus fortius
 superatus est: & infirmi accincti sunt robore: quidat 1. Reg. 2.
 nobis protectionem salantis: cuius nos dextera susci-
 pit: qui docet manus nostras ad pratum , & digitos Psal. 17.
 nostros ad bellum , ut vni Deo pro victoria sint
 agenda , & habende gratie, quo uno & auctore &
 adiutorie vincere possumus: quod fecit Apostolus: in- 1. Cor. 15.
 quirit enim Deo autem gratias, qui dedit nobis victo-
 riam per Dominum nostrum Iesum Christum. Eun-
 dem auctorem victorie predicit celestis illa vox
 in Apocalypsi: Facta est salus, & virtus, & regnum Apoc. 12.
 Dei nostri , & potestas Christi eius : quia projectus
 est accusator fratrum nostrorum, & ipsi vicerunt eū
 propter sanguinem agni. Testatur idem liber, Chri-
 sti Domini partam ex mundo carneq; victoriam eo Apoc. 17.
 loco: Hi cum agno pugnabunt , & agnus vincet il-
 los. Hec de causa , & de modo vincendi. Quibus ex-
 positis , proponent fidei populo Parochi à D E O
 paratas coronas , & constitutam victoribus sempi-
 ternam premiorum amplitudinem . Quorum ex Apoc 23.
 eadem Apocalypsi diuina proferent testimonia. Qui
 vicerit , non ladedetur à morte secunda. Et also lo-
 co: Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis , &
 non delebo nomen eius de libro vite. Et Confite-
 bor nomen eius coram patre meo , & coram angelis
 eius. Et paulo post Deus ipse , ac Dominus noster
 ita

Apoc. 3.

ita loquitur ad Ioannem: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Tum inquit: Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Denique cum sanctorum gloriam & perpetuam illam bonorum vim, quibus in celo fruentur, exposuisset adiunxit: Qui vicerit, possidebit hanc.

Apoc. 21.

Sed libera nos à malo.

Ioan. 17.

Postrema hæc petitio est instar omnium, qua Dei filius diuinam hanc orationem cōclusit: cuius eti. m vim & pondus ostendens, ea vsus est orandi clausula, cū è vita migraturus, Deū patrem pro hominum salute deprecaretur: Rogo enim, inquit, vt serues eos à malo: Ergo hæc precationis formula, quam & præcepto tradidit, & exemplo confirmauit, quasi quadam epitome summatis cōplexus est vim & rationem ceterarum petitionū. Cum enim id, quod ea prece continetur, impetraverimus, nihil, authore S.

S. Cyp. ser. Cypriano, remanet, quod vltra adhuc debeat postulare: cū semel protectionem Dei aduersus malum petitio: contra omnia, que diabolus & mundus operantur, securistamus & tuti. Quare cum tanti sit hæc petitio, quanti diximus, debebit

Parochus in ea fidelibus explicanda summam adhibere diligentiam. Differt autem hæc, & proxima petitio, quod illa vitationē culpæ, hac pœnae liberacionem postulamus. Quare nō iam monēdus est fidelis populus,

populus, quantopere & laboret ex incommodis & calamitatibus, & caelstis egeat adiumenti. Nam quot & quantis miserijs proposita sit hominum vita, praeterquam quod & sacri & profani scriptores hoc argumentum sunt copiosissime persecuti, nemo fere est, qui intelligat & suo & alieno periculo. Persuasum enim est omnibus, quod exemplū patientiae Iob me Iob. 14. moriae prodidit: Homo natus de muliere, breui viues tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Nec vero ullum praterire die, qui propria aliqua molestia aut incommodo notari non possit, testis est illa Christi Domini vox: sufficit diei malitia sua. Et si conditionem humanae vitae declarat ipius Domini monitum illud, quo crucem Luc. 9. quotidie sumi, sequens docuit sequi oportere. Ut igitur quisque sentit, quam laboriosa sit & periculosa haec viuendi ratio, ita facile persuadebitur fidi populo, malorum liberationem a Deo implorādam esse, praesertim cum nulla re magis ad orandum adducantur homines, quam cupiditate & spe liberationis eorum incommodorum, quibus premuntur aut, que impendeant. Est enim haec insita ratio in animis hominum, ut in malis statim ad Dei auxiliū confugiant. Qua de re illud scriptum: Imple facies eorum ignorantia, & querent nomen tuum Domine. Sed si ilud fere sua sponte faciunt homines, ut in periculis & calamitatibus inuocet Deum: certe, quomodo id recte

recte facere possint, ab ijs, quorū fidei, ac prudentie
 commissa est eorum salus, maxime docendi sunt. Nō
 enim desunt, qui contra Christi Domini iussum pre-
 postero vtantur ordine precationis. Nam qui iussit
 Psalm. 49. nos ad se confugere in die tribulationis, idem oratio-
 nis ordinem nobis prescrīpsit: voluit enim, vt prius
 quam precaremur, vt nos liberaret à malo petere-
 mus ut nomen Dei sanctificaretur, & adueniret re-
 gnum eius, & reliqua postularemus, quibus quasi
 gradibus quibusdam in hunc locum peruenitur. Sed
 quidā, si caput, si latus, si pes condoluit, si rei familia-
 ris iactram faciunt, si minae, si pericula ab inimicis
 intenduntur, in fame, in bello, in pestilentia, omissis,
 medijs, Dominicæ precationis gradibus tantū petūt,
 vt ex illis eripiantur malis. Huic consuetudini repu-

gnat Christi Domini iussum: Quærite primum re-
 gnum Dei. Itaq; qui recte preces faciunt, cum depre-
 cantur calamitates, incommoda, malorum depulsio-
 nem, id referunt ad Dei gloriam. Sic David illi pre-
 cationi: Domine ne in furore tuo arguas me: subie-
 cit rationem, qua se Dei glorie cupidissimū ostendit
 inquit enim: Quia non est in morte, qui memor sit
 tui, in Inferno autem quis confitebitur tibi? Et idem
 cum oraret Deum, sibi vt misericordiam imperti-
 ret, subiungit illud. Docebo iniquos vias tuas, &
 imp̄g ad te conuertentur. Ad hanc orādi salutarem
 rationem, & ad exemplum Prophetæ incitandi sunt
 fideles auditores, & simul docendi, quācum intersit
 Psalm. 6.

Psal. 50.

inter

interinfidelium & Christianorum hominum preces

Petunt vehementer illi etiam à Deo ut possint ex

morbis, vulneribusque conualescere, sibi ut ex virginibus,

vel imminētibus malis evadere liceat.: sed tamē

illis præcipuā spem liberationis ponunt in reme-

dīs, natura vel hominū industria comparatis: quin

etīā sibi datū à quouis medicamentū etīā si cantionē

būs, si veneficijs, si dæmonū opera confictum sit, sine

villa religione adhibēt, modo aliqua valetudinis spes

ostendatur. Longe alia est ratio Christianorum: qui

in morbis, & in omnibus aduersis rebus habēt sum-

mū perfugiū & præsidium salutis Deū, unum illum

omnis auctōrē boni & liberatorem suum agnoscunt

ac venerantur, remedīs vero, que inest ad sanandū

vis, insitam à deo esse pro certo habent, tantumque

illa egrotis prodeesse existimant, quantā ipse volue-

rit Deus. Est enim à Deo data hominum generi me-

dicina, qua morbos sanaret. Hinc est illa Ecclesiæ-

sticī vox: Altissimus creauit de terra medicinam, & Eccle. 3.8.

vix prudens non abhorrebit illam. Itaque qui Iesu

Christo nomen dederunt, non in illis remedīs sum-

mam spem reponunt recuperande valetudinis, sed

ipsi medicinæ auctōri Deo maxime confidunt. Qua-

re etiam in diuinis literis reprehenduntur ij, qui,

medicinæ fiducia, nullum Dei auxilium requirant:

imo vero, qui vitam agunt ex diuinis legibus, ab-

stinent omnibus remedīs, quæcumque ad curatio-

nem à Deo non adhibita esse constet. Quod si etiam

Christianos
rū preces ab

infidelium
precibus.

quid diffe-
rant.

etīā sibi datū à quouis medicamentū etīā si cantionē

būs, si veneficijs, si dæmonū opera confictum sit, sine

villa religione adhibēt, modo aliqua valetudinis spes

ostendatur. Longe alia est ratio Christianorum: qui

in morbis, & in omnibus aduersis rebus habēt sum-

mū perfugiū & præsidium salutis Deū, unum illum

omnis auctōrē boni & liberatorem suum agnoscunt

ac venerantur, remedīs vero, que inest ad sanandū

vis, insitam à deo esse pro certo habent, tantumque

illa egrotis prodeesse existimant, quantā ipse volue-

rit Deus. Est enim à Deo data hominum generi me-

dicina, qua morbos sanaret. Hinc est illa Ecclesiæ-

sticī vox: Altissimus creauit de terra medicinam, & Eccle. 3.8.

vix prudens non abhorrebit illam. Itaque qui Iesu

Christo nomen dederunt, non in illis remedīs sum-

mam spem reponunt recuperande valetudinis, sed

ipsi medicinæ auctōri Deo maxime confidunt. Qua-

re etiam in diuinis literis reprehenduntur ij, qui,

medicinæ fiducia, nullum Dei auxilium requirant:

imo vero, qui vitam agunt ex diuinis legibus, ab-

stinent omnibus remedīs, quæcumque ad curatio-

nem à Deo non adhibita esse constet. Quod si etiam

eorum vsu medicamentorum illis sit explorata spes
sanitatis, tamen ab ijs, vt cantionibus & dæmonum
artificijs abhorrent. Ad id autem fideles cohortari
oportet, vt Deo confidant: ea enim re iussit nos be-
neficienſiſmus parens liberationem malorum poſtu-
lare, vt in eo ipſo quod iussit, ſpem etiam impetratio-
niſ habere muſus. Multa ſunt in ſacris literis huius rei
exempla, vt qui minus rationib⁹ adducuntur ad be-
neſperandum, exemplorū multitudine confidere co-
gātur. Abraham, Iacob, Lotb, Ioseph, Dauid ſunt in
oculis, locupletiſimi teſtes diuinae benignitatis. Sa-
cra noui teſtamenti literæ tā multos enumerat, qui
ex maximis discriminib⁹ erepti ſunt piæ pondere
precationis, vt res exemplorum cōmemoratione non
egeat. Vna igitur illa Prophetæ ſententia contenti-
erimus, quæ vel infirmiſimū quemque cōfirmare po-
teſt. Clamauerunt enim, inquit, iuſti, & Dñs exaudi-
uit eos, & ex omnibus tribulationib⁹ eorū libera-
uit eos. Sequitur huius vis & ratio petitionis, vt
fideles intelligant, non omnino petere nos hoc loco,
vt à malis omnibus liberemur. Sunt enim quædam,
quæ cōmuniter mala putantur, quæ tamen ſunt illis
fructuosa, qui patiuntur: vt ille ſtimulus, qui Apo-
ſtolo erat adhibitus, vt Dei gratia adiuuante virtus
in infirmitate perficeretur. Hæc, ſi cognita ſit eo-
rum vis, ſumma voluptate pios afficiunt: tantum
abefit, vt à Deo petant, vt auferantur. Quare tan-
tum ea mala de precamur, quæ nullam anima uti-
litatem

Pſal. 33.

2. Cor. 12.

litatē afferre possunt, reliqua minime, modo aliquis
inde salutaris fructus existat. Omnino igitur huic
voci ea subiecta vis est, vt à peccato liberati, à tenta-
tionis etiam periculo, ab intimis externisque malis
eripi amur: vt tuti simus ab aqua, ab igne, à fulgure,
ne grande noceat frugibus: ne annonae caritate, sed
tionibus, bello laboremus petimus à Deo: vt morbos,
pestem, vastitatem arceat, vincula, carcerem, exiliū
pröditiones, insidias, ceteraque omnia prohibeat in
commoda, quibus maxime terreri ac premi solet ho-
minū vita. omnes denique flagitorum & facinorū
tausas auertat, neq; hęc solū, quę omniū cōfessione
mala sunt, deprecamur, sed illa etiā, quę pene omnes
bona cōfidentur, diuitias, honores, valetudinē, robur,
hanc ipsam vitę petimus, in qua, ne ad malū & ad
animę nostrę exitiū hęc cōuertātur. Oramus etiam
Deum, ne morte opprimamur repetina: ne in nos irā
Dei cōcitemus: ne quę impios manent supplicia su-
beamus: ne igne purgatoriū torqueamur: a quo vt alij
liberētur, pie & sancte precamur. Hanc petitionē &
in Missa, & in Litanījs sic interpretatur Ecclesia,
nos videlicet ea præterita, praesentia, futura mala de-
precarī. Non vno autem modo Dei nos benignitas
eripit à malis: nam impendentes prohibet calamita-
tes: quo modo legimus magnum illum Iacob esse libe- Gene. 35.
ratum ab inimicis, quos in illum concitarat Sichimī
tarum eccl̄es. Extat enim illud, Terror Dei inuasit
omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi per

qui recedentes. Et quidē beatissimis, qui cum Christo Domino in cœlis regnant, omnibus malis Dei operis liberati sunt. Nos autem, qui in hac peregrinatione versamur, ab omnibus incommode solatos esse minime vult, sed eripit à quibusdam, et si sunt instar liberationis malorum omnium ea solatia, quæ dat interdum Deus ihs, qui rebus premūtur aduersis. His se consolabatur Propheta, cù illa dicebat: Secundū multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerunt animā meam. Præterea à malis homines liberat Deus, cum illos in summum discrimen adductus, integros seruat & incolimes: quod & pueris illis in ardente fornaci coniectis, & Danieli contigisse legimus, quæ leones nihil laeserunt quemadmodum neque pueros flamma violauit. Ma-

Dan. 3. 6. Demon cur maius dicitur. Chrysostomi, & Augustini præcipue dicitur deo. 5. in hō. Au. de salut. docum. lus vero etiam ex sententia sanctorum Basiliū magni, in Matth. & Chrysostomi, & Augustini præcipue dicitur deo. 5. in hō. mon, quod hominum culpe, id est, sceleris & peccati author fuit: quo etiam ministro virtutis Deus in repetendis penitentias & facinorosis: dat enim Deus omne malum hominibus quod illi peccati causa patiuntur, in quam sententiam loquuntur diuine literæ illis verbis. Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? Item, Ego Dominus & non est alter formans lucem & creans tenebras: faciens pacem & creans malum. Malus quoque dicitur demon ob eam causam, quod et si eum nihil laeserimus, tamen perpetuum bellum nobis inferit,

Amos. 3. Esai. 45.

fuit, & capitali nos insectatur odio. Quod si nobis &
 fide armatis, & innocentia tectis nocere non potest,
 tam en nullum finem facit tentandi nos externis ma-
 lis, & quacunque potest ratione diuexandi. Quam-
 obrem Deū preciamur, vt nos à malo liberare velit.
 Dicimus autem à malo non à malis, ob id quod ma-
 lu, quæ in nos à proximis prosciscuntur, illi assigna-
 mus, tanquā authori & impulsori. Quo minus etiā
 proximis irasci debemus: quin odiū & iracundiam
 in ipsum Satanā conuertere oportet, à quo homines
 ad inferendam iniuriā impelluntur. Itaque si te ali
 quarre leserit proximus, cū preces facis parenti Deo
 pete, vt non modo tē liberet à malo, id est, ab ijs, quas
 tibi proximus imponit, iniurijs: sed illum ipsum eri-
 piat proximum ex diaboli manu, cuius impulsu ho-
 mines in fraude inducūtur. Illud denique sciendum,
 est, si in precibus & votis non liberamus à malis de-
 bere nos, quæ premant, ferre patienter, intelligen-
 tes placere diuino nūnini, vt toleranter ea patiamur
 Quare minime nos indignari aut dolere parest, qđ
 preces nostras non audiat Deus, sed omnia ad eius
 nutum ac voluntatem referre oportet, existim.in-
 tes id utile, id esse salutare quod Deo placet, vt ita sit,
 non autem id, quod secus nobis videatur. Postremo
 docendi sunt p̄y auditores, dum in hoc vite curri-
 culo versamur, eos ad omne incommodorum & ca-
 lanitatum genus non solum aequo, sed etiam gau-
 denti animo ferendum paratos esse debere. Omnes

- a. Tim. 3. enim, inquit, qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Item, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Rursus: Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Non enim aequum est, seruum maiorem esse domino suo: sicuti turpe est, è sententia S. Bernardi, membris sanctis membra esse delicata sub spinoso capite. Praeclarum illud est exemplum Virtutis propositum ad imitandum, qui, adhortate Dauidem domini ut se contineret, inquit Aera Dei & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & ego ingrediar domum meam? His instructi rationibus ac meditationibus si ad orandum veniemus, illud assequemur, ut, si minis vndeque cincti, malisque circundati, quemadmodum tres illi pueri intacti ab igne sic nos inviolati seruemur: certe, ut Machabaei, casus aduersos constanter ac fortiter feramus. In consumelis & cruciatibus sacros imitabimur Apostolos, qui casi verberibus, rehemeter letabantur, quod digni habiti essent, qui pro Christo Iesu contumelias paterentur. Sic nos ita comparati canemus illa summa animi voluptate: Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum: labor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.
- a. Mach. 7. Psal. 18. S. Hieronim.

Amen.

Hanc vocem, sicuti est, signaculum orationis Dominice appellat sanctus Hieronymus in Commentarijs in Matthaeum. Quare ut admonuimus antea

anteat, si leles de preparatione, que adhibenda sit.
 prius, quā aggrediatur ad diuinā precationē sic nūc.
 faciendū duximus, vt clausule ac finis ipsius precatiō
 tionis causam rationēque cognoscant. Nō enim plu
 ris est diuinas preces diligenter ordiri, quā religio
 se absoluere. Sciat igitur fidelis populus multos esse
 & eos vberes fructus, quos ex Dominice orationis
 fine percipimus: sed omniū vberrimus ac letissimus
 fructus est eorū impetratio, que postulauimus, de
 quo supra satis dictum est. Non solum autem conse
 quimur postrema hac parte precationis, vt nostra
 preces audiantur, sed quedam etiam maiora ac p̄
 clariora, quā in vt verbis explicari possint. Num cum
 orando homines cū Deo colloquuntur, vt S. Cypri. Cypri. circa
 ait fit quodā inexplicabili modo oranti diuina ma
 iestas propior, quā ceteris: quem præterea singula
 ribus ornat muneribus: vt qui pie Deum orant, quo
 dāmodo cum ihs qui ad ignem accedunt, compara
 ri possint: qui si algent, calescent, si calent, astuant:
 sic illi assistentes ad Deum pro modo pietatis ac fi
 dei, ardenter euadunt: inflaminatur enim eo
 rum animas ad Dei gloriam, mens illustratur ad
 mirabilem in modum, omnino cūmulantur diuinis
 muneribus, est enim illud proditum sanctis literis:
 P̄uenistieum in benedictionibus dulcedinis. Exē Psal. 24.

Plō est omnibus magnus ille Moyses, qui à Dei con
 gressu & colloquio digrediens, diuino quodam ful
 gore collucebat sic, vt Israelite eius oculos, & os Exod. 34.

Psal. 5.

intueri non possent. Omnes qui vehementi illo studio preces faciunt, Dei benignitate ac maiestate ad mirabiliter perfruuntur. Mane astabo, inquit Prophetæ, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Hec quo magis noscunt homines, eo Deum vehementiori cultu ac pietate venerantur, eo etiam sentiunt iucundius, quam suauis sit Dominus, & quam vere beati sint omnes, qui sperant in eo: tam vero clarissima illa luce circufusi, quanta sit eorum humilitas, quanto sit Dei maiestas considerant. Est enim illa Sancti Augustini regula. Nouerim, me. Itaque fit ut suis viribus dissidentes, totos se committat Dei benignitati, minime dubitantes, quin ipsos paternam illam suam & admirabili charitate complexus, abundantier ipsi omnia suppeditet, quae sint ad vitam & salutem necessaria, hinc se ad agendas Deo gratias conuentant, quantas animo maximas capere possunt, quatas oratione complecti: quod magnum David fecisse legimus: qui cum ita preicatione instituisset. Salutem me fac ex omnibus persequentibus me, sic eam absoluimus. Confitebor Domino secundum iustitiam eius, & psalmi nomini Domini altissimi. Sunt eiusmodi sanctorum preces innumerabiles, quarum exordium est timoris plenum, clausula spei bone latitiaeque refecta: sed mirabile est, quam eo in genere eniteant Davidis ipsius preicationes: nam cum metu perturbatus sic orare esset exorsus, Multi insurgunt aduersum me, multi dicunt animam meam, non est salus ipsi

Psal. 7.

Psal. 3.

ipſi in Deo eius: confirmatus aliquando, gaudioque perfatus, sublanxit paulo post, Non timebo milia populi circumstantis me. Alio etiam psalmo, suā cum deplorasset miseriā, ad extremū Deo confisus, incredibiliter latat̄ur spe sempiterne beatitudinis, In pace, in idipsum, inquit, dormiā & requiescā. Quid il Psal. 4.
la? Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua Psalm. 6.
corripias me, quāto cū tremore & pallore Propheta dixisse credendū est? contra que deinceps sequuntur, quā fidenti ac letanti animo? Discedite a me: inquit, omnes qui operamini iniquitatē, quoniam exaudit̄ Dominus vocē fletus mei. Cum vero Saulis irā furorēque pertimesceret, quā humiliter ac demissif; Psal. 58.
Dei opem implorabat: Deus in nomine tuo saluuni me fac, & in virtute tua iudica me, & tamen hilare ac fidenter in eodem Psalmo subiecit, Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est anima mea. Quare quis se cofert ad sacras preces fide spe que munitus, parentem audeat Deum, ut se id consequi posse, quod ei opus sit, nullo modo diffidat:

Sunt autem in extremo hoc diuinæ precatio-
nis verbo, Amen, multa quasi semina quedam ea
rum rationum cogitationumque, quas diximus, &
quidem adeo frequens fuit hac Hebreæ vox in oratione Saluatoris, ut spiritui sancto placuerit, ut in Ecclesia Dei retineretur, cui vocis illi quodammodo
subiecta sententia est: Scito tuas auditas esse preces
Habet enim vim respondentis, & illum, qui pre-

cibus, quod velit impetrarit, cum bona gratia dimicentis Dei. Hanc sententiam perpetua Ecclesia Dei consuetudo comprobauit, que in sacrificio Missae, cum pronunciatur oratio Dominica, non rei sacrae ministris, quorum partes sunt illa dicere; Sed libera nos a malo, attribuit hanc vocem, Amen, sed ipsi sacerdoti, accommodatam, reseruauit, qui cum Dei & hominum sit interpres, Deum exoratum esse populo respondet. Nec tamen hic ritus communis est omnium precationum, quippe cum in ceteris ministrorum sit munus respondendi, Amen, sed proprius Dominicæ orationis, nō in alijs precibus consensum modo desideriamque significat, in hac responsio est, Deum orantis postulationi consensisse. Ac varie quidē à multis est interpretatū hoc verbum, Amen. Septuaginta interpretes verterunt, fiat: alij reddiderūt, vere: Aquila fideliter, cōuertit, sed parui refert hoc, an illo modo sit redditum: mo lo habere intelligamus eā vim, quā diximus, confirmingatis sacerdotis concessum id esse, quod petebatur, cuius sententiae testis est Apostolus ad Corinthios. Quotquot enim, inquit, promissiones Dei sunt in illo est, ideo & per ipsum Amen Deo, ad gloriam nostrā. Est etiā hac nobis accommodata vox in qua inest confirmatio quedam earū petitionū, quas adhuc adhibuimus: que etiam eos reddit attētos, qdāt operā sacris precib⁹: sitem sape, ut in preceatione distracti homines varijs cogitationibus, alio traducātur, imo vero summo studio petimus.

petimus hanc ipsa voce, ut omnia fiant, id est, concedantur, que ante a petimus, vel potius intelligentes nos iam impetrasse omnia, ac sentientes presentem vim diuini auxilij, illud una cum Prophetacunimus: Ecce enim Deus adiuvat me, & Dominus susceptor est Psal. 53. anima mee Nec est, quod quisquam dubitet, quin & nomine filij sui, & verbo, quo s̄epissime is usus Hebr. 5. est, moueatur Deus, qui semper, ut ait Apostolus, exauditus est pro sua reuerentia.

S S INDEX

INDEX EORVM, QVÆ
In hoc Tridentinæ Synodi Cate-
chismo annotatu digna
visa sunt.

- A**BBATIBVS permis-
sam est ut interdū
minores ordines admini-
strent. pagina. 272
Ablutio trina in baptismo an-
sit necessaria. 186
Abrahæ peregrinatio. 405
Accidētia in Eucharistie sa-
cramēto manent sine sub-
iecto. 265
Actiones Deo gratas sine ad-
iumento diuinæ gratiæ su-
scipere nō possumus. 585
Actio gratiarum est oratio-
ni iungenda. 553
Adam sibi & posteris donum
iustitiae originalis amisit.
597
Adam cibo indigebat in sta-
tu innocentiae ad reficien-
das vires. ibid.
- Adam non indiguisset mul-
tis rebus quibus non indi-
gemus. si nō peccasset. ibi.
Adam posteritas fructu vita-
lis arboris priuata. & hor-
ribili sententia maledi-
cta. 598
Adam & Christi compara-
tio. 50
Aduentus Christi ad indi-
cium. 88
Adulterium quid. 480
Adulterij interdicto quæ pec-
cata prohibeantur. 480
& 481
Adulterij detestatio. 480
Adulterium quare prohibi-
tum. 281
Adulterorum supplicia &
pœne. 484
Adulti an statim baptizan-
dis

I N D E X.

- | | | |
|---|------------|--|
| di. | 197 | Angelica salutatio est actis
gratiarum, ibid. |
| Affinitas patrinorum cū qui
bus contrahatur. | 193 | Per Angelos quomodo hu-
manum genus custodia-
tur. |
| Amen quid significet. | 644 | |
| Amen cur in sacrificio misse
reseruatur sacerdoti mis-
se nunciandum. | 647 | |
| Amorem patrum rebus etiā
aduersis erga nos conser-
uat Deus. | 639 | |
| Angelorum creatio. | 29 | Angelorum opera quotidie à
maximis periculis libera-
mur. |
| Angeli sapientia & potentia
ornati. | ibid. | Ab anima Christi nūquā se-
parata est diuinitas. |
| Angelice salutationi adiun-
xit Ecclesia preces & im-
plorationem beate virginis. | 545 | Anima Christi re & præsen-
tia ad inferos descendit. |
| Angelorum plurimi ex cele-
stibus sedibus deturbati. | 70 | |
| Angeli quare virtutes dicti,
ibidem. | 29 | Anima Christi descendens
ad inferos communicabit
meritum passionis anima-
bus patrum. |
| Angeli honorandi & inuocā-
ndi. | 411. & 412 | ibid. |
| Angeli quare humana specie
eſsignantur. | 417 | Anima est immortalis. |
| Angelica salutatione Deus
laudatur. | 543 | Anime piorum ante Christi
mortem ad sinum abra-
ha deferebantur. |
| | | Anima quæ peccauerit, quo-
modo moriatur. |
| | | Anima separata à corpore
propensionem habet ad
corpus. |
| | | 132 |
| | | Anima |

I N D E X.

<i>Anima</i> duabus alis ad cælū peruenit.	537	<i>Quartus.</i> 54. <i>Quintus.</i> 68
<i>Apostoli</i> quare à Ch̄o dati.	2	<i>Sextus.</i> 80. <i>Septimus.</i> 87
<i>Apostoli</i> duodecim articulis disinctum symbolum co posuerunt.	12	<i>Octauis.</i> 95. <i>Nonus.</i> 104
<i>Apostoli</i> ceremoniarum in stitutores.	213	<i>Decimus.</i> 122
<i>Apostoli</i> à Domino Ch̄risma tis compositionem didi cerunt.	224	<i>Vndecimus.</i> 129
<i>Appetitus</i> proprij boni rebus obiis ingeneratur.	283	<i>Duodecimus.</i> 124
<i>Appetere</i> Deum à principio homini datum. ibi.		<i>Ascendit</i> Christus ut homo corpore & anima in ce los.
<i>Appetitionibus</i> corrupte na tura etiam reclamanti bus & aduersantibus vo luntas remittendi iniu rias sufficit.	620	83
<i>Aqua</i> cur baptismi materia instituta sit, & qualis ne cessaria.	181	<i>Ascendens</i> Christus in cælū sedet ad dexteram patris & quomodo intelligatur ibidem.
<i>Artibus</i> malis que acquirun tur nostra non sunt.	602	<i>Ascēdit</i> Christus propria vir tute. ibid.
<i>Articuli</i> quare dicti.	13	<i>Ascensio</i> Ch̄risti est tāquam finis ad quem cetera my steria referuntur. ibid.
<i>Articuli</i> fidei, primus.	13	<i>Ascensionis</i> Ch̄risti in cælum causa, commoda, & fru ctus.
<i>Secundus.</i> 32. <i>Tertius.</i> 44		85
		<i>Assentatio</i> vitium deterri mum.
		509
		<i>Astus</i> hæreticorum hodierno rum quantus.
		3
		B.
		B APTISMUS cognitio maxime necessaria.
		76
		<i>Baptisus</i>

I N D E X.

Baptismi vox quid significet	166.	Et. 167
177		
Baptismi sacramentum quibus nominibus significatur.	178	188
Baptismi ut sacramētum est, definitio.	178	Baptismi ministri. 189
Baptismi suscep̄tio rā adul̄tis, quam infantibus necessaria.	195	Ordo inter Baptismi ministros obseruandus. 191
Baptismi materia.	179	Baptismus infantum nō deferendus. 197
Baptismi figure.	180	In Baptizādis adultis diuersa ratio est seruanda ab ea, quae in pueris. 197
In Baptismo quare chrisma addatur.	182	Baptismus adultis an sit statim conferendus. 197
Baptismi forma.	183	Baptizandi quomodo affecti esse debeant. 199
Baptismus in nomine Iesu.	184.	Baptismū eorum, quos incertū est esse baptizatos. 211
In Baptismo vnica an trina ablutio fiat, nihil refert.	186	Baptismi sacramento omne peccatū cōdonatur. 202
Ad Baptismi aquam conseruandam certi dies expectantur.	214	In Baptismo prorsus tolluntur peccata, & radicibus euelluntur. 203
De Baptismi ceremonijs. 213		In Baptizatis concupiscentia remanet, sed peccatū non est. 203
Baptismus à pœnis ciuilibus non liberat.		Baptismi proprius effectus peccatorum omnium remissio
Baptismus à Christo Domino institutus, & quando		

I N D E X.

<i>missio.</i>	202	<i>Blasphemare nomen Dei & sanctorū, detestabile scelus.</i>	438
<i>Post Baptismum quare non restituamur in statum naturae integrae.</i>	206	<i>Bona humanae vitæ quare optanda & petenda.</i>	596
<i>Baptismi fractus.</i>	208	<i>Bona temporalia quomodo petenda.</i>	596
<i>Baptismus characterem imprimit.</i>	210	<i>Bona humanae vitæ ad bona diuina dirigunt. ibid.</i>	
<i>Baptismus iterari sine sacrilegio non potest.</i>	210	<i>Bona humanae vitæ adiumenta sunt ad diuinorum bonorum adeptionem. ibid.</i>	
<i>Baptismus celi aditum patefacit.</i>	212	<i>C.</i>	
<i>Baptismi fontis consecratio.</i>	214	CATECHISMUS necessitas. 26	
<i>Baptismus post hanc vitam liberat à pœnis purgatoriij</i>	205	<i>Catechismi doctrina ad capitum cuiusque accommodata.</i> 7	
<i>In baptizando quid primum requiratur.</i>	199	<i>Character trium sacramentorum effectus.</i> 173	
<i>Baptizatis que nomina imponenda.</i>	218	<i>Character quid sit.</i> 174	
<i>Beatitudo essentialis in quo sita.</i>	146	<i>Characterem imprimit confirmatio.</i> 233	
<i>Beati lumine gloriæ eleuantur ad diuinam essentiā videndam.</i>	148	<i>Charitatis precepta duo.</i> 455.	
<i>Beatitudinis ornamenti.</i>	149	<i>Charitas proxima charitate Dei ortum habet. ibid.</i>	
<i>Beatitudo accidentalis in quo consistat.</i>	248	<i>Castitas non solum virginibus,</i>	

I N D E X.

- | | |
|-----------------------------|--------------------------------|
| bus, sed qnl cœlibem vi- | quā sit necessaria. 272 |
| tam agunt: & ijs qui ma- | Communicandi constuetudi- |
| trrimonio iuncti sunt: con- | nem sub vna specie quare |
| uenit. 482 | Ecclesia approbarit. 279 |
| Castratis remedia que in | Communicare sub vtraque |
| actione consistunt. 485 | specie Laici an possint. 278 |
| Cautio adhibenda in pecca- | Clauium necessitas in ecclē- |
| torum occasionibus vitan- | sia. 124 |
| dis. 633 | Clauium dignitas & ampli- |
| Ceremoniae & ritus, quibus | tudo. 124 & 125 |
| sacramentum confirmationis | Concupiscentia in renatis re- |
| consecratur. 233 | manet, sed peccatum non |
| Ceremoniae que ad pœnitē- | est. 203 |
| tiæ sacramentum adhibe- | Concupiscentia prava stirps |
| tur. 298 | walorum omnium. 516 |
| Ceremoniae, que in sacramē- | Concupiscentia rerum aliena- |
| to extreme yntionis ad- | rum & vxorum quid |
| hibentur. 345 | inter se differant. 517 |
| Cibus multiplex & delicatus | Concupiscentia quid. 519 |
| nō postulādus à Deo. 603 | Concupiscendi vis non sem- |
| Cibus multiplex a.i.e. 606 | per in vitio ponenda. 520 |
| Clerici nomen unde deduc- | Concupiscendi vis recta, Deo |
| etum. 361 | authore, à natura nobis |
| Clericorum corona unde or- | insita est. 520 |
| tum habuerit, & quid si- | Concupiscentia primorū parē- |
| gnificet. 352 | tū peccata depravata. ibi. |
| Ante communionem prepa- | Concupiscentie vis si moderata |
| ratio qualis esse debent, & | est, quas nam utilitates |
| | afferat. |

I N D E X.

- | | | | |
|--|--------------|---|-------|
| <i>afferat.</i> | 520 | <i>Cōfessor quādo à se p̄nitentes dimittere debeat.</i> | 327 |
| <i>Concupiscentia quo sensu à Paulo peccatum sit dicta</i> | 520 | <i>Confirmationis sacramentū</i> | |
| | | 218. | |
| <i>Concupiscere alienam uxore quā periculosem sit.</i> | 524 | <i>Confirmationis nomen.</i> | 219 |
| <i>Concupiscendi vitio qui maxime laborent.</i> | 527 | <i>Confirmatio est vere sacramentum.</i> | 220 |
| <i>Confessio peccatorū, & eius necessitas.</i> | 312 | <i>Confirmationis sacramentū à baptismo quid differat.</i> | |
| | | 221 | |
| <i>Confessio à quo, & quare instituta.</i> | ibid. &. 314 | <i>Confirmationis sacramenti origo.</i> | 223 |
| <i>Confessionis utilitas.</i> | 312 | <i>Confirmationis sacramenti Christus author est.</i> | ibid. |
| <i>Confessio accusatio dicitur & quare.</i> | 314 | <i>Confirmationis materia.</i> | ibid. |
| <i>Confessionis figura.</i> | 315 | <i>Chrisma quare ex oleo & balsamo conficiatur.</i> | 226 |
| <i>Confessionis legi quinam parere debeat.</i> | 318 | <i>Chrismata quibus ceremonijs & quādo conficiatur.</i> | 225 |
| <i>Confessio qualis esse debeat.</i> | 322. | <i>Confirmationis sacramenti forma.</i> | ibid. |
| <i>Confessio quo tempore puerō indicta.</i> | 318 | <i>In confirmatione tria observanda.</i> | 226 |
| <i>Confessio quando iteranda.</i> | 321 | <i>Confirmationis sacramenti minister proprius.</i> | ibid. |
| | | <i>Ad confirmationē quare patrinus vocatur.</i> | 228 |
| <i>Cōfessionis minister idoneus & legitimus,</i> | 323 | <i>Confirmandorum etas & dispositiō</i> | |
| <i>In confessione scelerā nō excusanda.</i> | 327 | | |

I N D E X.

- | | |
|--|--|
| <i>S</i> positio. <i>ibid.</i> | <i>Creatura noua in Christo</i> |
| <i>C</i> onfirmationis sacramentū
quō sit necessarium. 229 | <i>que.</i> 402 |
| <i>C</i> onfirmationis sacramētū
ad vniuersos fideles eque
pertinet. <i>ibid.</i> | <i>Verbi huius, Credo, in mate-
ria fidei euāgelice accep-
tio, & professio.</i> 14 |
| <i>C</i> onfirmationis sacramētū su
scipiēres adulti dolere de
bent de peccatis. <i>ibid.</i> | <i>Credere quis dicitur.</i> <i>ibid.</i> |
| <i>C</i> onfirmationis vocabulum
vnde deductum. 231 | <i>Credens adquirendi curio-
sitate est liber.</i> 14 |
| <i>C</i> onfirmationis effectus. 230 | <i>Credendum esse Deo.</i> 16 |
| <i>C</i> onfirmatio non potest ite-
rari. 233 | <i>Credens interiorē fidei actū</i>
<i>aperta fidei professione</i>
<i>proficere debet. <i>ibid.</i></i> |
| <i>C</i> onfirmationis sacramenti
ceremonia & ritus. <i>ibid.</i> | <i>Chrisma Christianorum om-
nium unus spiritu alius or-
tus.</i> 564 |
| <i>C</i> ontritio quid. 302 | <i>Christianī hominis scientia</i>
<i>vna capite comprehendi-
tur.</i> 46 |
| <i>C</i> ontritionis vis & efficacia.
303 | <i>Christiani doctoris opera in</i>
<i>quo praeclipe versari de-
beat.</i> 6 |
| <i>C</i> ontritionis proprius dolor
ad singula peccata morta
lia adhibendus. 307 | <i>Christianī vita nō in otio de-
genda. <i>ibid.</i></i> |
| <i>A</i> d contritionem veram que
sint necessaria. 308 | <i>Christianā Philosophia à se-
culti sapientia quo diffe-
rat.</i> 16 |
| <i>C</i> reationis opus ab ihs facilius
reditur, qui de Deo om-
nipotentia non dubitant.
27 | <i>Christus quid significat.</i> 37 |
| | <i>Christianus homo quantum</i>
<i>Tt Christo</i> |

I N D E X.

- | | | | |
|--|-----|---|-----|
| Christo debet | 43 | cantur. | 114 |
| Christi regnū spirituale. | 48 | Christus quomodo in nobis regnet. | 587 |
| Christus quare Dominus noster dicendus. | 42 | Christi causa libenter stultitiae fama subeunda. | 591 |
| Christus non est dicendus filius Dei adoptione, sed natura. | 49 | Clericorum corona quid significet. | 362 |
| Christus à Danide originem traxit secundū carnē. | 49 | Concio sacra à fidelibus attente audienda. | 451 |
| Christus quare nouissimus Adam appellatus. | 50 | Creatio omnibus psonis Trinitatis communis | 32 |
| Christus nascens salutari doctrina nos instituit. | 52 | Crucis Christi pretium quantum sit. | 616 |
| Christus quaratione sit in sacramento. | 255 | Cultus sabbathi quanto tempore tollendus erat. | 442 |
| Christus qua ratione pænitentia sacramentum insti tuerit. | 294 | Cultus die festi quare institutus. ibdem. | |
| Christi & eius matris & sanctorū imagines pingi non interdictur præcepto legis. | 438 | Cupiditas quæ prohibita. | 52 |
| Christus frater noster. | 41 | Cupiditas vitiosa quare prohibetur. | 502 |
| Christi diuinitas nunquam à corpore se iuncta. | 55 | Cupiditates propria etiam iustis aduersantur. | 587 |
| Christus pro peccatoribus passus. | 62 | | |
| Christianī quare sancti di- | | | |

D.

- | | |
|---|-----|
| D ÆMONVM Odii in homines. | 575 |
| Demonum externi impetus, & impressiones. | 625 |
| Damones | |

I N D E X.

- | | | |
|--|---|--|
| Demones quare principes ap- | pellati, & rectores mundi
tenebrarum. <i>ibid.</i> | plures, cōfitendum est. 19 |
| Demones perpetuum bellum
nobiscum gerunt. <i>ibid.</i> | | Deo quare pater vocatur. 20 |
| Demon quare malus prae-
pue dicatur. 637 | | Deus omnium creator. 28 |
| Debita, quæ dimitti postula-
mus quæ sint. 615 | | Deum amare facile est. 401 |
| Cuius debiti solutio sit ad sa-
lutem necessaria. <i>ibid.</i> | | Deus quare zelotes appella-
tus. 421 |
| Debita quare dicātur nostra
616 | | Deus quare pœnam ad ter-
tiam & quartam genera-
tionem cōminetur. 424 |
| Decalogi precepta. 397 | | Dei bonitas superat eiusdem
iustitiam. 423 |
| Decalogi legum omnium sum-
ma & epilogus. 398 | | Dei nomen quomodo honore-
tur. 426 |
| Decalogi precepta decem ex
duobus charitatis pendet.
<i>ibidem.</i> | | Deo multa imposita nomina
<i>ibidem.</i> |
| Decalogi Deum esse authore
credere maximā vim ha-
bet ad eam legem obser-
uandam. 399 | | Deus quibus modis laudan-
dus. 427 |
| Decalogi lex quanta mai-
estate data. 400 | | Deus non habebit insontem
eum, qui nomen eius fru-
stra assumpserit. 439 |
| Detraktionis virtutem quæ de-
testabile. 507 | | Deus primus diligendus, de-
inde parentes. 457 |
| Dominum solum esse, non | | Deus omnium hominum pa-
ter vocatur. 554 |
| | | Dei prouidentia erga homi-
nes. 555 |
| | | Deus hominum non obliu-
citur. 557 |

I N D E X.

- Dei manus cum nos tangit
id non hostiliter facit, sed
amanter.* § 60
- Deus quare castigat quos a-
mat.* § 60. & § 61
- Deus calamitates nostras nō
ignorat* ibid.
- Deus omnium Deus.* § 64
- Deus est ubique, & quomodo*
§ 65
- De⁹ quomodo ex animo ama-
tur.* § 67
- A Deo quid primo petendum*
§ 68
- Dei gloria quomodo petatur*
ibidem.
- Dei nomen quomodo sanctifi-
ficari petamus.* ibid.
- Dei nomen sanctum & terri-
bile sanctificatione non
eget.* § 69
- Dei nomen re, non verbis tā-
tū sanctificandum.* § 72
- Dei prouidentia erga homi-
num salutem.* § 74
- Deus nos non ad otium & in-
eritiam vocavit.* § 82
- Deus nūquā nos deserit.* § 8
- Deus adminicula nobis cōce-
dit ad regnum cælorū con-
sequendum.* § 82
- Deum amare, et par est, sine
diuinae gratiæ adminicu-
lo non possumus.* § 88
- Deus in iustificatis mentem
sanat, nō carnem.* § 89
- Deus requirit summum amo-
rem in opera & studio,
quod ei nauamus.* § 93
- Dei opera omnia bona.* § 94
- Deus omnib⁹ operib⁹ suis suā
bonitatē impertivit.* ibid.
- Dei voluntatem quare maxi-
me colamus.* § 96
- Dei viae inuestigabiles.* § 94
- Ad Dei gloriā omnia ad vſu
vitæ necessaria sunt refe-
renda.* § 96
- Deus promptus, & paratus
ad condonandum pecca-
ta pœnitentibus.* 614
- Deus iustitia & retinētissimus.*
616
- Deus quomodo tentet suos.*
629
- Deus quomodo tentari sinit
bonos*

I N D E X.

bonos.	630	Divites quare bonis cumula- tur à Deo.	604
Deus quomodo nos intenta- tionē inducere dicitur. ibi.		Doctoris legitimi fidelis ope- ra necessaria.	2
Deus dat vires ad Satanam prosternendum.	635	Doctrina catechis. ad captū cuiusque actōmodata.	7
Deus dat solatia ijs, qui ad- uersis premuntur.	638	Doctrina fidei catholicæ qui- bus rebus continetur.	7
Deus utitur dæmone mini- stro in repetendis pœnis à sceleratis. ibid.		Doctrina Christiane capita quatuor.	11
Diaboli crudelis dominatus	612	Dolores peccatorum cogni- tione.	613
Diaboli proprium officium.	639		E.
Diabolus quo animo tentet homines. ibid.		ECCLESIA in fidei ac morum discipli- na nō potest errare.	117
Diabolus quare tentator di- catur. ibid.		Ecclesie nomine quid sit pro- prise intelligendum.	165
Diabolus quibus modis ut an- tur ad tentandum. ibid.		Ecclesiae & synagogæ differe- tia.	106
Die dominica quid agere & a quibus abstinere fideles oporteat.	444	Ecclesiae multis nominibus vo- catur. ibid.	
Divitiae non amanda.	525	Ecclesie militans & trium- phantis quare dicatur.	107
Divites quare panem quoti- diannè per eum debet.	604	Ecclesie due partes. ibid.	
Divites facultates suas Deo acceptas referant.	608	Ecclesie militantis & trium- phantis differentia. ibid.	
		Ecclesie figure & similitudi- nes.	

I N D E X.

<i>nec.</i>	117	<i>Eleemosynæ necessitas.</i>	497
<i>Ab Ecclesia quinam excludātur.</i>	109	<i>Ad Eleemosynam faciédam cohortatio.</i>	497
<i>Ecclesie catholica proprietas & prærogatiue.</i>	111	<i>Eleemosyna medicina est ac commoda sanandis animæ vulneribus.</i>	622
<i>Ecclesie visibilis caput.</i> <i>ibid.</i>		<i>Escarū conquisitissima genera petere non licet.</i>	601
<i>Ecclesie unitas</i> <i>ibid.</i>		<i>Eucharistie institutio.</i>	235
<i>Ecclesia sancta appellatur.</i>	114	<i>Eucharistie dignitas & excellentia.</i>	234
<i>Ecclesia catholica.</i>	115	<i>Eucharistie sacramentum pluribus nominibus appellatum.</i>	237
<i>Ecclesia vera dignoscendæ falsa certissima regula.</i>	116	<i>Eucharistia quare dicatur communio.</i>	237
<i>Ecclesia est Apostolica.</i>	117	<i>Eucharistiam post cibum & potum sumere non licet.</i>	
<i>Extra Ecclesiam verus cultus non reperitur.</i>	117	<i>Eucharistia vere est sacramentum, & unum exceptum.</i>	238
<i>Ecclesia originem sue veritatis traxit ab Apostolis.</i>	110	<i>Eucharistie sacramentū quādo, quoties, & à quibus sumendum.</i>	275
<i>Ecclesiam universale omnes tenere debent, qui salutē consequi cupiunt.</i>	116	<i>In Eucharistia sacramento panis, & vini symbola quid significant.</i>	245
<i>Ecclesia author Deus.</i>	118		ln
<i>Ecclesiam claves regni celorum habere fide intelligimus.</i>	118		
<i>In Ecclesia quomodo omnia sunt communia.</i>	119		
<i>Ecclesiam quomodo credimus.</i>	117		

I N D E X.

- In Eucharistie sacramento ad
gramus corpus & sanguine
nem Christi. 239
- Eucharistie à ceteris sacra-
mentis differentia. ibid.
- Eucharistie sacramentū per
sectum facit materię con-
secratio. 239
- Eucharistia est vnum tatum
sacramentum, & non plu-
ra. ibid.
- Eucharistie sacramenti ma-
teria. 241
- Aqua vino quare admiscea-
tur. 243
- Eucharistie sacramenti for-
ma. 245
- Forma consecrationis panis.
246
- Forma coſecrationis vini &
eius declaratio. 248
- In sacramento Eucharistie
tria sunt maxime admi-
randa. 252
- In Eucharistia verū corpus
Christi & sanguinem con-
tingri. 252
- Eucharistie sacramentū non
est tantum signum corpo-
ris Christi. 253
- Eucharistie fructus. 266
- In Eucharistie sacramento
totus Christus continetur.
258
- Eucharistie sacramentū quid
significet. 240
- In Eucharistie sacramento
que sint ex concomitan-
tia. 258
- In quavis utriusque species
particula Eucharistie to-
tus Christus continetur.
259
- Car utraque species consecre-
tur. ibid.
- Eucharistie sacramentum nō
curioſe scrutandum. 264
- Qua ratione Christus fit in
eucharistie sacramento. ibi.
- Eucharistie sacramentū qua-
re sub panis & vini specie
administrari Christus in-
stituerit. 240
- Eucharistia fons omniū gra-
tiarum. 266
- Eucharistia quomodo graui
tribuat

I N D E X.

- | | | | |
|---|-----|---|-----|
| tribuat. | 267 | tibus non datur. | 278 |
| Eucharistia omnium sacramentorum finis. | 267 | Eucharistiam sub utraque specie Laicis sumere non licet. | 278 |
| Eucharistie utilitates. | 166 | | |
| Eucharistie sacramenti sumendi tres rationes. | 271 | Eucharistia sacramentū conficiendi potestas soli sacerdotibus tradita est. | 280 |
| Eucharistiam accipere nemini licet ante sacramentalē confessionē, si sacerdotis facultas data sit, si peccatum mortale conscientiam stimulet. | 274 | Eucharistia est sacrificium. | 281 |
| Ad Eucharistie sacramentū ieum accedere debemus. | 238 | Eucharistia victima Deo gratissima. | 282 |
| Eucharistie communio sepius iteranda. | 275 | Eucharistia à Christo instituta duabus de causis. | |
| Eucharistie sacramento quotidie alenda est a.i. | 276 | ibidem. | |
| Eucharistia olim fideles quotidie sumebant ibid. | | Eucharistia, ut sacramētum est, non solum merēdi sed etiam satisfaciendi vim habet. | 283 |
| Ab Eucharistie communione excipiūtur, qui per aetatem rationis usum nō habent. | 277 | Eucharistie sacrificium quādo institutum ibid. | |
| Eucharistia quare infantib⁹ negetur. | 278 | Eucharistie figure & oracula. | 285 |
| Eucharistie sacramētū amē | | Eucharistie sacramentū inexplicabile pignus charitatis. | 607 |
| | | Eucharistie sacramētū quare dicatur panis noster. | |
| | | ibidem. | |

Eucha-

I N D E X

- Eucharistiae sacramentū qua
redicatur quotidianus pa-
nis ibid. Fidei multi gradus. 12
- Extrema vñctio. 341 Fides de omnipotētia Dei quā
necessaria & utilis. 25
- F A L S V M testimonium
quid. 504 Fides redēptionis ad salutē ne-
cessaria semper fuit. 33
- Falsum testimonium non so-
lum in iudicio sed extra
iudicium vitetur 506 Fides veterū & nostra eadē.
35.
- Falsum testimonium dicere
contra se, non licet. 505 Fides penitentiam antecedat
oportet. 291
- In falsis testimonij menda-
cium numeratur 505 Fides nō vere dicitur pars pae-
nitiae. 291
- Festus dies quare ab Ecclesia
institutus. 443 Fides necessaria in oratione.
548
- Festorum dierum præceptū
440. Fiducia de Deo vnde ortū ha-
beat. 548
- Festi dies præter sabbatū aliij
apud Iudeos. 447 Figure cōceptionis & nati-
uitatis Iesu Christi. 51
- Festi dies præter diē domini
cū quare instituti ab Ec-
clesia. 448 Figure crucis Christi. 57
- Festis diebus quibus operibus
Christianis ex exercere de-
beant. 450 Figure confessionis. 315
- Fides quid. & cur ad salutē
cōsequēdē necessaria. 11 Filijs spiritualibus que sine
tradenda. 194
- Filiū Dei profiteri, quam sit
fructuosum & utile. 33
- Filius Dei quomodo genera-
tur. 40
- Fornicationis peccati calamī
tas propria. 483
- frugalitati consulendū. 498
- Tt 5 fructus

I N D E X

- f**ructus arboris vite. 598
Furti praecepto dei benignitas erga nos maxime percepitur. 488
Furti praeceptum in duas partes diuisum. 489
Furti nomine quid intelligatur. ibid.
Furtū quam graue scelus fit. 409.
Furti immanitatem declarant quæ furtū cōsequuntur. 491
Furtorū multa genera. 491
Furti, excusationem nullā accipit Deus. 506
Fur diuinum nomen dedecrat, 501
- G**
- G**LORIA quid 579
Gradus quibus adorationem accedimus. 535
Gratiam quomodo Eucharistia conferat. 269
Gratiarum actio cum oratione iungenda. 553
- H**
- H**ERETICORVM alijs, quo sunt vñsi adimpta dogmata fundenda. 3
Hæretorum pestis quo irreperit. 4
Hereticus quis dicēdus. 104
Hebræorū gētem quare Deus delegerit. 405
Hebraici populi liberatio ab Aegypto. 405
Hebraeos durissima seruitute premi quare Deus premiserit. 406
Hebræo populo promissa praestita post. 300. annos quare. 406
Homicidij varij mōdi & que homicidia sint prohibita. 468. 469. & sequent.
Homo ad imaginem & similitudinem Deiformatus. 30
Homo postremo creatus non in natura sed diuino beneficio immortalis. 30
Hominis prima ruina. 33
Homo Christianus quantum Christo debeat. 43
Hominū misericōdiam propter peccatum primi parentis. 584
Homo que bona per peccatum amiserit

I N D E X

- amiserit. 584
 Homines comparatur aegris
 & ijs, qui gustum amise-
 runt. 585
 Homopueris comparatur. 586
 Homo etiam iustificatus no-
 it. i habet domitos carnis
 affectus, ut ill. & postea ex-
 citari non possint. 587
 Homines voluptuosi à diui-
 na voluntate alieni. 590
 Hominis instabilitas. 575.
 Hominis imbecillitas. 595
 Homo qua maledictione con-
 demnatus post Adæ pecca-
 tum. 598
 Hominis inscitia & imbecil-
 litas. 624
 Honorare quam vim habeat
 457
 Honoris vox rite in precepto
 posita. 457
 Honorandi à nobis patres cu-
 iuscumque generis. 458
 Honoris officia, quæ in paren-
 tes conferri debent. 459
 Honor mortuis parentibus tri-
 buendus. 461
- Hocles humani generis, om-
 nes aduersus nos artis ex-
 cogitant. 623
 Hypocrites animo non orant
 551
 Hypocritarum mos in oratio-
 ne fagiendus. 551
- I**EIV NIV Mcū oratio-
 ne coniugandum. 559
 Ieiuni ad Eucharistie sacra-
 mentū accedere debemus
 328
 Iesus quid significet. 37
 Iesus Christus. Rex, sacerdos
 & propheta supremus. 37
 Iesus filius Dei & verus De⁹
 39
 Imagines Christi & Sancto-
 rum in Ecclesia habere li-
 cet, honoreque illis exhibe-
 re. 418
 Imagines qua ratione prohi-
 bitæ. 415
 Imaginum vsus primo Deca-
 logi precepto non aduersa-
 tur. 411-415.
 Imaginum, vsus corrigēdus,
 carum-

I N D E X

<i>earumque legitimus usus</i>	<i>Deum.</i>	631
<i>explicandus</i>		418
<i>Imago Dei & sanctissima</i>	<i>Inhumanitas in egenos fu-</i>	
<i>Trinitatis quomodo ex-</i>	<i>gienda ab eo, qui à Deo</i>	
<i>primatur.</i>	<i>vult exaudiri.</i>	548
<i>Incarnatio verbi.</i>	<i>Iniurie remittēde ab eo, qui</i>	
<i>Incarnationis mysteriū non</i>	<i>vult, ut Deus sibi ignoscat</i>	
<i>vna persona confecit.</i>	<i>ibid.</i>	
<i>Incarnationis opus quare spi-</i>	<i>Iniuriarum obliuionē à no-</i>	
<i>ritus sancto peculiariter</i>	<i>bis requirit Deus.</i>	618
<i>dā ratione tribuitur.</i>	<i>Iniurias condonare nolentes</i>	
<i>In Incarnationis mysterio</i>	<i>in qua incommoda inci-</i>	
<i>quedā supranature ordinem,</i>	<i>dant.</i>	477
<i>quedam naturae vi</i>	<i>Iniamicis parcendum si volu-</i>	
<i>effecta ibi</i>	<i>mus nobis peccata dimit-</i>	
<i>Incarnationis Iesu Christi</i>	<i>ti.</i>	621
<i>mysterium quanto pietati-</i>	<i>Iniimi diligendi.</i>	618
<i>ris studio recolēdū.</i>	<i>Iniimi inuisibilis.</i>	625
<i>Incommoda omnia aequo a-</i>	<i>Instrumenta, quibus queritur</i>	
<i>nimo ferenda.</i>	<i>& inuenitur regnū dei.</i>	
<i>Indignari non debenūs, cū</i>	<i>574</i>	
<i>nostras preces nō exaudit</i>	<i>Iudicium priuatūm.</i>	88
<i>Deus ibid.</i>	<i>Iudicium generale.</i>	89
<i>Infantes an baptizādi.</i>	<i>ad Iudicādūm Christus cur-</i>	
<i>Infelicitas hominis quomo-</i>	<i>venturus.</i>	91
<i>do cognosci possit.</i>	<i>Iudicij generalis necessitas.</i>	
<i>Inferni significatio.</i>	<i>ibid.</i>	
<i>Ingratitudo boninum erga</i>	<i>Iudex omniū Christus qua-</i>	
	<i>re futurus.</i>	91
		indi

I N D E X

- | | | |
|--|--------------------------------------|-----|
| <i>Indicij precedentia signa.</i> | <i>beat.</i> | 41 |
| 92 | | |
| <i>Indicij forma & ratio. ibi.</i> | <i>Iusjurandum non exigitur à</i> | |
| <i>Indicantis Christi sententiae</i> | <i>pueris ante puberatatem.</i> | |
| <i>verba.</i> | <i>432</i> | |
| 93 | | |
| <i>Indicij memoria quam utilis.</i> | <i>iustificatur impius per sacra</i> | |
| 95 | <i>menta tanquā per instru</i> | |
| <i>Indicij vniuersalis articulus</i> | <i>menta,</i> | 125 |
| <i>quam utilis ibid.</i> | | |
| <i>Indicia forensia iure & ex</i> | <i>Iustitia maxime in promissis</i> | |
| <i>legibus administranda.</i> | <i>requiritur.</i> | 432 |
| 49 | | |
| <i>Iustificari nō potest, qui non</i> | <i>Iurando peccat qui iniustū</i> | |
| <i>est paratus ad omnia dei</i> | <i>aliquid promittit. ibid.</i> | |
| <i>præcepta seruanda.</i> | <i>Iurare cui liceat.</i> | 432 |
| 403 | | |
| <i>Iustitia originalis supra na-</i> | <i>Iusjurādi à fide originem du</i> | |
| <i>turae facultatem homini</i> | <i>cit.</i> | 433 |
| <i>à Deo data.</i> | | |
| 30 | | |
| <i>Iurādi frequens usus mini-</i> | <i>Iusjurandum ad quem finē</i> | |
| <i>me laudandus.</i> | <i>tendere oporteat. ibid.,</i> | |
| 428 | | |
| <i>Iurandi genera,</i> | <i>Iurandi necessitas excusatio</i> | |
| 430 | <i>nem habet.</i> | 434 |
| <i>Iurare quid.</i> | | |
| 429 | | |
| <i>Iusjurādum assertorium &</i> | <i>Iurare falsum prohibitū est</i> | |
| <i>promissorium.</i> | <i>secundo præcepto.</i> | 435 |
| 430 | | |
| <i>Iusjurandum ut rectum san-</i> | <i>Iurare falsum, est peierare,</i> | |
| <i>ctumque sit, quæ requirā-</i> | <i>& quot modis peierat ho</i> | |
| <i>tur. ibid.</i> | <i>mines.</i> | 436 |
| <i>Iuraturus quæ cōsiderare de</i> | | |
| | L | |
| | <i>ACRITMÆ in pœni-</i> | |
| | <i>tiētia summopere optan-</i> | |
| | <i>da.</i> | 306 |
| | <i>Legis author est deus.</i> | 399 |
| | <i>Lex</i> | |

I N D E X

- Lex in decalogo contenta nō
est nona lex, sed naturae
lex illustrata. *ibid.*
- Legis iussa difficultatem nō
habent. 401
- Legi obtemperandū. 399
- Legis obseruātia fruct⁹. 403
- Lex omnis ad præcepta seruā
da homines præmio aut
pena inducit. 419
- Legis seruande modus & ra
tio. 424
- Lege nō concupiscendi præ
scripta quid à deo prouis
sum. 518
- Lex dei intimo animi sensu
seruanda. 519
- Lex diuina ab humana quid
differt. 519
- Lex diuinæ quasi speculum
quoddam est in quo natu
re nostræ initia intuemur
519
- Loquacitas vitanda. 514
- Liberum arbitriū homini da
rum 30
- Lingua vitium commanissi
num. 504

M

- MAGISTRATVS**
seculares quomodo
honorandi usq[ue] obediri
endum. 463
- Mala quædam quæ commu
niter mala putatur, sunt
tamen fructuosa. 640
- Mala quæ in nos à proximis
profiscuntur, dæmoni as
signanda. 638
- Malorum liberatio à Deo im
petranda. 639
- Mala quæ deprecanda. 640
- Maria Dei & hominis mater
vere & proprie dicit. 47
- Maria vere mater Dei quare
50.
- Maria virgo permāsit in par
tu. 49
- Maria in partu Spiritus san
ctus affuit. *ibid.*
- Maria cū Eua confertur. 50
- Maria ex regibus orfa. 49
- Mariæ felicitatē gratulamur
cum eam angelica saluta
mus. 541
- Mariæ iure oramus, ut nobis
peccata

I N D E X

- peccatoribus veniam sua in
tercessione conciliet. 543
- Maria mater misericordie.
544
- Maria aduocata nostra ibid.
- Mariæ merita apud Deum præ
stantissima. 544
- Mariæ summa voluntas adiu
uā di humānū genus. 544
- Maledictio, qua condemnata
tus est homo post Ad. e pec
catum. 598
- Matrimonium vnde dicitur. 378
- Matrimonij sacramentum va
rijs nominibus appellatum
378
- Matrimonij definitio eius de
claratio. 378
- Matrimonium inire non pos
sunt, qui legibus à matri
monij consortio excludun
tur. 379
- Matrimonij vis & natura in
quo consistat. 379
- Matrimonij consensus verbis
presentis temporis exprimend⁹
& an necesse sit, ut cōsen
sus semper exprimant⁹. 279
- Matrimonij duplex ratio, vt
est officium naturæ, & ve
st sacramentum. 381
- Matrimonium, vt est sacra
mentum, ad quem finem
referatur. 385
- Matrimonium, vt est officia
ture, à Deo institutum, 382
- Matrimonium indissolubile
382
- Matrimonium quibus de can
sis ineundum, 383
- Matrimonium sacramentum esse,
& unum de septem legis
Evangelicis sacramentis.
386
- Matrimonij sacramentum à
Christo institutum. 782
- Matrimonium gratiam sig
nificat & tribuit. 387
- Matrimonij sacramentum quā
rum praestet matrimonij
ante legem. 387
- Matrimonia Iudeorū. 787
- Quare antiqui patres plures
simul uxores ducerēt. ibid
- Matrimonium duorum tan
tū & non plurium con
iunctum.

I N D E X

- | | | |
|--|-----|--|
| <i>iunctione definitur.</i> | 388 | <i>Mendacio fallere ioco & of-</i> |
| <i>Matrimonij vinculum nul-</i> | | <i>ficiū causa, indignum est</i> |
| <i>lo diuortio dissolui potest</i> | | 509. |
| 389 | | |
| <i>Matrimonia fidelium perfe-</i> | | <i>Mendacij miseria & turpi-</i> |
| <i>ctione & nobilitate genti-</i> | | <i>tudo quanta,</i> |
| <i>lium & Iudaorum matris</i> | | 512 |
| <i>monys longe præstant.</i> | | <i>Mendacij pater dæmon.</i> |
| 391 | | 512 |
| <i>Matrimonij bonaria:</i> | 391 | <i>Mendacij vitium latissime</i> |
| <i>Matrimonia clandestina ne-</i> | | <i>pater.</i> |
| <i>que vera, neque rata esse</i> | | 514 |
| 396 | | |
| <i>Matrimonij impedimenta.</i> | | <i>Mēdacio nemo studeat.</i> |
| 395 | | 505 |
| <i>Matrimonium contrahētes</i> | | <i>Mens bona à Deo postulanda</i> |
| <i>quomodo affecti esse de-</i> | | 603 |
| <i>beant.</i> | 395 | |
| <i>Matrimonij vsus.</i> | 396 | <i>Meritum nostrū diuina gra-</i> |
| <i>Matrimonium non contra-</i> | | <i>tia adiuuatur.</i> |
| <i>bendum in uitis parenti-</i> | | 336 |
| <i>bus.</i> | 396 | <i>Meritum præmij glorie im-</i> |
| <i>In Matrimonio cōtrahendo</i> | | <i>mortalis operibus nostris</i> |
| <i>qui rit⁹ obseruātur.</i> | 394 | <i>tribuitur.</i> |
| <i>Medicina à Deo homimib⁹</i> | | 336 |
| <i>data.</i> | 639 | <i>Meritum nostrū non obscu-</i> |
| <i>In Medicina remedij quo-</i> | | <i>rat Christi passionem, sed</i> |
| <i>modo spes ponēda.</i> | 639 | <i>multo clariorem reddit.</i> |
| | | 336 |
| | | <i>Merendi amplacocatio, patiē-</i> |
| | | <i>ti animo labores & incō-</i> |
| | | <i>moda ferre.</i> |
| | | 338 |
| | | <i>Mereri possumus cū diuina</i> |
| | | <i>gratia vitā eternā.</i> |
| | | 336 |
| | | <i>Missa sacrificium à quo in-</i> |
| | | <i>stitutum.</i> |
| | | 283 |
| | | <i>Missa sacrificium quamgra-</i> |
| | | <i>tum</i> |

I N D E X

- | | |
|---|---|
| tum & acceptum sit Deo: | Nomen clerici unde deductum |
| 282. | 361 |
| Missa sacrificium idem est
cū eo, quod in cruce obla-
tū est. 285 | Nomen Dei quomodo sū,
etificari petatur. 569 |
| Missa sacrificium nō est nu-
da commémoratio sacrifi-
cij in cruce peracti, sed ve-
re propitiatorium. 286 | Nomen Dei sanctum & ter-
rible sanctificatione non
eget ibid. |
| Missa sacrificium pro mor-
tuis offertur, & illis pro-
dest. 287 | Nomen Dei: re non verbis tā
tū sanctificandum. 573 |
| Missa omnes communes di-
cenda. ibid | Nota certa iudicandi que sic
praua, que recta peritio.
597. |
| Mulier quare ex latere viri
formata, non ex pedibus,
aut ex capite. 393 | O |
| N ECESSITATI no-
stre quæ supersunt, cū
alijs cōmunicanda. 605 | Bedire debet omnia di-
uina voluntati. 595 |
| Nequiti & carnis & spiritus.
626 | Obtrectatio vitium pessimum
507 |
| Nomen Dei Tetragramma-
ton non pronunciare, ina-
nis est supersticio. 426 | Obtrectatorum multa sunt
genera. 507 |
| Nomini diuino quomodo ve-
rus honor attribuitur. 426 | Opera, que sine si le & chari-
tate sunt: grata esse non
possunt. 337 |
| | Operibus nostris vitam eter-
nam consequi possumus.
336. |
| | Orandus primo Deus: deinde
Sancti. 544 |
| | Orandi optimus modus. 536 |

V V pro

I N D E X

<i>Pro quibus orandum.</i>	540	<i>lucem acceperunt.</i>	538
<i>Orandi sancti: & quaratio-</i>		<i>Oratio quorum non exaudia-</i>	
<i>ne.</i>	544	<i>tur a Deo.</i> ibid.	
<i>Orandiratio.</i>	549	<i>Orationes pro impijs facien-</i>	
<i>Orandum est in spiritu & ve-</i>		<i>dæ.</i>	542
<i>ritate.</i>	550	<i>Orationis necessitas.</i>	529
<i>Orandi spiritu consuetudi-</i>		<i>Orationes promortuis in pur-</i>	
<i>næ in infideles non habent</i>		<i>gatorio ab Apostolis flu-</i>	
<i>551</i>		<i>xere.</i>	541
<i>Orandum in nomine Christi</i>		<i>Oratio dubitationem non ad-</i>	
<i>552</i>		<i>mittit.</i>	548
<i>Orantes Deo honorem habe-</i>		<i>Oratio mentalis vocalem nō</i>	
<i>mus.</i>	530	<i>excludit.</i>	550
<i>Oranti maiestas diuina sit</i>		<i>Oratio mentalis principe lo-</i>	
<i>propior.</i>	647	<i>cum tener.</i>	550
<i>Orantes cū Deo colloquun-</i>		<i>Orationis vocalis propria vti-</i>	
<i>tur.</i> ibid.		<i>litas & necessitas.</i> ibid,	
<i>Orantium fructus & mune-</i>		<i>Oratio priuata & publica.</i>	
<i>ra: ibid.</i>		<i>551</i>	
<i>Orationis utilitas & fructus</i>		<i>Orationis dominica exposi-</i>	
<i>525</i>		<i>tio.</i>	554
<i>Oratio cū cœli clavis.</i>	531	<i>Oratio facta pro altero oran-</i>	
<i>Orationis vis & utilitas.</i>	530	<i>ti prodest.</i>	563
<i>Oratio quibus partibus con-</i>		<i>Oratio ne inanis sit, quid re-</i>	
<i>ficit.</i>	535	<i>quirat</i>	567
<i>Orationis partes precipue</i>		<i>Orationes sunt arma contra</i>	
<i>due.</i>	533	<i>sathanam.</i>	634
<i>Oratio eorum, qui nondū fidei</i>		<i>Ordo quid.</i>	359
		<i>Ordi-</i>	

I N D E X

- Ordinis sacramentum mul-
tos habet gradus & va-
rias functiones. 390
- Ordo sacer inter ecclesiae sa-
cramenta quare enumera-
randus. 359.
- Ordo sacer characterem im-
primit. 360.
- Ordines septem. 361
- Ordines alij maiores, alij mi-
nores. 361
- Prima tonsura. 361
- Ordo ostiarij, munus. 363
- Ordo lectoris, officium. ibid.
- Ordo exorcistarum, munus.
364
- Ordo Acolytorum munus. ibid.
- Ordo subdiaconi, officium.
165
- Ordinibus sacris lex perpe-
tuae continentie impone-
tur, 365
- Ordo diaconi munus. 366.
- Ordo sacerdotij. 367
- Ordines sacri quibus sint da-
ti. 373
- Ordinis sacramenti effectus,
375.
- Ordinis sacramentum pueris
& furiosis non conferendū
375.
- Ordinis sacramentum gratia
confert. ibid.
- Ordinis sacramentum chara-
cterem imprimit. 376
- P
- P**ANIS nomine multa
in diuinis literis signi-
ficari. 600
- Panis ad necessitatem, nō ad
luxuriam petendus. 601
- Panis à nobis iure acquirendus
nō iniuria vel fraud. 602
- Panis quare quotidianus ap-
pellatus. 603
- Panis assidue à Deo petendus
quare. 603
- Panem quotidianum quomo-
do diuites petere debeant
604
- Panis spiritualis quid signifi-
cat. 605
- Panis spiritualis petendus. 605
- Panis, qui Christus est, incre-
dibili latitia perfundit
piorum animos. 606

I N D E X

- | | | | |
|---|-----|--|-----|
| <i>Parētes naturales quomodo obseruandi.</i> | 459 | <i>tionis positum.</i> | 554 |
| <i>Parentū in filios officia.</i> | 465 | <i>Pater omnium Deus.</i> | 555 |
| <i>Parvulus an habeat fidē.</i> | 196 | <i>Patriri baptizandorū.</i> | 191 |
| <i>Panis nōsler Christus in Eucharistie sacramento sub statu altercōtinetur.</i> | 607 | <i>Patrini quare adiuncti ad baptismū prater sacramenti ministros.</i> | 192 |
| <i>Passionis Christi mysterium maxime Dei potētiā & benignitatē ostendit.</i> | 600 | <i>Patrinorum affinitas cū quibus contrahitur.</i> | 193 |
| <i>Passionis Christi tēpus quare obseruatur.</i> | 55 | <i>Patrinorum officium.</i> | 193 |
| <i>Passionis Christi causa.</i> | 62 | <i>Patrinus quare al confirmationem vocetur.</i> | 228 |
| <i>Passionis Christi acerbiores quam Sanctorum.</i> | 66 | <i>Patrini confirmationis quā a finitate contrahant.</i> | 228 |
| <i>passio Christi que communia nobis conferat.</i> | 65 | <i>Patronis causarū officia.</i> | 511 |
| <i>Passio Christi nobis veniam peccatorum impetrat.</i> | 67 | <i>Patriarcharū gradus.</i> | 571 |
| <i>Patris vox quid in Deo significeret.</i> | 20 | <i>Peccatū & peccati pēna ex Adā ad nos permanauit.</i> | 33 |
| <i>Pater quare dicatur prima persona in diuinis.</i> | 22 | <i>Peccata quādā remitti nō posse, quomodo intelligatur</i> | 299 |
| <i>Patris nomine qui vocentur.</i> | 457 | <i>Peccata cogitationis confiteri debemus.</i> | 320 |
| <i>Patres cuiuscunque generis à nobis honorandi.</i> | 458 | <i>Peccata diligenter peruestiganda.</i> | 326 |
| <i>Pater quare in principio ora</i> | | <i>Peccati fomes.</i> | 519 |
| | | <i>Peccatum & peccati fomes ubi habitet.</i> | 588 |
| | | <i>Peccatorum nostrorum im-</i> | 588 |

I N D E X

- | | | |
|--------------------------------|--------------------------------|-----|
| manitate auersus à nobis | stus perpeſſus eſt. | 65 |
| Deus operibus noſtriſ non | Penitentia vſu carere, pluri- | |
| benedicit. | ma dannaz affert. | 175 |
| Peccatorum recognitio qua- | Penitentia ſacramenti neceſ- | |
| lis eſſe debeat. | ſitas. | 288 |
| Peccatorum turpitudo. | Penitentiare iterari potest. | 195 |
| Peccati peſtis. | Penitentia ſecunda naufragii | |
| Peccatum ſemper inſequitur | tabula. | 288 |
| ira Dei. | Penitentia variatio & po- | |
| Peccatorum dolor & ſenſus | reſtas. | 289 |
| quaſit neceſſarius. | Penitentia multiplex. | 289 |
| Peccata pœnitentibus con- | Penitere Deum per transla- | |
| donare ſemper promptus | tionem dicimus. | 290 |
| eſt & paratus Deus. | Penitentia varie significatio- | |
| Peccata quare debita dicantur. | nes in quo diſferat. | 290 |
| Peccata ſine Dei auxilio vi- | Penitentiam fides antecedat | |
| tare nō poſſamus. | 291 | |
| Pieratus, qui iurando iuſti- | Penitentia intima quare ſit | |
| tiā deſerit. | virtus. | 291 |
| Pierare varijs modis sole- | Penitens vere quid ſibi pro- | |
| mus. | ponat. | 292 |
| Prophetarum falſorum im- | Quibus gradibus ad penite- | |
| pietatis quam longe ſit pro- | tiā licet ascenderet. | 292 |
| gressa. | Penitentia externa vere eſt | |
| Purgatoriū ignis ante Chri- | ſacramentum. | 294 |
| ſti aduentum. | Penitentia ſacramenti ma- | |
| Pene grauiſſime qua Chri- | teria & forma. | 296 |
| | Penitentia ſacramentū qua | |

I N D E X

- | | |
|---|--|
| <i>re Deus instituerit.</i> | <i>Petere quid primum à Deo
Debeamus.</i> |
| 294. | 567 |
| <i>Penitentia & ceremoniae ri-
tus.</i> 297 & 298. | <i>Petere regnum Dei non salu-
tis est ad illud acquirendū</i> |
| <i>Penitentia sacramenti fru-
ctus.</i> 298 | 574 |
| <i>Penitentia nos in Dei gratiā
restituit,</i> 299 | <i>Petere, ut Deus nostris cupi-
ditatibus non satisfaciat
difficilius animum indu-
cimus.</i> 590 |
| <i>Penitentia partes integra-
les.</i> 300 | <i>Petere non debemus abundā-
tem & exquisitam copiā
ciborum.</i> 602 |
| <i>Penitentia publica quare pu-
blico peccato indicitur.
334.</i> | <i>Petere subsidiæ rerum huma-
narum à Deo possimus.</i> 600 |
| <i>In Penitentia duo animad-
uertenda.</i> 335 | <i>Petere non sibi sed omnibus
est proprium Christianæ
charitatis.</i> 604 |
| <i>Penitentia pœna à nobis su-
cepta Dei animaduersio-
nem ante uertit.</i> 334 | <i>Petere dimitti debita, quid
sibi velit.</i> 609 |
| <i>Petrus summus pontifex, &
caput omnium Apostolo-
rum.</i> 11 | <i>Potentibus pījs hominibus
si quid negat Deus, argu-
mentum est, id eis vtile nō
fuisse.</i> 664 |
| <i>Petrus à Christo caput Eccle-
sie constitutus.</i> 113 | <i>Petitio de regno Dei cum
omnibus coniungenda &
separatim facienda.</i> |
| <i>Petri successor eandem cum
Petro potestatem habet,
ibidem.</i> | 574 |
| <i>Personarum diuinarum pro-
prietas.</i> 22 | <i>Petitio-</i> |

I N D E X.

Petitiones quibus corporis & anima subsidiatur peti- tur. 596	Preceptum duplex contine- tur in verbis primi prece- pti. 409
Philosophia Christiana à se- culari sapientia quid diffe- rat. 20	Preceptum omnium primā & maximum, 410
Philosophi quid de Deo sen- serint. 18	Precepti primi transgres- sos. 610
Pontifex Romanus catho- licae Ecclesie pontifex. 371.	Preceptum primum quare à secundo separatum. 425
Pontifici Romano summa di- gnitas & iuris dictio diui- nitus data. 372	Precepti secundi lex quid pro- hibeat, & quid iubeat. 425
Pontifex Romanus modera- tor universalis Ecclesie.	Precepti de diligendis paren- tibus usas latissime patet 454
Petri successor & Christi ve- rus & legitimus Vicarius 372.	Precepta decalogi duabus ta- bulis incisa, & quare. 455
Precations dominica fin- guli quotidie uti debent. 605	Preceptum de diligendis pa- rentibus quare matrem explicit. 459
Precantes omnes ecclesiæ no- mine precantur. 620	Precepta ritima duo quare simil coniuncta. 517
Preceptum primum decalo- gi. 404	Preceptorum duorum vlti- morum duplex necessitas 517
Preceptorum ordinis ratio. 409	Preces etiam pro proximis facientes.

Preces Christi et orum ab in-	sti aduentum.	69
fidelium in quo differant	R.	
639		
Preces cum non audit Deus,	R APINAE & quot ea-	
indignari non debemus.	rum genera. 493	
634	Regnum cœlestē. 563	
Preces que in litanijs sunt.	Regnum Dei ante omnia po-	
quare instituta. 637	stulandum. 574	
Predicatio diuini verbi nun-	Regni Dei postulatio magnā	
quam intermittenda. 4	donorum vim continet.	
Predicare non debet aliquis	574	
nisi mittatur. 2	Regni Dei multæ significatio-	
Predicatio verbi Dei fidem	nes. 577	
nobis acquirit. 1	Regnum Christi non est de	
Prædicantium verbum Dei	hoc mundo. 578	
auctoritate. 3	Regnum Dei quid sit. 578	
Præmia victoribus proposita.	Regnum Christi quare iusti-	
635	tia dicatur. 587	
Prophetarum falsorum im-	Regnum gratiae Dei in qui-	
picias, quam longe sit pro-	bus sit. 578	
gressus. 5	Regnum gloriae Dei quid.	
Prouidentia erga homines.	578	
555. & 574	Regnum Christi quod est ec-	
Proximus quis. 504	clesia. 580	
Pudicitia & continentia om-	Regni Ecclesiæ propagatio.-	
nistudio colenda. 482	580	
Purgatorius ignis. 69	Regnum Dei quomodo ve-	
Purgatorius ignis ante Chri-	niat impæccatores. 580	
	Regnum Christi quomodo	
	petatur.	

petatur.	581	eius glorioſo mysterio.
Regni cælorum excellentia.		72
Regni cælorum consequendi adminicula à Deo nobis concessa.	596	Resurrectionis bñficio Chri- ſtus primus omnium eſt affectus.
Remedia aduersus noxias cu- piditates.	525	74
Remedia aduersus libidinem		Resurrexisse Christū tertia die quomodo intelliga- tur.
484		74
Remedia agrotantis animæ, pœnitentia & Euchari- ſtia.		Resurrectionis Christi myſte- rium maxime necessariū.
Remiſſio peccatorum in ec- clesia reperitur.	123	76
Remiſſionis peccatorum be- neſcium quanto studio ſit ſuſcipiendum.	128	Resurrectionis Christi finis & utilitas.
Remittendi peccata potesta- te Christus episcopis & sa- cerdotibus in Ecclesia con- ceſſit.	127	76. & 77
Remiſſionem peccatorum ne- mo ſine pœnitentia con- ſequitur.	300	Resurrecțio Christi que no- biſ exempla ſumēda pro- ponat.
Reſtitutio pœnitenti eſt ne- ceſſaria.	495	79
Reſurrecțio Christi, & de		Resurrectionis mortuorū ſi de fides noſtra innititur.
		129
		Reſurrecțio hominis quare- reſurrecțio carnis dica- tur.
		130
		Reſurrecțio carnis exemplis & testimonij comproba- tur.
		131
		Reſurgentium varia condi- tio.
		134

S abbathi celeritas qua-		cantur.	314
re in sacris literis sepissi-			
me percipitur.	441	ceteris omnibus præstan-	
S abbathum quid significet.		tiores.	354
	444		
S abbathum signum fuit.	446	S acerdotes cur presbyteri ap-	
		pellati.	367
S abbathi sanctificatio quid.	445	S acerdotum potestas maxi-	
		ma.	154
S abbathum quare Domino		S acerdotes unde dicti.	368
consecratum.	446	S acerdotalis ordo tametsi v-	
S abbathum celeste.	447	nus est, varios tamen &	
S abbathum quare in diem		dignitatis & potestatis	
dominicum translatum.		gradus habet.	370
	448	S acerdotes simplices ibid.	
S abbathum quaratione colé-		S acerdotibus vitæ necessaria	
dum.	449	suppeditandas.	463
S acerdotibus solis data est fa-		S acerdos quam cognitionem	
cultas sacramētū Eucha-		habere debet.	374
rīstia conficiendi.	280	S acerdotij duo munera.	
S acerdotes quando Christus			
instituerit.	285	374	
S acerdos peccata in confessio-		S acerdotij dignitas.	354
ne audit. & silentio compri-		S acerdotij onus nemini teme-	
mari.	125	re imponendum.	355
S acerdotes Dei & angelii vo-		S acerdotij potestas duplex.	
			357
		S acerdotum nouæ legis ma-	
		ior potestas, quam veteris	
		legis.	229
		S acer-	

I N D E X.

Sacerdotij euāgeli copotestas à Christo ortū habet.	359	Sacramentorum differentia inter se.	167
Sacerdotium duplex.	368	Sacramentorū author Chri- stus.	168
Sacerdotij munus.	369	Sacramenta quare per homi- nes Deus administrari vo- luerit.	169
Sacerdotij functio præcipua		Sacramentorū ministri Chri- sti personam gerunt.	69
370		Sacramenta nouæ legis impie- ra conscientia ministrare quā perniciosum sit ipsis ministris.	170
Sacramenti nomen quomo- do accipiatur.	152	Sacramentorū effectus. ibid.	
Sacramentum quid.	154 &	Sacramenta gratiam iustifi- cantem conferunt.	172
158		Sacramentorum nouæ legis excellentia ad vetera co- paratorum.	173
Sacramēta salus & iustitia comparatur.	154	Sacramentorum vsu Chri- stianum edificium fulci- tur.	175
Sacramēta sunt signa à Deo traditæ.	157	Sacramentū Eucharistiae soli sacerdotes cōsciunt.	281
Sacra res est gratia Dei.	158	Sacramenti & sacrificij diffe- rentia.	383
Sacramentum sanctitatem. Significat & efficit.	158	Sacrificium vni Deo, & non sanctus offertur.	184
Sacramenta legis Euangeli- ce quare instituta.	160	Sacrifi-	
Sacramentum quodlibet ex duobus conficitur, ex ma- teria & forma.	162		
Sacramentorum ceremonie sine peccato pretermitti non possunt.	163		
Sacramēta quare solēnib⁹ ce- remonijs ministrētur ibi.			
Sacramētorū numerus.	166		

I N D E X.

- | | |
|---|---|
| Sacrificium unum sunt crue
ta & incrueta hostia. 385 | do & quantum vult, sed
quando & quantū à Deo
permittitur. 628 |
| Sacrificiū idem est, quod in
Missa, & quod in cruce
oblatum est. 285 | Satan quibus rebus vincatur
634 |
| Sancti quo inuocandi. 544 | Satisfactionis necessitas. 331 |
| Sanctorū cōmunion quā utilis
& quid significet. 120 | Satisfactionis nomen vnde.
329 |
| Sanctorum communione om
nes Christiani unum cor
pus fiunt. ibid. | Satisfactio nostra quid effi
ciat. 336 |
| Sanctorum culta in sanctis
venerādis dei gloria non
minuitur, sed augetur.
411. & 412. | Satisfactio quæ nobis Deū pla
catū reddit. quæ sit. 130 |
| Sanctorum patrocinium nō
est superuacaneum. 413 | Satisfactio canonica. 130 |
| Christus et si mediator propo
situs sit, non propterea se
quitur, quin ad sanctorū
gratiam cōfugere liceat.
414 | Satisfactio quæ est sacramen
ti pars. 331 |
| Sanctorum imagines pingi,
nō prohibetur diuino pre
cepto. 411. & 415 | Satisfactionis definitio & ne
cessitas. 329 |
| Satan e incurib⁹ qui maxi
me omniū petantur. 627 | Satisfactionis vis. 331 |
| Satan nō potest tentare quā
do | Satisfactio nostra Christi sa
tisfactionem non obscu
rat, sed multo clariorem
reddit. 336 |
| | Ad satisfactionē veram que
requirantur. 337 |
| | Satisfaciendi vim habent in
cōmoda, & labores à Deo
immissi, si patienti animo
ferantur. 338 |
| | Satisf- |

I N D E X.

Satisfacturum se proximo, si quid de re aut existimatione detraxerit, polliceri debet pœnitens prius quam à peccatis absoluatur.	340	Spes habendi cum tentamur in Dei patrocinio.	633
Satisfactionis modum culpæ ratio temperabit.	340	Superbia magnopere Deum offendit.	348
Satisfactionis opera à sacerdote indita pœnitens sape etiam ultro suscipiat.		Spiritus sancti propria significatio.	96
	340	Spiritus sanctus patri et filio in omnibus equalis.	98
Sanctiones Ecclesiasticae sacerdotē cōfessionis ministri esse declarant.	323	Spiritus sanctus est De⁹.	98
Scriptura sacra non depravanda.	437	Spiritus sanctus à patre filioque procedit.	101
Scripturæ Christi cur fiat expressa mentio.	60	Spiritus sancti admirandi effectus.	101
Signa alia natura, alia ab hominibus data.	156	Spiritus sanctus quare Dominus appellatus.	101
Signaculum totius orationis dominicae.	644	Symbolum ab Apostolis compositum, & quare sic appellatum.	13
Spes impetrandi maximum pondus ad impetrandum affert.	548	Symbolum in quot partes distributum.	14
Spes in temptationibus ex quibus nascatur.	633	T.	
		Tentatio quid.	628
		Tentandi genera multa.	ibid.
		Tentator quare diabolus dicitur.	629
		In temptationem quot modis inducamur.	630
		In	

I N D E X.

In tentationem quando indu-		lum in iudicio , sed extra
cimur. 630		iudicium vetatur. 506
Tentat qui non impedit ten-		Testimonium est cōfessio lau-
tationem. 630		dis Dēi. 511
Tentatio est vita hominis su-		Testimonij veri in rebus hu-
per terram. 631		manis maximus p̄fus. 511
Tentationes aequo animo fe-		Tondendi caput in corone spe-
rendae. 631. & 632		ciem consuetudinem Pe-
Terra in media mundi par-		trus primus induxit. 362
te consistit. 30		Traditioē Apostolica declara-
Terre creatio. 30		tur purgatorius ignis. 69
Testimonij falsi non dicendi		Traditione patrū peruenire
praeceptum. 504		ad nos formam verborum
Testimonij falsi non dicendi		extrema vunctionis. 344
praeceptum linguae vitiū		Traditione Apostolica capilli
cohibet. 504		in corona speciem clericis
Testimonij falsi non dicendi		tendentur. 362
praecepto due leges conti-		Traditio Apostolorum , qua
nentur vna iubens , alte-		episcopus à tribus episco-
ra prohibens. 504		pis consecratur. 372
Testem iuratū index rejce-		Traditio de numero sacra-
re non potest. 504		mentorum. 166
Testimonium falsum in se di-		Traditione Apostolica ep̄s est
cere non licet. 505		minister ordinandi ad sa-
Testimoniu falsum quid sit.		crois ordines. 172
504.		V.
Testimonij falsi damna. 505		V E R B A pastorum ec-
Testimonium falsum non se-		clesie tāquam Dei
		verba

I N D E X.

- verba recipienda. 2
 Verbi diuini prædicatio nunquam intermittenda. 3
 Verba inter omnia signa maximam vim habent. 164
 Verbi prædicatione & sacra mentorū vsu Christianū edificium fuletur. 175
 Verbi incarnationis. 45
 Verbum Dei, cibus est animae 606
 Verbi Dei fames quare à Deo mittatur. 606
 Verum confiteri debet rei & fontes, cum ex iudicij formam interrogantur. 511
 Verum tacere interdū licet sed extra iudicium. 511
 Vigilia temptationes vincunt 634
 Vir quare vxorem diligere debeat. 386
 Viri officiū erga vxore. 393
 Vita aeterna quid significet. 143
 Vita aeterna magis explicat hominis felicitatem, quam beatitudi. 143
 Vita hominis tentatio. 631
 Vita & salus nostra ex Deo pendet. 604
 Vitæ præsentis conditio. 575
 Unctionis extreme sacramētū, quare sic dictum. 342
 Unctionis extreme sacramēto in assidua mortis meditatione versamur. 341
 Unctio extrema est vere sacramentum. 343
 Unctio extrema est uniuersa sacramentū tantum. 343
 Unctiōis extreme materia et forma & ritus. 344-345
 Unctionis extreme sacramētum quibus sit conferendum. 346
 Unctionis extreme sacramētum à Christo institutū. 346
 Unctionis extreme sacramētum quo tempore adhibetur. 347
 Unctionis extreme sacramētū suscipere apti nō sunt & rationis vsu carent. ibid.
 Quæ partes corporis sint unigende.

I N D E X.


- | | | |
|---|-----|---|
| genda. | 348 | Voluntas tua fiat, quomodo |
| Vnctionis extremæ sacramē
tum potest iterari. | 349 | Deo ex aio dicendū. 592 |
| Vnctionis extremæ prepara-
tio. | 349 | Voluntatem suam Christus |
| Vnctionis extremæ minister | | ad patris voluntatem re-
tulit in maximo acerbissi-
me mortis dolore. ibid. |
| | 349 | Voluntatem diuinam totus |
| Vnctionis extremæ effectus
& fructus. | 350 | mundus cognoscere de-
bet. 592. |
| Vnctionis extremæ sacramē
tum suscipientes agroti
quare non sanentur. 352 | | Voluntas Dei in terra seruā-
da sicut in cælo seruatur. |
| Vnctionis extremæ tempus
opportunitissimum. | 350 | 593 |
| Voluntas Dei ut fiat, quare
petamus. | 587 | Voluntate Dei summa est
omnium ratio. 595 |
| Voluntas Dei: quam fieri pe-
timus, est voluntas signi. | | Voluntate Dei omnia eue-
niunt. 595 |
| | 588 | Vxorem vir diligere debet. |
| Voluntas signi que. | 588 | 386 |
| Voluntas Dei ut fiat, maxi-
me desiderandum. | 591 | Vxoris & viri mutua officia |
| | | 393 |
| | | Vxoris partes erga virū. ibi |
| | | Vxor viro subdit a sit. 494 |

F I N I S.


S AL M A N T I C Æ.

Ex officina Ildefonsi à Terranova y Neyla.

M. D. LXXX.







C
A
E

**QUESTIONARIO
PAROCHIO
ONCILLI TRI-
DENTINI**

45
37

5.540